AUGUSTAE TREVERORUM ANNALES, SIVE COMMENTARII HISTORICI, ...

Wilhelm Kyriander

Digitized by Google

8
7-B
16

9
18 E
32

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

19-A-15

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google

AVGVSTAE TREVERORVM ANNALES,

SIVE COMMENTARII HISTORICI,

Quibus, Vrbis in univerſo Terrarum orbe antiquiſsimæ

ORIGO ET STATVS

Ab anno Mundi 1966. uſq; ad hanc noſtram ætatem, ex ipſis Archivis

per

WILHELMVM KYRIANDRVM I.C.
SYNDICVM TREVERENSEM,

Ea fide & diligentia deſcribitur, ut illis tot Illuſtrium Archiepiſcoporum vitæ, & graviſsimarum rerũ monumenta, tanquam in uberrimo Cornucopiæ, Rei Litterariæ exhibeantur.

Coll. Rom. Soc. IESV Inscriptus Cat.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

B. S.

CASPARVS WITTELIVS TYPIS SVIS
primùm Biponti excudit.
Nunc denuo in publicum prodit
Anno Salutis Humanæ M. DCXIX.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS BENIGNO LECTORI SALVTEM.

VINO VENDIBILI CVM NVLLA SIT OPVS Hedera, ut Veteres Romani vulgò dicere ſolebant, Exquiſitiſſimos hos Annales, quos Clariſſimus & Conſultiſſimus Vir D. WILHELMVS KYRIANDER, de Vetuſtiſſimæ Treverenſis Auguſtæ Rebus Memorabilibus, fide vere Hiſtorica & diligentia conſcripſit, benignis Lectoribus aliter commendare nolui, quam accuratiſſimis illorum oculis, ſuccinctam totius operis Tabulam, & Partis uniuſcuiuſvis capita proponere, quibus diligenter conſideratis, ipſa Meridiana luce clarius publicè conſtabit; quantopere ANNALES HI TREVERENSES, Sacræ Cæſareæ Majeſtati non absq; cauſſa dedicati, de omnibus Hiſtoriarum ſtudioſis, & Veritatis Amatoribus bene meriti ſint, adeo ut illos bono publico ſubducere, nefas & piaculum fuiſſet maximum. Precamur DEVM Optimum Maximum, triſtiſſimi huius ævi Tutelarem benigniſſimum, univerſas & ſingulas Germaniæ Vrbes, & Reſpublicas, quas omnes AVGVSTA hæc TREVERORVM, antiquitate ſuperat, ad nominis ſui ſanctiſſimi gloriam, afflictæ Eccleſiæ ſolatium, & communis Patriæ commodum, florentes & Triumphantes, tueatur & conſervet quam diutiſſimè. Totum autem hoc Opus, partibus conſtat XVII. quarum capita hæc ſunt.

PARTITIO COMMENTARII.

Pars I. De Priſcis originibus, præſertim Treverorum, ab anno mundi creati 1966. ante Nativitatem Chriſti 2000. uſque ad initia Monarchiæ Romanæ.

Pars II. De Treverorum forma reipublicæ, à bello Gallico C. Julii Cæſaris & principio Monarchiæ Romanæ uſq; ad Imp. Fl. Conſtantini Magni obitum, ann. Chriſti 337.

Pars III. De Treverorum religione & Eccleſia Chriſtiana primisq; Epiſcopis uſque ad exceſſum Imp. Conſtantini Magni.

Pars IV. De Treverorum politia poſt Conſtantinum Magnum uſque ad defectum Imperii Romani in Galliis, & ſtabile Regnum Francorum Occidentale, Chriſti anno ferè 476.

Pars V. De Eccleſia Treverorum & Epiſcopis poſt Conſtantinum Magnũ uſque ad Regnum Francorum in Galliis.

Pars VI. Catalogus Imperatorum, Regum & Principum aliorum ab initio Regni Francorum Occidentalis uſque ad obitum Imp. D. Caroli Magni anno Chriſti 814.

Pars VII. De ſtatu Galliæ Belgicæ civitatisque Treverorum ſub Francis Occidentalibus uſque ad D. Caroli Magni mortem.

Pars IIX. De Religione Chriſtiana ſub Francis Occident. & Eccleſia in genere uſque ad D. Caroli Magni exceſſum.

Pars IX. De Treverorum Eccleſia & Archiepiſcopis ſub Regibus Francorũ Occident. uſque ad D. Caroli Magni fatum.

Pars X. Catalogus Imperatorum & Regum Rom. & Dynaſtarum regni Lotharienſis &c. poſt D. Carolum Magn. uſque Imp. Friderici primi obitum anno Chriſti 1190.

Pars XI. Catalogus Archiepiſcoporum Treverenſium, deque rebus eorum geſtis & Eccleſia poſt D. Carolum Magnum uſque ad exceſſum Imp. Friderici primi.

Pars XII. De ſtatu Eccleſiæ Rom. & Imperii, poſt D. Carolum Magnum, uſque ad Friderici primi obitum, generalia.

Pars XIII. De ſtatu civitatis Treverorum poſt D. Carolum Mag. uſque ad exceſſum Friderici primi.

Pars XIV. Catalogus Imperatorum & Cæſarum Rom. poſt Fridericum primum uſque ad Maximilianum II.

Pars XV. Catalogus Archiepiſcoporum Treverenſium poſt Imp. Fridericũ primum, à Joanne Archiepiſc. primo uſq; ad Jacobum III. qui vivit.

Pars XVI. De ſtatu Eccleſię & Imperii Roman. poſt Fridericum primum, generalia.

Pars XVII. De politia ſtatuq; civitatis Auguſtæ Treverorum poſt Imp. Fridericum primum.

SVMMO PRINCIPVM PRINCIPI

CÆSARI RVDVLPHO II.

A DEO CORONATO IMPERATORI ROM. AVGVSTO, REGIQVE VNGARIÆ ET BOIHEMIÆ ETC. PIO, FOELICI, INCLYTO.

Subjecti Humilimi.

SENATVS POPVLVSQVE TREVERORVM AVGVSTAE.

C MAIESTATEM Tuam perpetua rerum omnium proſperitate ſecundet Dominus Deus, Inclyte Cæſar & Rex, quò poſsis pro pio animi voto Viva Iuſticia parcere ſubjectis & debellare ſuperbos. Divo Maximiliano Secundo Rom. Imperatori Aug. glorioſiſſimo parenti tuo, ſanctæ memoriæ, poſtremis comitiis anno Chriſti 1576. Reginoburgii porrecta fuerunt acta perquam ingentia, tabulæ & inſtrumenta multiplicia graviſſimæ controverſiæ, quæ cum Domino Archiepiſcopo Treverenſi Electore Principe nobis intercedit. Pars eorum, eſt Commentarium de origine & ſtatu antiquiſsimæ civitatis Auguſtæ Treverorum patriæ noſtræ: quod cùm ſit ex optimis annalium monumentis potiſsimumq; publicis, ſumma brevitate luculentoq; rerum & temporum ordine collectum,
D neque ſolùm huius pervetuſtæ urbis & Præſulum eiuſdem, ſed Imperatorum quoque ac Cæſarum Rom. & Pontificum Maximorum & univerſæ Reipublicæ illuſtriora quæq; nec vulgaria complectatur, unde multi auctoritate, prudentia, doctrina præcellentes viri, in commune quoque, commodi nonnihil redundare poſſe cenſuerunt, haud abs re fore duximus ſi de conſultorum ſententia luci ederetur. Acceſsit eò votum noſtrum quo ſicuti nobis i[n] noſtra judicandi munus haudquaquam ſumimus, ita nihil potius eſt q[ua]m cauſam noſtram maximè vulgari, omnium cognitioni ex bono & æquo patere, non minus quàm oportet graviſsimis conſultiſsimisque juris & juſticiæ viris, ſecundum conſtituti judicii legem penitus innoteſcere, quos Tua Majeſtas Cæſ. ſimulque Principes Electores cæteri percipiendæ reſolvendæque liti adhibebunt. Speramus enim & hinc utcunque compertum iri, nobis præter ullam neceſsitatem, nullo noſtrò maiorumvè noſtrorum merito ſuſcitatam hanc controverſiam, qua civitatis antiquiſsimæ ſtatus, patriæ noſtræ liber-

 tas, mo

tas, mos civilis, omne vetuſtum jus, fortunæ noſtræ & exiſtimatio & vita in A
extremum planè diſcrimen, quantum eſt in adverſa parte, adducuntur. Non ita pridem ab inuſitatis quibuſdam diſſidiis eò violentiæ deventum erat, ut Archiepiſcopi ſuperioris principatu in ipſius ditione paſſim bonis noſtris & commerciis & annona nobis interdiceretur, eamq; ſeveritatem nec fatum præſulis finiret, collegium etiam ſummum canonicorum haberet ratam, & ſucceſſor Pontifex innovaret: unde demum atrox bellum & obſidium urbis conſecutum, donec intercurrentibus legatis tam Cæſareis quàm Principum Electorum Rhenenſium, formulam pacis & arbitrii per Sacram Cæſ. Majeſtatem cum Conſilio atq; opera reliquorum Principum Electorum ferendi in caſtris Archiepiſcopi comprehenſam magnificè perſuaſi ſuſcepimus, ceterùm nihilominus ſimul multis modis hactenus vexati, ſimul acerbiore quàm unquam putaſſemus ſupremũ noſtrum exitium poſcente lite pulſati ſumus. Sed B
quod apud acta judicii ſæpius & diſertè factum eſt, hoc rurſum & identidem teſtatum volumus, amplitudinem, dignitatem atque prærogativas Domini Treverenſis Archiepiſcopi Principis Electoris adverſarii noſtri nos ſemper excipere, nihil ex iis decerptum cupere, nihil infractum, ut tam hujus ſcripti editio, quàm tota noſtra defenſio videri queat eò ex quantulacunq; parte pertinere. Neceſſariam enim & adactam, prohdolor, tuitionem noſtri agimus, quod omnibus animantibus natura conceſſit indiditq;, graviter affecti vocẽ mittimus, opem non injuriam quærimus. Si patriam exuere ſingularis impietas, ſi in ſeſe ſumma crudelitas, ſi in munere natura ſimul & civitatis lege demandato perq; ſacramenti religionẽ confirmato ſocordia maximè deteſtanda ſit, indignè pertracti in hanc arenam pietati, ſaluti officioq; noſtro deeſſe ſine graviſſimo ſcelere neutiquam poſſimus. Nec tamen tam æquum hone- C
ſtumq; conflictum atrociter aut cũ ullo contumeliæ ſtudio præſertim in ipſius Domini Archiepiſcopi venerandum nomen aut Principatus ſplendorem depugnare libuit, tametſi ex adverſo, graviſſima in nos congeſta ſint probra, nec ullũ penè maledictũ ex trivio non objectũ ab advocatis quibuſdã & patronis, ſive rerũ civilium fortunæq; noſtræ contemtu, ſive parũ exactè pridẽ ante inceptas turbas explorata, cognita, penſata conditione Auguſtæ Treverorũ, ſeu errore nudo, dũ quidlibet in tanti Principis ſui cauſa licere ſibi arbitrãtur. Atq; adeo potiſſimè cum acerbioribus patronis negotium nobis eſſe putamus: cæteros Domini Archiepiſcopi noſtri eximios Conſiliarios, religione, genere, literis, ſapientiaq; præſtantes ſemper exiſtimavimus à ſummis noſtris calamitatibus abhorrere, nec uſquequaq; probaſſe ferociora belli aliarumq; cladiũ in D
noſtrã patriam conſilia, tametſi doctiſſimorũ & diſertiſſimorũ hominum patrocinio defenſa, qui etiã nunc præcipua dignitatis auctoritatiſq; munera ſuſtinent apud utrumq; reliogioſiſſimũ Præſulẽ Treverenſem & Moguntinũ, & fortaſſis aliorum quoq; Principũ Electorũ conſiliis adhibentur. Neq; parum clementer laturum arbitramur Dominum Archiepiſcopũ Moguntinũ Principem mitiſſimũ, in cujus Cancellaria præſentata confectaq; ſunt Acta cauſæ, mentionẽ hic ſui, cùm circa litis initium ad epiſtolam noſtram perbenignè reſponderit controverſiæ noſtræ ſe neutiquã adhibiturum eum quem nos è primariis advocatis Archiepiſcopi noſtri Treverenſis Coëlectoris Principis & fratris, adverſum nos eſſe ſignificavimus, quiq; de Treverenſis aulæ ſenatu in præcipuum concilii ſui caput accitus & cooptatus fuerat, dein hac tota lite tam libenti, prolixo & ardente animo partes Treverenſis Præſulis egiſſe non eſt obſcurum, ut ea propter à cauſis Moguntinis vacatione frequenter uſus ſit. Ve-

nia m

A niam quoq; Præſul idem nobis dabit quòd Moguntinæ quondam liberæ Regaliſq; civitatis ſors hoc Cõmentario re ſic poſtulante memoretur: cum nunc ad noſtram cauſam aliarum urbium calamitas magnopere non pertineat, niſi quòd ita poſſidentur uti longiſſimo tempore poſſeſſæ ſunt: Auguſtæq; Treverorum (gratia ſit Deo) nulla talis clades acciderit, ipſi etiam Præſules Moguntinenſes poſtquam illius urbis dominio potiti ſunt, patriam tamen noſtram liberam & Regalem ſeu Imperialem urbem judicaverint, noſtra patrumque memoria ſcriptis ad Senatum Treverenſem miſſis uti ad membrum & ſtatum Imperii Romani. Quapropter nec plus æquo angimur, quód inter ejuſmodi cætera ſcriptum nobis apologeticum ſupereſt, de veteri lite Pontificũ Moguntinorũ cum Erfordienſibus, in quo præcipua vel prorſus eadem vel perquam ſimilia ſunt illius Præſulis adverſum urbem Erfordiam argumenta, quibus noſter nobiſcum pugnat, eaq; controverſia ſicuti accepimus, nondũ finita ſed in B Imperialis Cameræ judiciũ, Spirã, deducta eſt: nihilominus enim pro ſua religione nunc Moguntinum Pontificẽ Principẽ integerrimũ noſtræ controverſię ſecandæ clementẽ & pium animũ adhibiturũ confidimus. Deniq; nec Auguſtæ Treverorum perpetua conditio in hunc uſq; diem maximeq; ab origine Romanæ Monarchiæ deſcribi exactè potuit, niſi & univerſæ Reipublicæ nominis Romani tam Eccleſiæ quàm Imperii, & dynaſtarum etiam & civitatum aliarum inſignes pleræq; res & mutationes & clades, unaq; nonnunquam hominũ vitia & virtutes indicarentur: id quod paucis cõmodius & alienis verbis decentiùs fieri poſſe duximus, ne præter neceſſitatẽ defenſionis, alienam ab officio noſtro grandiũ cauſarũ cenſuram egiſſe videremur. Quo nomine Majeſtatem C quoq; Tuã Cæſ. & Electores cæteroſq; Principes & ſtatus Imperii Rom. nec non omnes omnium ordinũ homines obteſtamur, ne quicquid eſt hujus operæ, ſecus accipiatur atq; noſtrum inſtitutum fuit, tuendi nempe jus noſtrũ, lædendi neminem, propugnandi non offendendi. Quamobrem verò præter vulgarem modùm actorum forenſium defenſio nobis hujuſcemodi quoque ſcripto comparanda fuerit, paucis indicare operæ pretium putamus. Et inprimis, quanquã diverſæ parti ad hanc litem cuncta fuerint præcipua, tempus, advocatorum copia, facultates, gratia, pax, quibus rebus inſignem etiam patronorum, induſtriam adjutam & excitatam fuiſſe par eſt, ut acerrimam ſummamq; contentionem animi, ingenii, virium adhibuerint: tamen in annorũ & temporum ſerie atq; ratione quam ad noſtram controverſiam plurimum habere momenti conſtat, exadversò ceſſatũ, inſuper involucris memoriarum diſcrimen nobis & perniciem quæſitam animadvertimus. Itaq; cum in hac D contentione graviſſima non ſine ſingularibus mendis inter acta judiciaria referri antiquitates appareret, & argumenta quædam adverſum nos præcipua nihil niſi mera temporũ errata velabráve ſint quæ demonſtrari, convelli atq; nudari permultum interfuit, in hoc etiã nec religioni ſolertiæq; judicum, nec cauſæ noſtræ deeſſe voluimus. Priuſquam autem ad exempla veniamus, præ dolore atq; luctu vicem noſtram reticere non poſſumus, quòd hanc controverſiam diu antè ſuperioris Archiepiſcopi acriore cura ſatis inſtructã, ſucceſſor opportunè cõmodoq; ſuo demum ac iiſdem penè domeſticis conſiliariis, patronis & advocatis haud difficulter exequi potuit, Elector quippe, Princeps Imperii Rom. per Galliam noſtram & Arelatenſe regnum ArchiCancellarius, opibus, amicis, auctoritate, præpotens, cum ſumma principatus tranquillitate. Nobis autem ab inopinato bello recenti adhuc calamitate ſuffuſis, dum patronos peregrè quærimus, dum monumenta majorum noſtrorum indagamus

 gamus

Digitized by Google

gamns, de teſtibus Inſtrumentiſque circumſpicimus, cauſæ merita cognitori- A
bus explicamus, optima quæque momenta temporum præterierunt, inſuper
anguſtè præſtituta. Fortunis quoque noſtris publicè ac privatim adeſis & ex-
hauſtis, ære alieno premente, corruptis magna ex parte mœnibus & propug-
naculis, dum inſtaurãtur tenuia Reipublicæ vectigalia deuotantibus copiæ no-
bis ad obeundas legationes, ad ſportulas & mercedes dependendas, ad hono-
raria expediẽda, demũ ad infinitos tantæ litis ſumtus unde ſuppetãt? Inter hæc
novis ſubinde cladibus inimicorum pertinaci iniuria nouiſq; litibus à quibuſ-
dam præcipuis Domini Archiepiſcopi cõſiiliarijs dum exagitamur, dum eo
nomine libellos ſupplices & de attentatis porrigimus, ad tribunalia diverſorũ
iudicum trahimur, vltima paſſi, conſilium, opem, patrocinium, ex antiquis B
fœderibus quærere cogimur, haudquaquam pari aut æqua facultate cum Do-
mino adverſario partes noſtras agere potuimus: atque adeo maximis cladibus
graviſsimisque controverſijs, atroce bello, liteque paulo mitiore vexata, preſ-
ſa, conculcata & tantum non funditus everſa deletaque civitas Treueris, cum
omnium rerum difficultate in hoc iudicio luctatur. Aerumnas, ſolicitudines
& pericula noſtra ſi vel ante oculos adducere vel oratione exprimere liceret,
quin cum Maieſtate Tua Cæſ. cuncti Principis & ordines Imperij, cuncti deni-
que mortales ſortem huius afflictiſſimæ civitatis ſummè dolendam miſeran-
damque cenſeant, haud quicquam dubitamus. Ante bellum anno ferè
octavo diſcordijs inteſtinis ad exitium uſq; cùm laboraremus, ſeceſſione plu-
rimorum civium non plebe ſolùm, ſed etiam ex Senatu, quique Reipublicæ
noſtræ gnari & auctoritate & facultatibus ad propugnandam patriam idonei C
cumprimis, cęterùm vulgari myſtarum inſtituto tractandis ſacris adverſi er-
ant, perquam grave vulnus accepimus: quod evitare fortaſſe licebat, niſi ar-
dentiore erga Pontificem noſtrum ſtudio auctoritas & amplitudo dignitatis
eius cordi nobis fuiſſet. Vt autem inde nihil reponi gratiæ petamus, fidem
quoque prolixarum pollicitationum acerbè non urgeamus, de fortuna ta-
men noſtra conquerimur, & fatalem iſtum caſum patriæ noſtræ deplora-
mus, initium miſeriarum quibus nunc conperti ſumus, edidiſſe. Deinde nec
haud immerito mœremus, quod tum ſtatim coortis diſſenſionibus etſi cum
bona pace vel arbitrorum æquitate, vel legitimo iure de iis agi, cognoſci at-
què pronuntiari vſquequaque quam humilimè contenderimus, inſuper tum
ipſos collegij ſummi canonicos, uti corpus unde præſul exiſtit, tũ ordines pro-
vinciæ Treverenſis perinde ac amicos alios communes vel dynaſtas finitimos
vel quoſcunque privato partium ſtudio liberos, pro iudicibus popoſcerimus, D
neque noſtris ſolum ſed Principum quoque tam fœderatorum quam allo-
rum accuratis iteratiſque precibus, obtinere tamen nequivimus aut abolitio-
nem atrocium edictorum, aut æqui, boni, iuriſue cognitionem, donec inter-
dictis ſuis immoriente altero Pontifice, nec compromiſſum proceſſit, cuius ad
vltimum exemplar nobis expendendum dederat, nec aſperitatis inita iam cer-
taque conſilia ſummum canonicorũ collegium lenienda cenſuit, ſucceſſorq;
Præſul occaſionem ad vim præbente bello Gallico iecit aleam, inſtinctu
tamen ut certè confidimus alieno magis quàm ex ſui animi voluntate. Sic
itaque dum benè nobiſcum & ex ordine juris agi flagitamus, improviſò pro-
pemedum oppreſsi fuimus, ut adactas quam proximè patriæ noſtræ terribiles
machinas, inhiantem prædæ militem, contumeliam ab uxoribus & liberis,
hoſtiles gladios à cervicibus noſtris propellere haud aliter quàm ſingulari o-
pe divina potuerimus. Denique tranquillitatis deſiderio poſtquam parem

A iniquis etiam conditionibus ſuſcepimus, ampliſſimè nimirum nobis confirmatam anguſtis momentorum ſpaciis litem maximā & inuſitatā peracturi, repentè tamen multis de Senatu noſtro vel maximè cauſarum peritis, ſummum de novo periculum intentatum eſt, metus injectus eſt, fortunis eorum in Archiepiſcopali ditione rurſum interdictis, potioreque tum Magiſtro civium per vim ex auguſti templi ſeptis in cuſtodiam protinus abrepto & inter cętera præcipuę contumeliæ genera dum inimicorum poteſtate detinetur, clam nobis, terrore adacto patriam ſuam & officium, operam, conſilium in quibusvis ejus negotiis ſuum abjurare. Scriba quoque civitatis ob ſuam functionem quæ publicum reipublicæ noſtræ munus eſt, uſu ejus ut oportet aliis inſtructior militari vi ad cuſtodiam quæſitus fuit. Inſuper abducti jam Magiſtri civium & abſentis Scribæ domus occupavere milites & miniſtri Pontificis, ſimul conclavia, thecas, anguB los omnes utrobiq; ſcrutati ſunt, libros, tabulas, inſtrumenta, ſchedas inveſtigarunt, ſimul haud paucorum potiti ad ſuum ea libitum abſtulerunt, nec etiamnum reſtituere. Sed & aliis modis documenta, teſtimonia, probationes adminiculaque non vulgaria cauſæ noſtræ adempta nobis & impedita negataque ſunt, & tot obices, tot perturbationes in hac lite ſuſtinuimus, ut pro voto inimicorum nos non prorſus defeciſſe mirum meritò videri queat. Divino numini cujus ſingulari ope atque præſentia noſtras partes utcunque peregimus; ſumma ſit gratia cui quoque calamitates & miſeriæ noſtræ patent, quas effari non audemus, ob quas plurimæ viduæ pupillique lugent, plurimi bonis ſuis ſpoliati inopes in mœrore jacent, univerſa noſtra civitas ſqualet, vicini quoq; penuriam & famem ſentiunt, nec lapides ſi voce daretur uti immane mortaliū C odium non loquerentur. Nimirum talia noſtra tulit imbecillitas, & firma præſidii ſpes ab incorrupto ęquitatis fonte profecturi, per quod violentiarū finis & præmium & jus tandem ſtatuatur, & thronus ſacroſancti Imperii Romani juſtitia ſtabilitus diuturniorem hujus mundi machinā ſuſtineat. Sed nunc cauſæ potiſſimū indicandæ aliquot ob operā huic Cōmentario dandā exiſtimavimus. Et inprimis ſine certa temporum diſtinctione arbitramur de cōtroverſia noſtra vel jus vel æquum bonum ſtatui haud poſſe. De ſtatu agitur Treverorum antiquiſſimæ civitatis: conditores ejus & origines & media poſtremaq; tēpora, dominatus, clades, mutationes, plurimorū ſæculorū res geſtę, forma reipublicę, mores & inſtituta, jus publicū, privatū, & tam Pontificū quàm urbis ipſius conditio atq; prærogativæ diſputantur. Pontifex tam vetuſtiſſimo plenæ proprietatis quàm quietæ poſſeſſionis jure civitatē merè ſuam eſſe judicari poſtulat: per ſummā paD tronorū injuriā ingentia crimina læſę majeſtatis, perfidię, rebellionis, defectionis intentantur, ſeveriſſimæ legum pœnæ & multarum damnorumque pecuniæ propemodū innumerabiles poſcuntur. Nos è contra vetuſtiſſima libertate noſtra, priſcis uſibus & inſtitutis, conſuetudine plurium ſeculorum, & inveterato plurimiſque Roman. Regum & Impp. tabulis confirmato jure noſtro nitimur, in eorum juſta poſſeſſione per vim & injuriam turbari nos haud oportere contendimus, ſimulque titulos adverſæ partis ab antiquitate petitos pernegamus, longè aliter & res & tempora ſe habere aſtruimus: ut adeo potiſſimum litis momentum ſit in memoriis, in antiquis titulis, juribus, privilegiis, uſibus cujuſq; partis, neq; jus cōſtare poſſit, niſi temporū ratio conſtet, abſq; temporū vera deſcriptione de tam gravi cauſa exactè cognoſci, nec uti deinceps jure poſſidendum ſit definiri queat. Rectius igitur induſtriam ſuam quam exaggerandis contumeliis probarunt, ad certam temporum explicationem vertiſſent

advoca-

advocati diverſæ partis, ſimulque nos hoc munere merito liberaſſent, ſimul ad- A
jumentum maximum æquitati juſtitiæq; præbuiſſent quemadmodum ab iis u-
ti functione ſic opinione ſcientiæ publicarum rerum præſtantibus initio expe-
ctavimus: quapropter etiam tardius hujus Commentarii labor inſtitutus fuit.
Ferri aũt aliquanto lenius omniſſa tẽporũ deſcriptio potuiſſet, niſi quod alterã
huic operi cauſam præbuit, id ſummum noſtrum periculum & diſcrimen exad-
verſo commiſceri, involui & occultari plerunque temporum rerumque mo-
menta competiſſemus. Quanto annorum intervallo, quanta diverſitate Rei-
publicæ deſtiterint Imperatores Fridericus ſecuodus & tertius Augg. vulgò no-
tum eſt: attamen tertii Friderici Roman. Regis diplomata quæ vocant Regalia,
pro Friderici ſecundi Imp. in judicio protulere adverſarii, Commiſſarius iis ad
probationes datus ita recepit, tranſcripſit, approbavit. Quem unum errorem
etſi publicatis demum probationibus correxerint, nimirum ipſæ tabulæ mani- B
feſtum mendum prodebant, documentum tamen aliorum & incuriæ ſuæ ne
quid aſperius dicatur, ipſi conſtituerũnt. Dominus Archiepiſcopus libello
ſuo prima hæc & præcipua ſuæ intentionis fundamenta ponit, urbem Treve-
rim in territorio ditioneq; ſua tanquam Principis provinciȩ Treverenſis undi-
que ſitam, & ſuperiores Pontifices ante annos trecentos ipſa etiamnum ejus
mœnia condidiſſe, denique Caroli quarti Imperaioris ſententia Cunoni Ar-
chiepiſcopo adjudicatam, inſuper ſub clauſula novȩ conceſſionis ei cunctiſque
ſucceſſoribus in hunc uſque diem ab Cæſaribus confirmatam eſſe. Jam ut hic
omittatur iſtam qua ſibi ante omnia mirificè placent diverſæ partis advocati,
præſumptionem, quicquid eſt intra fines principatus, ad eundem principatum
pertinere, non tam ſolidam quam ſplendidam eſſe, ſicuti nos abundè vivis ra- C
tionibus, exemplis atque legibus in jure docuimus, plenum caliginis eſt ipſum
iſtorum argumenti principium, videlicet Principatus ille quem appellant pro-
vinciam Treverenſem, cujus vocabuli amplitudine libertatem patriæ noſtro
multo antiquiorem opprimere, ſibi gratiã, nobis invidiam conciliare moliun-
tur Sed originẽ iſtius Principatus provinciæq; Treverenſis & cõditionẽ & fines
ſi modo ſint, decuiſſet oſtẽdere, prius quã veluti ex jure provinciȩ à miſſis decem
populi Romani Legatis, aut ab Imperatorib. olim conſtitutæ ratiocinari de do-
minatu Pontificis Trever. ſacri Imp. Rom. per Galliam & Arelatenſe regnũ Ar-
chicãcellariatꝰ munere Principis Septẽviri Electoris. Immẽſum diſputãdi cãpũ
præbet id quod ex adverſò firmũ ponitur: prophana, nova, vetera, certa, dubia
cõmiſcentur hic & uno modulo ȩſtimãtur, involuũtur memoriȩ, quod hoc Cõ-
mentario paucis planũ fieri ſperamus, origine formaq; dominationis quã nunc
Principatũ & Provinciam Treverenſem dicimꝰ, obiter indicata. De muris civi- D
tatis hoc modo probant. Joannes Scheckmãnus monachus in Epitome ſeu Me-
dulla geſtorũ Treverorũ ſcribit Ioannem Archiepiſcopũ Treverim muris tur-
ribus & mœnibus per circuitatẽ cinxiſſe. Monachi clauſtri Himerode tabulam
ad ſepulcrum Joannis habent in qua legitur, qui etiam mure Trevericam
circumcinxit civitatem, obiitque anno Domini MCCXIII. Denique Trit-
tenhemus Hirſaugienſe chronico prodit Arnoldum Archiepiſcopum Treveri-
cæ urbis magnam partem muro de novo pulcherrimè muniviſſe. Quæ teſtimo-
nia ſæpenumero tam magna fiducia repetunt, ut vulgus admirari queat, tametſi
inepta fictaq; & erronea ſint, quemadmodum multis argumentis certis & per-
ſpicuis temporum rerumq; convincitur. Sententiam Carolinam ejuſq; Confir-
mationes in immenſum uti ex oraculo profectas attollunt, inde ſibi ad omnia
ferè litis puncta triumphum agunt, inde tantos ſpiritus ſumunt, ac ſi
phale-

A phaleratas ſuas opiniones ad aliquod perpēdiculū veritatis aut rationis exi-
gere nemini permittant, ne Tuæ quidē, Inclyte Cæſar, Sacræ Majeſtati, cæte-
riſque ſummis judicibus. Attamen ubi tempora cauſæque diſtinguuntur, mo-
menta rerum examinantur, acta Pontificum in lucem protrahuntur, ambitio,
nimia cupiditas, aliaque hominum vitia nudantur, adeo nihil iſtis ſupereſt,
quo ſe jactitent, ut etiam verecundè de nonnullis conticere queant. Sicuti
quoq; nihil quod operæ pretium ſit identidem repetitis Regalibus fecerunt,
cùm Dominus Archiepiſcopus ſuas ſummas prærogativas ampliſſimaq; jura
Regalia quæ poſſidet antiquitus in ipſa Treverorū Auguſta, per nos ſine con-
troverſia retineat. Prægnantes autem illæ vulgares clauſulæ regaliū codicillo-
rum quas adverſarii ſine fine crepant, certè non tantū pollent, ut præ talibus,
omnes leges, omniaq; jura, mores juſtos inveteratos, ipſam vivā æquitatē atq;
B rationē contemni aut aboleri oporteat. Imperatorem maximè Carolum 4. ob
plenitudinem poteſtatis, certā ſcientiam, auctoritatem judicādi ordinariam,
aſſertionem ſuam, aureas bullas, & ejuſmodi eximia conquiſitis undique jure-
conſultorum elogiis apparatu infinito voluminum inſtar in tantum evehunt,
ut Deo ſimilem dicant, qui nec fallit nec fallitur. At à vero interim ſcopo di-
vertunt: ſummum enim arbitriū rerum Sacræ Majeſtatis Imperatoriæ non eſt
in controverſia, ſed de poteſtate & officio electi arbitri potiſſimè quæritur. Et
ut argumenta defenſionis noſtræ cætera tum plurima, tum ut arbitramur in-
concuſſa nunc omittantur, evidens & planum eſt ex ipſa Carolina ſententia,
Cunonem Pontificem, majoreſq; noſtros olim Imperat. Carolum Quartum,
ex compromiſſo arbitrum ſumſiſſe & adiiſſe, Carolum quoque juxta compro-
C miſſi formam arbitrium recepiſſe, ſed præter iſtud etiam uti ordinarium judi-
cem & auctoritate ſua ſumma ſententiam dixiſſe, deque rebus alienis momen-
ti maximi, de quibus neque compromiſſum, neque cautum erat poteſtatem
ei fore. Jam porrò ordinarium judicem utcunque capi arbiter ulla ratione
juris queat, (præſertim Summus Princeps quod tam veteres quàm recen-
tiores Iureconſulti paſſim fieri poſſe negant, quanquam Canoniſtarum quo-
rundam opinione & exemplis alienis hic pugnetur, in quibus tamen à no-
ſtra facti ſpecie diverſa ratio eſt) ſi captus ſit & arbitrium ex compromiſſo re-
ceperit, nihil extra compromiſſum poſſe exiſtimamus, dictante hoc ratione.
Cur enim fit compromiſſum, & de rebus certis cavetur, & tam agitandæ li-
tis quam judicati faciendi leges ab ipſis partibus adjiciuntur, ubi ordinaria
præſertim Summi Principis & judicis auctoritas & plenitudo poteſtatis & ex-
ceptio nulla vigere debet? Manifeſtum itaque jus audimus omnem tracta-
D tum de officio arbitri ex ipſo compromiſſo ſumendum, nec aliud illi licere
quàm quod ibi ut efficere poſſit cautum eſt. Et nec diem quidem compro-
miſsi proferre poſſe niſi hoc adjectum fuerit, neque ſententiam dicere arbi-
trum ſi vel jubeat alium ſibi conjungi cum id in compromiſſo non ſit:
nam ſententia debet eſſe de re compromiſſa, de hoc autem compromiſſum
non eſt, inquit Paulus I. C. Ergo ſecundum ejuſdem Pauli prudentiſsimum L. Non di-
reſponſum, non quodlibet ſtatuere arbiter Carolus potuit, nec in re ſtingue-
qualibet, niſi de qua re compromiſſum & quatenus compromiſſum fuit: mus. §. De
& proinde ſententiam dicere potuit quæ nulla eſſet, quæque in rem judica- officio. ff.
tam non tranſiret, nec unquam ſententiæ verum nomen aut vires ſortire- de arbit.
tur. Qualem equidem hanc eſſe Carolinam de qua controvertitur exiſti-
mamus: nec ſolum propter ea quæ pro ratione temporis in judicio allega-
re licuit, ſed etiam ex aliis cauſis tum obviis & perſpicuis, quam pruden-
tiorum

tiorum captui ſeſe prodituris, ubi ex bono & æquo res tota conſiderabitur, ſi- A
cuti tum in hoc ſancto judicio tum etiam, niſi nos opinio noſtra fallit, ab aliis
fortaſſe fiat quibus hujus cauſæ meritum, juſtusq; civitatis noſtræ ſtatus cordi
ſit, tam ob jus Sacri Imperii Tui Rom. inclyte Cæſar peculiare, quàm etiam
ob antiquiſſima nobiſcum & æterna fœdera. Porro & alia inſuper evidenti
ratione, ſi advertatur animus, hoc qualecunque Caroli Quarti arbitriũ ordi-
narii judicis ſententia cenſeri nequeat: ſiquidem divino & humano jure ju-
dicium ordinarii cujuſvis Summi etiam Principis & Pontificis citationẽ exi-
git, propter naturalem defenſionem, ſine qua nec eſt nec dici fingivè judicium
poteſt. At neque Carolum Imp. auctoritate ordinaria vocaſſe unquam ad ſe
partes, neque has ſponte ſua coram ejus Imp. Majeſtate veluti ordinario judi-
ce comparuiſſe liquet, præſertim civitatem quæ procuratores ſuos ſolummo-
do juxta compromiſſi legem ad arbitrum ire juſſit, ipſaque per eos coram or- B
dinario præſens non fuit, defenſa non fuit, ullo momento temporis ad pro-
bandum vel defendendũ admiſſa non fuit. Quamobrem prudenter ſanè atq;
uti oportuit procuratores ejus cùm animadverterent Carolum non ut arbi-
trum, neque juxta compromiſſi legem, ſed ut ordinarium judicem aliter &
de rebus aliis quã de quibus erat aditus, & abſciſſa defenſione legitima judi-
care, in ipſo judicio diſertè profeſſi ſunt nihil ſe conqueri, neque cauſam civi-
tatis agere aut perſequi velle. Nec enim extra compromiſſi legem mandatique
ſui fines jure coram ordinario judice adeſſe aut implere civitatis vicem po-
tuiſſent. Nullam ergo ſententiam Carolum ut ordinariũ judicem tuliſſe cre-
dimus adverſum majores noſtros nec citatos, nec præſentes, nec defenſos.
Ideoq; quòd in ipſa ſententia diſertè & hoc extra cõpromiſſum juſsit, Archi- C
epiſcopo Cunoni tabulas ſignatas haudquaquam tradiderunt quibus arbi-
trium laudarent: minimeque jus ſuum inveteratum, libertatem civitatis anti-
quam, inſtituta priſca poteſtatis formamq; Reipublicæ ſuæ quam obtinebant
antiquitus, omiſere, vel adverſum iſthæc paſsi ſunt Cunonem ullis potiri ju-
dicatis. Denique brevi pòſt ipſum Pontificem Cunonem cum civitate de hac
qualicunque ſententia Carolina tranſegiſſe conſtat ex editis in hac lite ipſius
domini Archiepiſcopi nomine certis literarum monumentis: & tam mani-
feſtum eſt ex actis ut putemus ambigi ultrà haud poſſe, ſicut pridem ante Ca-
rolum Quartum Imperatorem, per ejuſdem inſuper aureæ bullæ geminatam
confirmationem, ita poſt ejus arbitrium deinceps aliorum quoque Cæſa-
rum & Impp. auctoritate atque privilegiis, ipſorum quoque Pontificum no-
ſtrorum voluntate & patientia majores noſtros ſtatum ſuum veterem obti-
nuiſſe, uti poſſederant, ita poſſediſſe, nobisque libertatem & jus civitatis an- D
tiquum reliquiſſe. Quamobrem arbitrium caſſum & nullum, tranſactione
conſenſuque ac ſeculorum aliquot uſu contrario ſublatum, ſimulque quod
ex adversò magna contentione diſputatur, majores noſtros iſtud etſi nullum
arbitrium, attamen intra legitima tempora corrigi non poſtulaſſe, (ac ſi quod
tranſactione finitum erat, quod nullius momenti erat, eo de judicium inſti-
tui vel potuiſſet vel debuiſſet,) hæc certè niſi noſtro aliorumq; prudentiorum
captu fallimur, obeſſe nobis haud oportere ſperamus: prȩſertim cùm patroni,
domini Archiepiſcopi ſolida hujuſmodi & vera fundamẽta cauſæ non modo
non everterint, ſed ne tractarint quidem. Ad extremum, quia longiores hic
eſſe non debemus, in Actis abundè patere arbitramur, ab eodẽ Carolo Quar-
to Imperatore poſt annum XII. Cunoni, vel inde annis ferè 70. rurſum à
Friderico Tertio Cæſare, Iacobo Primo Archiepiſcopo, vel ab aliis etiã po-
ſteriori-

A [illegible] Impp. hanc ſententiam nullam & tranſactione peremtam & temporeque [illegible] confirmari haud potuiſſe in noſtrum majorumve noſtrorum præjudicium quibus inſciis nec citatis nec auditis iſtud accidit: maxime cum [illegible] Cæſarum & Impp. Actis tam certum ſit ut ambigi vel in diverſum præſumtionibus [illegible] adverſarii vim facere rationi atque veritati moliuntur, relinqui [illegible] nequeat, ex certa Principum ſcientia tales confirmationes haudquaquam profectas eſſe, nec etiam conſilio ſeu voluntate lædendi auferendique jus tertii, non auditi, nec tam ob idoneã aliquam certamque cauſam, quam de more Cancellariæ Principibus Electoribus in ampliſsimis regalium codicillorum formis tributas. Sed abrumpenda eſt oratio & prætereunda quæ commemoravimus in ipſius Domini Pontificis articulis præcipua [illegible] nihil veriti ſunt patroni longè

B diverſa majoraque ſcriptis ſuis inculcare. De multis pauca ſufficiunt errorum exempla. Magno [illegible] ab Hunnis & Nordmannis antiquam urbem [illegible] populo, templis, mœnibus, portis, ædificiis omnibus [illegible] ac deletam, ut jam recte dici queat, Cinis ubi Troja fuit, [illegible] non tam primam civitatem quàm novam & diverſam [illegible] ſiquidem hæc ab Archiepiſcopis de integro [illegible] turribus, portis, foro [illegible] ſit, poſtquam ad eos una cum flumine Moſella finitimaque [illegible] nimirum donatione Romanorum Imperatorum & Regum [illegible], Clodovæi, Dagoberti, Pipini, Caroli Magni, Zvvendeboldi, & aliorum, Pontificeſque novos colonos à tanta Treverorum internecione collegiſſe, quibus ſcilicet non tam interpolatam urbem, quam recentem condiderint. [illegible] adjidere

C Treverostum. Romanis tum a Francis aliiſque populis quondam debellatos, cœlos & civitatem protſus in ſervitutem redactam, quæ Pipini etiam & aliorum Francicorum regum temporibus duraverit, quum cives Treverenſes partim homines Sancti Petri, partim homines fiſcales fuerint tanquam [illegible] fiſco regio: poſteaque cives iſtos fiſcales omnes cum [illegible], Archiepiſcopis ab Zvvendeboldo & Ludovico [illegible] 899 & 902. cæterum pietate dom[illegible] rum Archiepiſcoporum tandem manumiſſos libertateque civium Francofurtenſium [illegible] ſublata omni macula ſervitutis res propria poſſidere, [illegible] eſſe exempti, honores gerere, neque coram alio judice quam [illegible] Imperator, conveniri poſſent. Per-

D [illegible] comprobata, tum (quo nullam adhuc [illegible] Pontifices apparet, tametſi inter [illegible] antiquarum tabularum amiſsionem cavillatione [illegible] originalibus codicilli annorum [illegible] copia probari eſſe facilia ſcripſerunt denique Pon[illegible] Imperium Romanum attuliſſe, pleno jure do[illegible] longo ævo uſque in præſens [illegible] Re[illegible] ſine [illegible] poſſediſſe, ſed & beneficio ſeu feudi [illegible] Imperio Majeſtateque Cæſarea. Quid iſt[illegible] ſi [illegible] quam probata [illegible] atque monumenta omnium æt[illegible] moria: qua [illegible] Principatum nunc [illegible] Magni

 imperio,

[illegible] vel etiam Magni Ottonis, ejus fratrem Brunonem Agrippinenſium antiſtitem omnium Pontificum primum adminiſtraſſe munera civilia, provincias, civitates, nec ſuo tamen aut perpetuo ſed temporarii legati jure, plenu [illegible] & conſenſu hiſtoriarum liquet. Enimvero tam inanibus [illegible] ſimulachris adverſatur etiam quod ipſe Dominus Archiepiſcopus civitatem Treverim antiquiſſimam eſſe in jure confeſſus eſt, **daß es eine vralte Statt iſt**: quodq; Ioannes [illegible] Theologus & Eccleſiaſtes ædis ſummæ [illegible] ad Archiepiſcopum Richardum publico libello plurima de priſco [illegible] apud nos opera ſupereſſe teſtatur, [illegible] ædificiis monumentiſq; confirmantibus: ut templum portaq; Martis & Nigra quæ nunc D. Simeonis [illegible] eſt, Porta alba vulgo nunc **die alde Port** ubi **die alte** [illegible], Pons eximius fluminis Moſellæ ripas jungens, cum pilis & columnis antiquiſſimis, excelſæ turres binæ juxta D. Barbaræ mirabili opere, pars amphitheatri ante portã albã quod vulgus Catholdi [illegible] & Keſſeller appellat, ingentibus ruinis inſtar montis [illegible] turres terra contegentibus. Palatiũ in urbe, maximumq; templũ olim D. Helenæ domus, [illegible] vetuſtatis reliquiæ. Deniq; clade poſtrema Nordmannica nequaquam adeo delete Treveris ut nomen formamq; [illegible] civitatis amiſerit, ſed innumeris Scriptorũ teſtimoniis conſtat nihilominus [illegible] ad Ioannem primũ Pontificem ac deinceps frequentem [illegible] ſemper fuiſſe. Si porta [illegible] civitatis opera condidere Pontifices nõ tam [illegible] nullus Scriptor prodiderit, quam cur nullũ ipſi [illegible] operibus ſignum indiderint Archiepiſcopi apud nos, ſicuti in aliis ſuis urbibus, oppidis, caſtellis fecere quærimus? cur in portis, mœnibus, turribus ædificiiſq; publicis nulla niſi civitatis noſtræ vetuſtiſsima cernuntur inſignia? Crux in foro quam anno 958. Pontifex Henricus erexit, non illius ſed noſtrũ habet inſigne. Solus arcũ quo canonicorum ſummi templi ſeptum clauditur, at opere privato, Richardi Præſulis & Capituli ipſius, unicus in angulo fori [illegible] Archiepiſcopi ſuperioris recens ſignũ habet, nec ullum aliud [illegible] reperiri potuit conditorũ Pontificũ. Cætera [illegible] & [illegible] peculiaria, caſtellũ, arm[illegible] cujuſcũq; generis nihil quicquam ullus apud nos [illegible] Richardus ſociale bello contra Franciſcũ Sickingenſem an. Ch. [illegible] & tormentũ unũ aut alterũ in urbẽ adduxit. Nos verò [illegible] custodiam, munitionem, claves, præſidia [illegible] antiquos ædificiorum & inſtauratorũ operũ, murorum, portarũ, turrium [illegible] quam non optime [illegible] runt. [illegible] monumenta literarum de regno Lotharii, [illegible] Lotharingiæ, de Ducatu Moſellano ſeu [illegible] Moſellæ, [illegible] ex quibus ſub Henrico Imp. [illegible] mus eſt [illegible] noſtrorum [illegible] ſiquidem [illegible] Treverenſium [illegible] ſeculis [illegible] probatio [illegible] [illegible]

A familiates ipſis Pontificibus ſummeq́; gnaros privilegiorum, jurium, acquiſi-
tionum, actorum Epiſcopalium fuiſſe, dominorumq́; ſuorum memoriam
cum ſumma charitate uſurpaſſe liquet: quiq́; donationes à Regibus Franco-
rum & Imperatoribus Romanis olim in Eccleſiam Treverenſem & ejus anti-
ſtites collatas referunt, cœterùm ad iſtas vanas imagines nullũ momentum
nullũ teſtimonium præbent. Quid? quòd in ipſo ſummo titulo Primatus
Archiepiſcopi Treverenſis, ab Romanis Pontificibus orto, collato confirma-
toq́; tam grande erratũ exadversò fit ac ſi illa dignitas Regum Francorũ mu-
nus ſit. Ejuſcemodi plurima dé vetere ſtatu Pontificũ Treverenſium patriæq́;
noſtræ quibus illius antiquiſſima libertas oppugnatur, evidenter refellere ne-
ceſſe fuit, ne caſſa prorſus adverſariorum allegata quantumvis turgeant, in re-
B ligionẽ venirent: ſed potius advertantur iis tam mentis quam corporis oculi,
ne vel inania pro ſolidis, vel commentitia pro certis admittantur, aut etiam
aliena ipſis ſpecioſè appellatis auctoribus, monumentis, teſtimoniis, actis
privatarum publicarumq́; rerum fidem in judicio habeant. Ejus unicum
adhuc ſpecimen dandum eſt. Mœnibus cinctam Treveri.m ab Ioanne primo
Pontifice quod unus impudenter finxit prodiditq; Scheckmannus, cùm nos
in jure negaſſemus, illi ultimo replicarunt, non ſolum hoc tradit Scheck-
mannus in Epitome ſua, ſed ipſius quoq; voluminis integri quod Geſta Tre-
verorũ inſcribitur exemplaria multa ſic habent. O rem mirificam, ullane tam
inepta ſit charta quæ ſi hoc contineret, inter probationes uti cœtera cũ ſum-
mo triũpho non fuiſſet edita? Sed quicquid ſit, majores noſtros iſtud Scheck-
mãni teſtimonium comprobaſſe dicunt, quod ante annos ſexaginta paſſi ſint
C in civitate Treveri. librũ iſtum imprimi & vulgari, nec uti olim Agrippinenſes
ob editionem annalium ſuorũ ſecere, typographum coercuerint. At ecquis
hoc de Colonienſibus ſine ullo teſte credat? cum annales eorũ adhuc in ma-
nibus verſentur & expetantur uti haut pœnitendum opus: Scheckmannum
autẽ non apud nos aut à Treverenſe cive, ſed à Caſparo Hochfeder cive & ex-
cuſore Metenſe nimirum Metis, impreſſum, ut quoq; Germanicam Medullã
Ioannis Enen Richardo Archiepiſcopo dedicatã, in qua de muris noſtris nulla
ſyllaba, manifeſtũ eſt ex ipſis codicibus equidem perquam raris, tametſi Ma-
thias Haen civis Treverenſis impenſas feciſſe ſcribatur. Deniq; Scheckmãnus
ipſe circa finem de hoc libro ſuo clarè, erubeſcendũ, inquit, mihi eſt quód exit
inſulſum opus: & concludendo ſic precatur: hunc laborẽ noſtrũ examinans
longè ſit: moxq́;, parcite ô lectores ingenui, decerpite quæ vobis cõmoda vi-
D ſa fuerint, quæ aliis fortè reſervata carpere nolite. Quid huic fiat ſcriptori in-
ſulſo pariter ac miſerabili, dum non examinari ſed parci ſibi & quæ commoda
videantur ex ſuis accipienda vult. Alios ſecum ineptire cogit. Abjectione vili-
tateq́; ſua dignum reprehenſione fuiſſe vel etiam idoneũ magnæ rei teſtẽ per-
negamus. Tertium quod occaſionẽ huic Cõmentario præbuit, inſignis item
arrogantia fuit diverſæ partis advocatorũ, cavillandis, oppugnandis, impro-
bandisq́; literarũ monumentis quæ nos in judicio produximus: quippe com-
mittendum non erat, ut inultum iſtud auferrent, oneratáq; contumeliis an-
tiquitas & iniq́; triumphata veritas non vindicaretur. Vt auctoritatem in om-
nibus haud aſpernando ſuæ memoriæ ſcriptori annalium Agrippinenſium
detraherent, initio præter rem, craſsiſſimi erroris eum inſimularunt, quòd
ætatem primam mundi ab Adam uſque ad univerſale diluvium annorum
bis mille ducentorum quadraginta duorum computari refert, atque ob
eam cauſam quid, inquiunt in reliquis ei crederetur. Nullum igitur ille

 auctorem

auctorem habet idoneum *ejus* opinionis? Hi neſciunt, ergo forenſium A
more non credunt. At ignorare levius eſt quàm etiam manifeſto calumniari incomperta. Sed hoc iſte de ſuo prodidit? Nequaquam: diſertè, tot annos, inquit, habet hæc ætas ut ajunt vulgò. Iam quod iſti non ſciunt, Septuaginta interpretes annis amplius trecentis ante Chriſtum natum, Euſebius Cæſareenſis ſub Conſtantino Magno Imp. Mag. Aurelius Caſſiodorus ſub Clodovæo rege Francorum, Chriſtiani nominis primo, Comes Veringenſis Hermannus Contractus ſub Henrico tertio Imp. Otto Friſingenſis Epiſcopus ſub Friderico primo Imp. deniq; complures alii venerandæ tum antiquitatis tum auctoritatis iſtud ipſum ponunt & ſequuntur, fuitq; ſuperiore memoria vulgò receptum. Quid igitur hic auctor enorme peccavit? indoctus aut alieni imperitus non eſt, in ſuo verax, integer & ſincerus eſt. Proinde ſicut iſthic, ita B
& in cæteris haud parùm illi credendum erit, etiam diverſæ partis arbitrio: niſi fortè nihil ipſis interpretibus Septuaginta, nihil Euſebio, nihil Caſſiodoro, nihil inſuper omnibus apud quos hoc idem ſcriptum legitur, in reliquis credunt iſti. Qui tamen Agrippinenſem hunc ubi ſatis pro ſuo fugillarunt ingenio, mox in aliis obliti anteriorum pari ſpiritu cõmendant, quòd urbis noſtræ Chronica taxet de Subjugatis quinq; Rheni urbibus, idq; fabulæ loco traducat ne tributarios unquã Treveris fuiſſe ſuos Agrippinenſes fateatur: etſi haud abſimile vero & à multis proditũ ſit Treverorũ imperiũ juxta Rhenũ longiſſimè quondã patuiſſe, regionẽq; quam poſteriore demũ ſeculo poſſidere cœperunt Vbii, poſtremũ Agrippina colonia facti, priſco ævo in ditione finibuſq; Treverorum fuiſſe comprehenſam. Dignus itaq; nunc ſit ſcriptor & fide & cedro, ſiquidẽ tantillũ noſtris annalibus impingit: & pro delectamento fiant C
urbes quinq; Rheni olim à Treveris ſubjugatæ, rideantur ut inepti & mendaces qui meras ejuſmodi larvas (adverſariorũ phraſibus uti decet) monumentis conſignavere. Quid? anilibus ergo nugis & turpiter conficta elogia repræſentantibus aulæis monumentiſve ſummum ſuum templũ Cathedrale religioſiſſimi Præſules noſtri vel exornarunt ipſi, vel ab aliis decorari paſſi ſunt? Nam & in urbis ſuæ Nemetũ Spiræ Chronicis Guilielmus Eiſengrinius pridẽ ante ortam hanc controverſiã, Treveris, inquit, in ſummo templo hæc picta viſuntur in vetuſtiſſimo periſtromate, refertque verſus antiquos de ſubactis quinq; Rheni urbibus, juxta Treverorum Auguſtæ effigiem, cum inſcriptione hac, Altera Roma, nominibuſq; Rhenenſium civitatum, atq; etiam aliis verſibus Trebetam Nini F. conditorem Treverorum teſtantibus. Quæ omnia præter veteres non modo Scheckmannus, exadverſo productus teſtis, ſed etiã D
D. Ioannes Enen germanico libello ad Archiepiſcopum Richardum diſertiſſimè pro veris tradidit. Eant ergo nunc adverſarii patroni, & hic ipſi cauſam prius dicant quam accuſent alios. Deinde mentem etiam advertant longè viliore teſtimonio nec antiqua nec integra nec ſibi reperiri queat ex omni parte deſpicatius, quamque manifeſtum unius Scheckmanni mendum peperit, inniti ſeſe dum probare conantur Auguſtæ Treverorum mœnia condidiſſe primum Ioannem Pontificem, cujus res etiam minimæ momentique nullius eodem ſeculo literis accuratiſsimè mandatæ paſsim extant, nec tamen ullam habent tanti operis memoriam. Et ſi verò nos haudquaquam ab illis ſummis antiquitatibus, ſubactis ſcilicet quinque Rheni urbibus aliiſque ſimilis notæ rebus exoletis, à Trebetæ fuga ſeu adventu in has oras, aut ab nece Semiramidis avitam noſtram libertatem præſentiſq; conditionis jus deducamus, eaq; propter vel inter acta cætera, vel hoc etiã Cõmentario multis & curioſè talia prodere operæpretium non duximus, adverſarii tamen iſtum

A campum priſcarum originum perſultant, diſſertiſſimeq; cavillantur aliena, nihil ad cauſam pertinentia, quæque neſciunt ipſi & per ſe nullius momenti ſunt, adeo quidem ut ab Aventini Treviro potius, quam à Trebeta noſtro nomen urbis eſſe diſputent, ex quo, inquiunt, Treveris & non Treberis dicitur. Acutâ ſcilicet analogia grammatica cauſam noſtram ſauciant: Trebetam autem & Treberum vocari à Sigeberto & aliis, & Treberos in antiquis codicibus frequenter legi, & Gallos adhuc Cæſaris Iulii ſeculo græcis tantùm literis uſos nòn expendunt: qua ratione Treberis utique tunc ſcriptum fuit, & Trevetam nunc quoque dicere liceat ſi iſtis argutando paria facere libeat. Exempla hujuſmodi multa longum eſſet recenſere: ſed apparebunt hoc commentario paſſim attentè legentibus, tametſi non tam ſingulari nota B ſemper demonſtrentur, quàm verecundiæ cauſa tacitè relinquuntur aliis æſtimanda, de rebus etiam maximi momenti. Sic neceſſe nobis fuit Cæſareorum & Regalium & aliorum aliquot diplomatum ſimulque plurimarum rerum fidem exadversò perperam mera ignoratione cauſidicorum infirmatam, ex annalibus & probatiſſimis hiſtoriis aſtruere atque vindicare: quemadmodum in annis actiſque Ludovici quarti, Caroli quarti, VVenceslai & aliorum Cæſarum pariterque nonnullorum Pontificum Treverenſium, item in explicanda ſerie fœderum noſtrorum quæ cum Lutzenburgicis & Lotharingicis dynaſtis jam aliquot ſeculis habemus æterno jure conſtituta confirmataque, majores etiam noſtri cum Ludovico Franciæ Regis filio Duce Aurelianenſe Manburno Lutzenburgicæ ditionis coluerunt, inſuper in aliis graviſſimis cauſis animadvertere promtum erit. Ad extre- C mum ut Auguſtæ Treverorum patriæ noſtræ conditio, diſcrimina, caſus inde ab exordio Romanæ Monarchiæ potiſſimum, ad hanc uſque memoriam brevi aliqua deſcriptione multis innoteſcerent, iis præſertim quorum aliquæ partes erunt in audienda cognoſcendaque lite noſtra cum Domino Archiepiſcopo, Commentarium etiam hujuſmodi ad id ordine luceque rerum & temporum opportunum fore putavimus, ne vel Geſta Treverorum ſatis amplum nec unius auctoris opus, neque Scheckmanni Epitome perquam inſulſa, vel Eneni etiam Medulla magnopere deſideretur, relatis paulo meliore latinitate niſi quum oportuit ipſa auctorum verba tametſi parum elegantia ſervare, uno volumine rebus tam Pontificum quàm majorum noſtrorum momenti alicujus non ſolum ex ipſis Geſtis & Scheckmanno & Eneno, quorum poſterior ſanctarum reliquiarum apud nos præco- D nium maximè fecit, uterque verò pridem penè deperiit, verum etiam ex aliis ſcriptoribus claſſicis & monumentis publicis privatiſque ferè innumeris, vel in judicio prolatis, vel aliàs omni tamen exceptione majoribus. Fuit enim inprimis cautio, ne vel ulla nota maculoſi, vel ignobiliores auctores, aut teſtimonia parum idonea hic appellarentur. Ioannem Aventinum diligentiſſimum ſcriptorem tam de ſacrarum quàm civilium rerum ſtatu præcipuè citare viſum fuit, quod cum exacto judicio ſimul ſummorum Principum, ſimul religioſorum atque doctiſſimorum hominum Eccleſiam Romanam colentium typis evulgatus ſit: aliorum etiam auctoritates quibus utimur tam celebres ſunt ut commendatione aliqua non egeant. Hæc piiſsime Cæſar, humilimè præfati quò magis pateat ob graves & neceſſarias cauſas nec paucas hoc Commentarium anguſto quidem ſpatio temporis, ideoque conciſius, ſed ex optimis tamen auctoribus & monumentis confectum. Decœtero, Majeſtatem Tuam, cui totis pectoribus

Digitized by Google

devoti ſumus, ſuppliciter ac demiſsè cum lachrymis oramus & obteſtamur, A antiquiſſimam & afflictiſſimam civitatem tuam Treverorum Auguſtam, patriam noſtram, nos, conjugeſque noſtras & liberos, viduarum & pupillorum & inopum miſerabilem multitudinem, auctoritate pietateq; Cæſarea protege, ſuſtenta, ſolare, Majeſtatis Tuæ tutela fideliſſimis Imperii tui ſubditis, ſummas omnis generis contumelias exitiumque nobis intentatum avertat, cohibeat, propulſet, cauſæ noſtræ bonitatem & æquitatem conſervet, quam etiam Majeſtas Tua Cæſ. Principesq; ſummi Electores & egregii prudentesque viri quorum de tota controverſia ſtatuendi, cognoſcendi referendive munus erit, tum ex actis utrinque confectis, tum ex jure totiusque Reipublicæ ſacri Imperii Romani uſu proculdubio rectius & plenius intelligent, deprehendent, æſtimabunt, ac nos infinitis impedimentis irretiti, tempore cæteriſque B rebus ad tantam litem oportunis deſtituti, iniqua majoris potentiæ ſorte preſſi explicare ipſi atque verbis conſequi potuimus. Dominus Archiepiſcopus imperium in nos ſummum ſine ulla rei cujuſquam exceptione affectat, civitatem hanc patriam noſtram cum omnibus dominiis directis & utilibus uti loquitur, ſibi ſubdere molitur, antiquiſſimam ejus formam proſcindere atque convellere parat, eandem urbis Auguſtæ Treverorum conditionem eſſe oportere quæ ſit tenuiſſimi alicujus ſui pagi aut villæ cenſet, res immenſas, multarum plus quàm in bonis fortuniſque noſtris ſit, capita noſtra ſanguinemque poſcit, horribili equidem & inaudito conatu: nihiloque minus annuam tutelarem pecuniam exigit quæ ſuperioribus Epiſcopis haud aliter atq; Lutzenburgicis & Lotharingicis Principibus uti libera republica depenſa fuit, ipſi etiam & ſucceſſoribus Pontificibus haud quaquam negatur, dummodo C pro more majorum patronus civitatis ſuæ, non ſit accuſator: amicus, non ſit hoſtis: defenſor, non ſit oppugnator. Nos autem tantam rerum novitatem & iniquitatem recuſamus, deprecamur, ſtatum noſtrum antiquum tolerabilem patriæque libertatem & juſtas prærogativas ab ſacro Imperio nunc Tua Majeſtate Cæſ. ſummo rerum faſtigio nobis aſſerimus & tuemur, ſemperque quicquid eſſet in quo ſua commoda, ſuam dignitatem poteſtatemvè Dominus Archiepiſcopus à nobis publicè privatimve læſam putaret eo de cognoſci ac ſtatui ex bono & æquo vel jure legitimo demiſsè poſtulavimus. Attamen adverſum talia fortunis noſtris exuti, fame afflicti, improviſo bello petiti, adductis in obſidionem noſtram lectis equitum peditumque copiis, terribilibus machinis, innumera ruſticorum manu, oppugnati, munimentorũ aliisq; maximis damnis affecti, deinde per ſpeciem pacis ſummæq; fidei com- D promiſſum periculoſum & militem intra muros admittere perſuaſi, ita conditionibus quibuſdam iniquiſſimis onerati, præcipuo Magiſtratu noſtro nec paucis literarum monumentis atroce violentia ſpoliati, litem imparem ingreſſi, nulla tamen deinceps in hunc uſque diem à novis perturbationibus, injuriis & detrimentis tranquillitate potiti ſumus: ob quorum omniũ unum aut alterum commiſſum, litigator quivis in optima etiam cauſa, meritò jus ſuum arbitramur non obtineret, ſed amitteret, diſpendia cuncta repararet, pacem colere jureq; legitimo agere vehementiore poteſtate ac imperio cogeretur. Dominus Deus, Tuam Majeſtatem, Inclyte Cæſar, diu nobis ſervet incolumen, fœlicem, fauſtam.

COMMEN-

Digitized by Google

A

COMMENTARII

DE ORIGINE ET STATU ANTIQUISSIMÆ CIVITATIS AUGUSTÆ

B TREVERORUM.

PARS PRIMA.

TREVERORUM *Civitas, Treveri, Treveris, ſeu Auguſta Treverorum, omnium urbium antiquiſſima eſt, ut omnes penè chronographi præſertim Europæ teſtantur, itemq́; vulgati verſus epigrammatis Salodori, Omnibus in terris Soliturra antiqui-* C *or, unis exceptis Treveris quorum ego dicta ſoror. Unde Glareanus in Panegyrico Helvetiæ cecinit, Urbs quam Roma ſimul ſociam Treverq́; ſororem appellant Salodorum ingens: priùs, Salodoria regna peragrat, Regna ſub Habramo tam fauſto ſidere nata. Quo loco Scholiaſtes Oſvaldus Molitor Lucerinus, Salodorum, inquit, antiquiſſimum eſſe conſtat, nam exceptis Treveris, nulla urbs vel Galliæ vel Germaniæ antiquior: & priore loco ſic, Treverorum urbem & Salodorum ſorores vocat, quòd iis ſimul fuerunt temporibus, cùm nullæ adhuc aliæ civitates vel per Galliam vel per Germaniam forent* D *extructæ. Proinde conſtat originem ejus in Abrahami Patriarchæ atq; Semiramidis Aſſyriorum reginæ tempora referri, ſiquidem Trebetæ Nini filio, Semiramidis privigno à noverca regnoq́; patrio Babyloniæ profugo, adſcribitur.*

Hæc vetuſtiſſima Treverorum Auguſtæ primordia, clariùs intelligere licet ex Heliæ ſive Theſbytis, ſeu alterius, certiſſimo vaticinio, quod extat & publicè notum eſt hujuſmodi: Sex millia annorum mundi, & poſtea deſtructio: duo millia inane, ſive ſine lege: duo millia lex: duo millia Chriſtus, niſi quid ex his propter peccatorum noſtrorum immanitatem atq; multitudinem

deerit. Anno Mundi juxta Biblia ſeu Hebraicam veritatem 1656. diluvium univerſale fuit ſub Noa: tametſi ab Adam uſq; ad diluvium primam mundi ætatem imperante Conſtantino Magno Aug. Euſebius Cæſarienſis (quem D. Hieronymus interpretatus eſt) circa principum chronici ſui, annorum bis mille ducentorum & quadraginta duorum cenſeat: quod complures alii chronographi vel ab ipſo Euſebio, vel à Septuaginta interpretibus (nam illorum iſtam eſſe ſupputationem Marianus Scotus lib. 1. ætate 1. in fine, & ætate 2. in princip. ex D. Auguſtini libris de Civitate Dei, multis refert) acceptum, ſecuti ſunt, nempe præter recentiores Mag. Aurel. Caſſiodorus Patritius Rom. in Chronico ad Theodericum regem Gothorum, ſtatim ab initio, & Hermannus Contractus Veringenſis Comes ſub Henrico III. Imp: primis chronici ſui verbis de ſex mundi ætatibus, & Otto Friſingenſis Epiſcopus ſub Friderico I. Imp: chronici ſui lib. 1. cap. 3. in fine: quanquam numerus ibi Septuaginta interpretum vulgò vitio librariorum 2262. pro 2242. ſcriptus ſit, quemadmodum proximus quoq; numerus 1556. corruptus eſt pro 1656. quot annos ab Adam ad diluvium computare dicit Hieronymum, ut inde liqueat eum hunc numerum apud Euſebium, ubi numerus Hebræorum dicitur, pro Hieronymi additione habuiſſe.

Poſt diluvium univerſale anno 102. natus eſt Phaleg: quo tempore diviſa eſt terra, turriſq; Babel ædificata, Gen. 10. & 11. Anno poſt diluvium 294. natus eſt Abramus: vixit annis 175. Geneſ. 11. & 12. Poſt diluvium autẽ anno 303. Semiramis Nini Babyloniæ regis vidua, mortuo marito regnare cœpit in Babylone & Aſſyria 42. annis: obiit igitur anno ante Noæ mortem quinto, à diluvio 345. qui eſt ætatis Abrami 25. & mundi 2001. quo Thare pater cum Abram, Loth &c. egreſſus eſt ex Vr Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan, venerunt autem uſq; in Haran ubi Thare mortuus eſt, Gen. 11. Anno dein ætatis ſuæ 75. (qui eſt mundi 2024.) Abram egreſſus eſt ex Haran in Chanaan, ac tandem in Ægyptum, Geneſ. 12. anno verò ætatis ſuæ 99. (mundi 2048.) circumcidit carnem præputii ſui ac ſuorum eodem die quo legem ſive mandatum de hoc à Domino acceperat, Geneſ. 17. Finitum igitur iis temporibus ævum primum mundi, inane, videlicet bis mille anni orbis conditi, ſine lege, & incepit Circumciſio ſive Lex, quod eſt ævum ſecundũ: & origo civitatis Treverorum in primum mundi ævum incidit.

Digitized by Google

A *Anno à diluvio 798. egreſsi ſunt filii Iſrahel ex Eegypto, Ex. 12. Anno 480. poſt egreſſum ex Aegypto templum primum à Salomone inchoatum eſt Hieroſolymis. 3. Reg. 6. Anno 283. templi primi, urbs Roma condita: qui eſt annus mundi 3216. exactiſſimo calculo Gerharti Mercatoris. Unde conſequitur inter diluvium & Romam annos eſſe 1560. ſed inter initium regni Semiramidis & Romam conditam annos 1257. ac proinde poſt obitũ Semiramidis uſq; ad initium urbis Romæ annos 1299. Cum igitur omnes ſcriptores nemine diſcrepante primordium Augu-*
B *ſtæ Treverorum in regnum Semiramidis ſtatuant, quod 1300. annis uno minus ante Romam conditam finitum eſt, ea propter vulgò verſiculus decantatur, quem nonnulli Gotfrido Viterbienſi attribuunt, Ante Romam Treveris ſtetit annis mille trecentis. Et paſsim tradunt Hiſtorici annis ante Romam 1300. conditam eſſe Treverim. Sed ſcriptores rerum Treverenſium exactiùs annos tradunt, ante Romã condidam 1250. quod convenit in annum ætatis Abrami 16. regni verò Semiramidis 7. & mundi creati 1966. poſt diluvium univerſale 310. poſt obi-*
C *tum Tuiſconis de quo mox dicetur, & Mano ejus filio jam in Germania regnante annum 4. ante nativitatem verò Chriſti 2000. ante mortem Noæ 39. Et Marianus Scotus qui diligentiſſima chronica reliquid ante annos ferè 500. lib. 1. ætate 3. circa princip. cap. 16. anno Abrahæ 16. Trebeta, inquit, filius Nini à Semiramide expulſus de regno, Treverim urbem condidit in Gallia, ante Romam condidam annis 1250. Convenit etiam in anno regni Semiramidis, tametſi annos mũdi & ætatis ſecundæ juxta Lucam Evangeliſtam & Septuaginta interpretes interpoſita generatione Cainan quam non habent Hebræi, diverſè*
D *ſupputavit, quemadmodum cap. 14. pluribus ex Beda, Dionyſio ac aliis explicat. Inſuper Iacobus Wimphelingius in Epitoma rerum Germanicarũ cap. 70. nobiliſsimam urbem Treverim duobus annorum millibus Chriſti ortum & longè Romã ipſam diuturnitate excedere ſcribit, quod nec ipſi Romani inficientur.*

Trebetam itaq; Nini filium non modo à rerum Treverenſium ſed ab aliis quoq; ſcriptoribus claſsicis primum conditorem prodi manifeſtum eſt. Nam Ioannes Nauclerus Generat. 20. volu. 1. Semiramis, inquit, cùm haberet privignum Trebatam dictum, ſuſpicione affectandi regnum ducta, inſidias illi parare cœpit: qui claſſe facta è regno fugit, ex Aſiaq; in Europam profectus,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fectus, id eſt, per mare in Rhenum, ac inde per Moſellam fluvium in valle pulcherrima Galliæ conſedit, ibique florentiſsimam urbem totius Galliæ caput fundavit ac Treuerim quaſi Treberim ex nomine ſuo apellavit. Extant ibidem hodie antiquæ nobilitatis monumentorum inſigna, è quibus circa annum Domini 1200. repertum eſt in lapide ſculptum tale epitaphium, Nini Semiramis quæ tanto coniuge fœlix Plurima poſſedit, ſed plura prioribus addit, Non contenta ſuis nec totis finibus orbis Expulit à patrio privignum Trebeta regno, Inſignem profugus noſtram qui condidit urbem. Eoſdem verſus in lapide ſculptos ſuis temporibus Treveris repertos ſcribit Otto Friſing. Epiſcopus libr. 1 Chr. c. 8. hiſtoriam Trebetæ perinde atque Nauclerus reverens. Quemadmodum etiam Conradus Vrſpergenſis Abbas initio ſui Chronici facit, & idem epitaphium commemorat. Sigebertus item in anno Chriſti 413. Treberum Nini filium à facie novercæ ſuæ Semiramidis profugũ condidiſſe olim atque à ſe nominaſſe Treverim perhibet. Hos ſecutus Aeneas Sylvius poſtea Pius II. Pontif. Max. in Germania ſua cap. 11. de Treveri *Metropolitica ſede, auctorem eius, inquit, aſſerunt* Trebetam *Nini & Semiramidis filium, & Roma ſeniorem trecentis & mille annis affirmant, ſedente autem Beato Petro ſalutiferam Chriſti religionem imbuiſſe. Sebaſtianus quoque Munſterus in deſcriptione Germaniæ ſuæ* Treverim *vetuſtiſsimã urbem Abrahæ temporibus primò conditam multos aſſerere teſtatur à* Trebeta *Nini Babylonici regis filio: ac pluribus idipſum tradit libr. 2. Coſmographiæ. Præter hos inſuper Andreas Althamerus in* Taciti *Germania rem eandẽ cum epitaphio quod antea relatum eſt, diſertè commemorat. Et Albertus Crantzius in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria libr. 5. cap. 5. concordat. Et Gotfridus Viterbienſis olim ſub Henrico 6. Imp. præfectus ſacrorum & Auguſtalium ſcriniorum carmen eadem de re condidit huiuſmodi, Chronicorum parte 3. in fine. Filius eſt* Trebeta *de Nini ſemine regis, Cedere quem regno regina noverca coëgit, Vt pater elegit regna noverca regit Pulſus ab hinc* Trebeta *ſubijt Germanica regna Fundat ibi* Treverim *fluvio præſente Moſella, Poſt, eadem Treveris Belgica Roma fuit. Denique Trebete quod ſuperius commemoratum eſt epitaphium quoque ſubijcit.*

Joannes tamen Aventinus recentiorum omnium ſine controverſia politiſsimus & inſignis auctor annalium Bojorum lib. 1. in hæc

A [illegible] ſcribit. Tuiſconi ſucceſsit filius Manus. Is potitus eſt [illegible] 66. annos. Cuius regni anno 43. Noas qui & Ianus, in Italia mortem obiit, ab illuvie aquarū anno ſupra trecenteſimū quinquageſimo. Imperavit ea tēpeſtate Babylonijs Semiramis uxor Nini. Sub id tempus Trever condidit Treveros urbē ac gentem in Gallia Belgica ad ripā Moſellæ. Quidam filiū Nini, alii vero Mani huius fuiſſe tradunt. Hos ut ſequar inclinat animus: ſiquidem Cornelius Tacitus qui quam diligentiſsime de Germaniæ gentibus ſcripſit, Treveros ultro ambitioſos eſſe in affectatio-

B ne Germanicæ originis literis mandavit. Ipſi quoq; Galli, Iulio Cæſari referunt, Belgas a Germanis ortos eſſe. Quin fama conſtanti [illegible] manavit, Treveros primos Germanos eſſe citra Rhenū [illegible] lingua, moribus, imperio Germani ſunt. Hæc Aventinus. Sed operæpretiū eſt animadvertere, rationes cum videas non plane ſolidas ſecutū. Taciti enim locus ſuſpectus eſt, & Cæſaris autoritas nihil neceſſario probat, fama multo minus. Apud Tacitum pro Treveri & Nervii circa affectationē Germanicæ originis ultro ambitioſi ſunt, legi potius oportere Tungri & Nervij, multis argumentis convinci queat. Ut

C paucisſimis indiciū fiat, Iul. Cæſarē non nominaſſe Tungros, ſed Condruſos, Eburones, Cæreſos & Pæmanos Galliæ Belgicæ populos uno nomine Germanos appellari tradidiſſe conſtat. Eos verò populos uno quoq; nomine Tungros fuiſſe, nō ſolū Petrus Divæus Lovanienſis antiquitatū Belgicarū diligens ſcrutator, ſed etiā Tacitus indicat; etenim inquit, Germaniæ vocabulū recens & nuper additum, quoniam qui primi Rhenū transgreſsi Gallos expulerint, ut nunc Tungri, nunc Germani vocati ſint: ita nationis nomē non gentis evaluiſſe paulatim, ut omnes primum a victo-

D re ob metum, mox a ſeipſis invento nomine Germani vocarentur. Videmus igitur palam Tungros eſſe Tacito, qui Cōdruſi, Eburones, Cæreſi & Pæmani ſunt Cæſari, quiq; ſimul cum Nervijs circa Germanicā originē ambitioſi fuerint, & primi in Galliā tranſierint. Quorum etiam Tacitus aliter quam Tungrorum nomine [illegible] nominat, haudquaquam (cum profiteatur ſe expedi[illegible] e Germania in Galliā venerint, & [illegible] autoribus ſcripſerit [illegible] gentem in eos populos [illegible] Iulio Cæſare [illegible] ſilentio [illegible], celebra[illegible] etiam ipſi [illegible] Treveri [illegible]

manos

manos eſſe conſtat ex Strabone. Quid quod Cæſar quærendo re- A
perit pleroſq; Belgas (neutiquam omnes ut ponit Aventinus) à
Germanis ortos, gentes quoq; Germanicas in Belgica Gallia me-
morat, cæterum de Treveris iſtud non exprimit? Et Hircius de
bello Gallico lib. 8. Treverorũ, inquit, civitas propter Germa-
niæ vicinitatem quotidianis exercita bellis, cultu & feritate non
multum a Germanis differebat. Treveri igitur non erant Ger-
mani: ſiquidem iſtorum vicinitas & eiuſdem originis atq; ſan-
guinis affectatio non bella quotidiana cum propinquis, non cul-
tus differentiam, ſed quietem, ſed eandem feritatem, eoſdem mo- B
res effeciſſet. Quamobrem Rudolphus Agricola doctiſſimus vir
in rebus geſtis Burgundiæ regis, recte, Treveri inquit, rerum
geſtarũ magnitudine & vetuſtate urbis præclara, Gallica gens,
nunc Germanica. Nec his ſolum ſed pluribus inſuper argu-
mentis ex deorum cultu, forma reipub. ac inſtitutis patriis oſten-
di poteſt Taciti locum iſtum de Treverorum origine vulgatis
codicibus mendoſum eſſe: ſicuti quoq; Mani filium Treverum
ignoravit non ſolum Tacitus, verum etiam Beroſus, tametſi
progeniem eius uterq; diligenter recenſeat. Nec tamen omni-
no falſum eſt Treveros antiquiſſima origine Germanos & ip- C
ſum Tuiſconem Germanorum patrem auguſtiſſimi ominis at-
tingere, quanquam Trebeta Nini filio conditore urbis celebren-
tur. Siquidem in antiquiſſimis Geſtorũ Treverenſium monu-
mentis quæ citant etiam alii auctores priſci, diſerte traditur lo-
cum ubi a Trebeta Treveris condita eſt, primum incoluiſſe gen-
tem a Gomor filio Iaphet, nepote Noæ ortam. Gomeri autem fi-
lium fuiſſe Tuiſconem quem Moyſes vocat Aſcenam, pene
extra controverſiam eſt atque quod Beroſus & alii paſſim aſſe-
runt Tuiſconem circa Rhenum incoluiſſe. Sed Aventinum eru- D
ditiſſime iſtas origines ex Moyſe, Beroſo, Philone & Græcis com-
memorantem paucis referre intereſt. Libro primo Annalium
Boiorum hæc ſcribit. Cum Armenia oppleta eſſet hominibus
anno centeſimo primo (id quod & Moyſes tradit ſi diligentius
conſideraveris) hoc anno Peleg natus eſt Hebreo. Poſtquam ge-
nus humanum in Armenia reparatum fuit, [illegible] Noas
terram ſervatis antiquis nominibus ([illegible] fuerat
aquarum) in partes tres, Aſiam, Africam & Europam, & [illegible]
filiis vectus navi circum litora oſtendit, in regna diſpartit, [illegible]
principes & colonos deſignat atq; conſcribit. Decimo deinde
anno.

[illegible] Tuiſconis quem in Armenia ge-
[illegible] haud dubie Italiæ orbisq; potiun-
[illegible] in Europam mittere conſtituit &
[illegible] Et poſt. [illegible] anno 131. Nimbrothus re-
[illegible] Aſſyriorum, condidit: cujus pri-
[illegible] Germanorũ & Sarmatarum cum
[illegible] ex Armenia venit in Eu-
[illegible] ibidem orientem ver-
[illegible] Porro Tuiſco luſtrato
[illegible] inter Rhenum & Pontum Euxinũ
[illegible] toparchias & tetrar-
[illegible] deduxit, regiones
[illegible] Deinde anno regni
[illegible] Jupiter filius Nimbrothi Rex Babylonio-
[illegible] patri in reg-
[illegible] ſtirpe natus videretur, ſeu pietate
[illegible] defuncti genitoris coleret, ſeu quod magis
[illegible] parentem conſecrat, pro Deo ab
[illegible] divinos deferri honores ab omnibus
C [illegible] Templum inſuper addidit cujus
[illegible] ſtatuam ponit atq; dedi-
[illegible] Et poſt. In arcanis divi-
[illegible] Dii uno
[illegible] Cumq;
[illegible]
D [illegible] terminos [illegible]
[illegible]
[illegible] Pontifex [illegible]
[illegible] quem [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
p[illegible]
Et[illegible]
perto[illegible]
conditor [illegible] Syri[illegible]

[illegible] ſapientérq; cum [illegible] & reuerentia A
[illegible] annos [illegible] vita pluſquàm 200
[illegible] mores & [illegible] ex hac vita mi-
[illegible] urbis ab [illegible] ſupra trecenteſimum ſepti-
[illegible] Atq; inde ſatis liquet Tuiſconis colonias
[illegible] in circa Rhenum
[illegible] à Trebeta condita eſt [illegible] tenuiſſe, iunctásq;
[illegible] ſanguinis [illegible] ipſis Germania Tuiſ-
[illegible] & Japheti progenitis, quamquam Trebeta per Ni-
num, Belum, Nembrothum, Chus & Cham à Noa deſcenderit. B
Nec pulſus Gomeri poſteris à Trebeta, ſed potius profugus Tre-
beta [illegible] Babylonis regis filium [illegible] etiam tum Noa [illegible]
[illegible] à Manno [illegible] rege, cum pater Tuiſco ipſi
Noa ob virtutem & æquitatem præcipue charus [illegible]
[illegible] cum ſociis circa fines Rheni, quem Treuiri
[illegible] quoq; teſte attingunt, ut credatur [illegible]
[illegible] Cæterum non [illegible]
[illegible] Nini atq; Semiramis [illegible]
[illegible] imperio ſexum mutaſſe, [illegible]
[illegible] effeminatus inter ſcorta [illegible] C
[illegible] proditur, matris concubitum [illegible] ut eam
[illegible] propter libidinem [illegible]
lex vigeret ut inter parentes [illegible] libera [illegible] Oro-
ſio teſte. Trebeta [illegible] ob amoris [illegible]
[illegible]
[illegible] ſicut ex [illegible]
[illegible] Mediolanenſium annalibus [illegible]
[illegible] hiſtoricus & alii [illegible]
[illegible] fabuloſam antiquitatem [illegible] D
[illegible] quorundam hominum qui ſe [illegible]
[illegible] in antiquis hiſtoriis [illegible]
[illegible] adeoq; non deſunt qui [illegible]
[illegible] & Trebetam [illegible]
[illegible] & [illegible] Aſia, Africa, Italia,
[illegible] Gallia parte [illegible] Treuerorū
[illegible] præ-
[illegible] ſolem [illegible] : [illegible]
[illegible] pertinentibus, [illegible]
[illegible] perſuaderi [illegible]

[illegible]

A cenſerent. Sed iſti ingenio ſuo relinqui poſſunt: nam vivo etiamnum reparati generis humani auctore Noa, cunctarum artium propagatore, navigandi, architecturæ, mariumq; perquā gnaro quis neget claſſibus deductas colonias? Trebetam autē honeſtiſſima fuga tyrannidem novercæ ſuæ Semiramidis evadere voluiſſe ipſa natura verecundiæ convincit. Nam de Semiramidis immanitate præter alios ſcribit Oroſius, Non contenta mulier, cum terminis quos à viro ſuo tunc ſolo bellatore acquiſitos ſuſceperat, Aethiopiam bello preſſam, ſanguine interlitam imperio

B adiecisset: item Semiramis libidine ardens, ſanguinem ſitiens inceſſabilia ſtupra & homicidia cum omnes quos regiè accerſitos meretricio habitu concubitu oblectaſſet & occideret, tandem filios flagitiose conceptos, impiè expoſitos, inceſtu cognito privatam ignominiam publico ſcelere obtexit: præcepit enim ut inter parentes & filios nulla delata reverentia naturæ de coniugiis appetendis, ut cuique libitum eſſet liberum fieret: hæc Oroſius. Ecquid igitur abſurdi habeat ex illa vitiorum lerna quenquam bona fuga maiores non ultimas ſeſe proripuiſſe? Sed Cornelii Taciti auctoritas prætenditur, qui iſthoc argumento Germanos indi-

C genas credidit: quippe quia claſſibus non terra olim advehebantur qui mutare ſedes quærebant: & immenſus ultra inquit, Oceanus, raris ab orbe noſtro navibus aditur: quis porro præter periculum horridi & ignoti maris Aſia, aut Africa, aut Italia relicta Germaniam peteret: informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuq; niſi ſi patria ſit. Ita Tacitus. At illum Aegyptiorum & Chaldæorū antiquiſſimas hiſtorias & ipſum veritatis fontem ſacras literas ignoraſſe manifeſtum eſt: quamobrem Moyſi, Beroſo, Philoni & Græcis qui Aegyptiorum atq;

D Chaldæorum traditionibus imbuti fuere, rectius creditur ex Armenia mox aliquot gentes à diluvio rurſum in omnes orbis oras emigraſſe primumq; ſic in ipſam Scythiam: quanto magis igitur amœnitate ſylvarum atq; vallium & inſigni opportunitate ſua fluminis, [illegible] quemadmodum paſſim teſtantur [illegible] Moſella poteſt, Longinqua omnige- [illegible] terræ, ſicuti canit Auſonius. Nec in re [illegible] monumenta [illegible] deſiderentur, quanquam [illegible] Julii Cæſaris Taciti & Auſonii, & Ammiani [illegible] & Sebaſtiani Monſteri ac aliorum id abunde præſtent [illegible] Treverim nobilem & frequentem omni

fere

[illegible] memoria [illegible] Imperatorum quoq; ac Cæſarum Ro- A
manorum [illegible] ſedem domiciliumq; & eorũ triumphis illuſtra-
tam fuiſſe. Documentum inſuper haud vulgaris opportunita-
,, tis inſigne eſt, quod nulla quavis Germaniæ parte plura ſpatio
,, non ampliore monaſteria vel ædes ſacræ extare credantur atq;
Treveris. Ipſa enim urbs pro veteri quidem magnitudine nunc
ambitu mœnium mediocri, quinq; tamen paræcias, ſeu ut Ioan-
nes Schechmannus vocat qui hæc prolixius exequitur, quinq;
parochiales eccleſias, nempe Divorum Laurentii, Gangulphi,
Pauli, Antonii & Gervaſii complectitur: præterea maximam B
ædem Cathedralem D. Petro dicatã & D. Virgini matri exi-
mium fanum & D. Simeonis pervetuſtum templum habet, quæ
totidem collegia ſunt canonicorum, denią; D. Martini Abba-
tiam & quatuor ordinum mendicantium cœnobia, [illegible]
vulgo vocant Prædicatorum, & Minorum [illegible]
& Auguſtinenſium, & Carmelitarũ, item D. [illegible]
,, ſtrum in quod Franciſcani nuper [illegible]
immigrarunt, inſuper domum [illegible]
pliſſimam, & Ioannitarum [illegible]
licis, & ſodalitium fratrum [illegible] C
inhabitant denominantur. [illegible]
intra urbem monaſteriũ virginum [illegible] &
clauſtrum D. Agnetis, item D. Catharinæ, [illegible]
pœnitentes, denią; tres [illegible] &
conventus [illegible] Sancti Ioannis. [illegible]
monaſteria propinqua [illegible] Abbatiæ tres [illegible]
D. Maximini, D. Mathiæ, D. [illegible] Mariæ ad [illegible]
bus Capitolium [illegible]
ſium, & inſignis eccleſia collegiata D. Paulini [illegible] D
lium [illegible] Ad D. Medardum, Ad pontem [illegible] & Ad D. Bar-
,, barã quæ tamen nunc [illegible]
num quondam [illegible]
ad urbem [illegible] Di-
vorum Ioannis juxta D. [illegible] & [illegible] D.
Maximini Abbatiam [illegible] & [illegible] D. Mathiam,
& Walpurgis juxta D. [illegible] monacho-
rumq; ac virginum [illegible] & [illegible] modum cu-
mulo ſeſe veluti [illegible] quæ ſit con[illegible]
[illegible] ubi Auguſta [illegible] condi[illegible]
cul,

[illegible] potest, idq; de natura ſituq; regio- [illegible] Nec etiam pluribus de fuga, navi- [illegible] de Semiramide regnoq; dona- [illegible] & antiquioribus origini- [illegible] agere inſtituta brevitas [illegible]

[illegible] conſtat Belum Babyloniæ regem, [illegible] Deum appellatũ fuiſſe, [illegible] illi poſuit, abeoq; & poſte- [illegible] unde Belgæ nuncupati cenſentur à ,, [illegible] in qua etiamnum Auguſta [illegible] Treverorum ma- [illegible] & quinq; Rheni urbes ampliſſimas [illegible] ſicuti à pluribus aucto- [illegible] vetuſtiſ- [illegible] Chronico. Tre- [illegible] quod compta triumphis Cum populis for- [illegible] A quibus immenſum conſuevit tolle- [illegible] cœpit & dominari.

[illegible] Exegeſi Germaniæ Fran- [illegible] collegiſſe a Trebeta quoq; [illegible] Argentoratum, dein de Maguntiam [illegible] libr. 1. De Germania [illegible] Agrippinam dici vetuſtiſſi- [illegible] ante natum Chriſtum tem- ,, [illegible] Corrozeus annalium [illegible] Galliæ Belgicæ, ſed etiam to- [illegible] Treverim fuiſſe tradit.
,, [illegible] Dionyſius Strator, Jacobus de Gui- [illegible] commemorant quam la- [illegible] quantæ fuerint eorum [illegible] reipublicæ: ſed [illegible] nec huius [illegible] eſſe.

PARS SECVNDA

BREui itaq; tranſitu per Aſſyriorum, Perſarum & Græcorum monarchiæ tempora, totumq; penè ſecundum æuum mundi, ſiue mille [illegible] annos Legis Veterisq; teſtamenti, ad initia Romanæ monarchiæ deſcendendo, certum eſt anno poſt urbem Romam conditam 694. bellum Gallicum C. B
Iul. Cæſaris incepiſſe. Erant tunc in omnibus Galliæ ciuitatibus factiones duæ, quarum erant principes qui ſummam auctoritatem partis ſuæ iudicio habere exiſtimabantur, quorum ad arbitrium iudiciumq; ſumma omnium rerum conſiliorumq; [illegible] bat. Id erat antiquitus [illegible] ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret: ſuos enim quiſq; opprimi & circumueniri non patiebatur, neq; aliter ſi faceret, ullam inter ſuos habebat auctoritatem: hæc Cæſar ipſe de bello Gallico [illegible] [illegible] ciuitates [illegible] C
magiſtratibus teſtatur.

Treuerorum ciuitas Rhenum tangens, longè plurimum totius Galliæ ualebat equitatu, magnasq; habebat copias [illegible]. Et in amicitia populi Romani [illegible] Treueri [illegible] [illegible] Cæſaris [illegible] imperii [illegible] dentibus [illegible] ſe de principatu Cingetorige & [illegible] ex quibus alter ad Cæſarem cum legionibus in fines Treuerorum [illegible] [illegible] ſe ſuosq; omnes in officio [illegible] [illegible] populi Romani [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & bellum parare [illegible] D
[illegible] [illegible] deſerebatur, & ipſi legatos ad Cæſarem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Cingetorix [illegible] [illegible] Germanis [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] Cæſar lib. [illegible] 5. Nec [illegible] [illegible] Treuerorum [illegible] [illegible] proximi [illegible] [illegible] cum Germanis [illegible] & [illegible] qui ſe [illegible]

[illegible] principatus atq; imperium eſt traditum
[illegible] princip. libr. 6. & in annum ab urbe Ro-
[illegible] Anno V. C. 704. C. Jul. Cæſar
[illegible] appellatus eſt: eiusq; dignitatis nomen
[illegible] omnium poteſtatem ſemper retinuit,
[illegible] Monarchia Romanorum cœpit.
[illegible] Cæſar occiſus eſt: & anno ſequente
[illegible] Octavius Auguſtus ſucceſſor Cæſaris. An. Chr.
[illegible] urbe Roma condita 750. ab initio 1.
[illegible] natus eſt Chriſtus Servator mun-
[illegible] Nat. Chri. 15. Imp. Cæſ. Octavianus 15.
[illegible] imperare cœpit. Tiberii Imp. anno 20. 34.
[illegible] Roma condita 785. Chriſtus Ieſus mor-
[illegible] quod in annum mundi 4000. exactiſ-
[illegible] Gerhardi Mercatoris convenit, quo ſecun-
[illegible] Lex & Vetus teſtamentum ſinitum conſum-
[illegible] ævum, Chriſtus, Novum teſta-
[illegible] Tiberius Imp. obiit anno à Nativ. Chr.
[illegible] Caligula uſq; ad annum Chriſti 41. Imperavit 37.
[illegible] anno Chr. 68. Quo anno Galba ſu- 41.
[illegible] Otho ſucceſsit anno proximo, ſimulq; Vitel- 54. 68.
[illegible] Veſpaſianus eodem anno Chri- 69.

[illegible] Galba, Othone & Vitellio Imperium
[illegible] Imperii arcano, poſſe Principem
[illegible] Gallias concitaverat Vindex,
[illegible] civitatesq; Germaniæ pro-
[illegible] Galbæ acceſſerunt: quamobrem Galba
[illegible] Galliæ civitates quæ Vindici ad-
[illegible] tributiq; levamento donavit,
[illegible] veluti tributis gravum-
[illegible] atque præpoſitorum [illegible]
[illegible] ademptione. [illegible]
[illegible] quamobrem unà [illegible]
[illegible] pariter [illegible]. Et cum [illegible]
[illegible] occaſionem ex
[illegible] Romana [illegible]
Cla[illegible] origine [illegible]
rium [illegible] Germaniæ [illegible]

ſub nomine Veſpaſiani . deinde manifeſta defectione gentem ſuam Batauos atq; Caninefates . mox alios quoq; Galliæ populos concitaret , ut ope Germanorum cohortes legionesq; Romanas paſſim circa Rhenum , vel dolo , vel vi in ditionem imperij Gallici redigeret , adiuuante præſertim Claſsico Treuirorum alæ præfecto , genere regio , aſſentientibusq; ſeſe Iulio Tutore Treuiro ripæ Rheni præfecto , Iulioq; Sabino Lingone , ac deinde etiam autore rebellis inſtinctore Tullio Valentino Treuiro. Quamdiu quidem Treuiri atq; Lingones aperte cum ducibus Romanis contenderent , tandem victi ſunt a Petilio Ceriale legionibus Veſpaſiani præfecto: & ipſam Treuirorum coloniam pontemq; Moſellæ qua urbi connectebatur , exercitus Romanus victor ingressus , auidus poſtea euertendæ ciuitatis , quod patria Claſsici ac Tutoris eſſet. Sed dux Cerealis prohibuit eos , ipſosq; Treuiros & Lingones ad concionem vocatos , verbis ſalubribus mitigauit , ad ſanitatem reduxitq;. Romani , inquit ille , [illegible] ad arma vocantibus maioribus veſtris [illegible] dominatione tollerabant . Germani transcenderunt & terram veſtram ingreſsi ſunt , maioribus libertati Germanorum bellarent &c. Nec ideo Rhenum inſedimus ut Italiam tueremur , ſed ne quis alius Arioviſtus regno Galliarum potiretur . Regna bellaq; per Gallias ſemper fuere donec in noſtrum ius concederetis. Nos quamquam toties laceſſiti , iure victoriæ id ſolum vobis addidimus quo pacem tueremur . Nam neq;
17 quies gentium ſine armis , neq; arma ſine ſtipendiis , neq; ſtipen-
21 dia ſine tributis haberi queunt. Cetera in communi ſita ſunt .
ipſi plerumq; legionibus Romanis præſidetis , ipſi has aliaſq; provincias regitis . Nihil ſeparatum clauſumue [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Proinde pacem et urbem [illegible] amate colite [illegible] Treuiros atq; Lingones [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Galbæ [illegible] [illegible] a Nerua [illegible] Tito Domitiano [illegible] Domitiano Nerua [illegible] Treuiro

vnd

An. Christ.

[illegible] mortuus, poſt Trajanum Adrianus 117.
[illegible] poſt Adrianum Antonius Pius uſq; 138.
[illegible] M. Aurel. Antoninus Philoſo- 161.
[illegible] ſumſit L. Ælium Aurelium Verũ,
[illegible] dein & ipſe obiit anno Chriſti 180. ſuc- 180.
[illegible] Commodo, qui occiſus eſt anno
[illegible] occiſus P. Helvio Pertinace qui 193.
[illegible] M. Didio Juliano qui paulum ſupra 194.
[illegible] Peſcennio Nigro qui paulum ſupra an-
[illegible] imperio potitus eſt, L. Septimius Se-
[illegible] filius imperavit uſq; ad annum
[illegible] filios reliquit ſucceſſores M. Aurelium
[illegible] & P. Septimium G[illegible]am à fratre ſub-
[illegible] Caracalla dein occiſus eſt anno Chriſti 217. 217.
[illegible] M. Opelius Macrinus imperii menſe 218.
[illegible] Antoninus Alagabalus ſecutus pariterq; eſt in-
[illegible] Chriſti 222. Poſt iſtos imperavit M. Aure- 222.
[illegible] Alexander annis 13. occiſus anno Chriſti 235. Se- 235.
[illegible] cum filio occiſus poſt biennium, 337.
[illegible] M. Antonio Gordiano cum filio Anto-
[illegible] adverſus Maximinum creatis: quibus ſuf-
[illegible] & M. Clodius Pupienus Maximus
[illegible] ſuperioris nepos: quorum duo priores
[illegible] interfecti, Gordianus vero tandem [illegible] 244.
[illegible] eſt. M. Julius Philippus q[illegible],
[illegible] peremtus eſt una cum filio imperii [illegible] 249.
[illegible] Deinceps Cn. Meſſius Q[illegible] Tra-
[illegible] duobus filiis Deciis, duos [illegible] annos
[illegible] Decio patre cum uno filio ab hoſtibus ceſo,
[illegible] C. Valerius Hoſtilianus & M. Perpen[illegible] 251.
[illegible] poſt occiſi anno Chriſti 251. ſuccedentibus 253.
[illegible] Gallo cum filio Voluſiano & Herennio
[illegible] filio, qui una menſes paulo amplius 81.
[illegible] interfecti ſunt, uti & eorum ſucceſſor C. Julius
[illegible] imperii menſem. Qui ſecuti ſunt P. Aurelius
[illegible] Valerianus ejuſq; filii duo [illegible] annis [illegible] impe- 260.
[illegible] Perſis patre anno Chri. 260. filius P. Aure- 268.
lius [illegible] Gallienus cũ filiis imperavit [illegible] occiſus cum
Valeria-

Valeriano filio a Nat. Chriſti anno 268. ſuccedente per biennium fere M. Aurelio Flavio Claudio; quem ſecutus M. Aurelius Quintillus poſt dies 17. occiſus, & deinde L. Domitius Aurelius Valerius Aurelianus qui imperavit annos 6. occiſus anno Chriſti 276.

Secutum eſt Aureliano perempto interregnum penè octo menſium: ſiquidem de Imperatore deligendo (inquit Vopiſcus in Aureliano, atq; item in Tacito) exercitus ad Senatum retulit, Senatus idipſum in exercitum refudit, atq; id tertio factum eſt grato religioſoq; certamine, ita ut per ſex menſes Imperatorem B
Romanus orbis non haberet, omnesq; judices ij permanerent quos aut Aurelianus, aut Sanatus elegerat. Tandem vero à Senatu electus eſt M. Claudius Tacitus, miſſæq; literæ ad provincias ut ſcirent omnes ſocii omnesq; nationes in antiquum ſtatum veniſſe rempublicam, ac Senatum Principem legere, imo ipſum Senatum Principem factum, leges à Senatu petendas, reges barbaros Senatui ſupplicaturos, pacem ac bella Senatu auctore tractanda, quod iiſdem verbis idem Vopiſcus in Tacito ſcribit, addens deinde in Floriano exempla publicarum epiſtolarum ad Carthaginienſes, Antiochienſes, Aquileienſes aliasq; civitates, & C
ad Treveros nominatim hujuſmodi: Senatus ampliſſimus Curiæ Treverorum: Ut eſtis liberi ſemperque fuiſtis lætari vos credimus: creandi Principis judicium ad Senatum rediit, ſimul etiam Præfecturæ urbanæ appellatio univerſa decreta eſt. Obiter ex hac epiſtola notari poteſt apud Plinium Natur. hiſt. lib. 4. cap. 17. verba hæc, Treveri liberi antea & Lingones fœderati, comma ante inter liberi & antea, diſtinguenda eſſe: quanquam alia etiam ſignificatione Plinius antea liberos Treveros, alia Senatus ipſos ſemper liberos fuiſſe dicere potuit, qua de re pluribus D
diſſerere non eſt operæpretium.

An. Chr. 277. *Tacitus obiit anno Chr. 277. M. Annius Florianus eius frater imperium occupans tertio menſe periit, ſuccedente M. Aurelio Probo, qui & ipſe poſt quinquennium à militibus cæſus*
282. *anno Nativ. Chr. 282. Deinde M. Aurel. Carus imperavit paulo ſupra annum, filiis Carino & Numeriano Cæſaribus conſtitutis, qui defuncto patri ſucceſſerunt. Numeriano autem*
283. *non diu poſt, anno Chr. 283 in Syria occiſo, Imperator factus eſt*
284. *C. Aurel. Valerius Diocletianus, à quo Carinus anno Chr. [illegible] occiſus, & M. Aurel. Valerius Maximianus Herculius anno*

A [illegible] anno vero Chriſti 291. C. Galerius Va- 291.
[illegible] F. Valerio Conſtantio Chloro Cæſar
[illegible] anno Chriſt. 304. quo Diocletianus & 304.
[illegible] ſe abdicarunt, Imperatores à Senatu
[illegible] 306 Galerius Imp. M. Aurel. Seve- 306.
[illegible] Maximũ ſororis filios Cæſares
[illegible] Aug. mortuus eſt, cœpitq́; poſt
[illegible] filius Fl. Valerius Conſtantinus, po-
[illegible] Romæ vero imperiũ occupavit M.
B [illegible] Maxentius, cuius inſidiis anno proximo M.
[illegible] Cæſar occiſus eſt anno Chr. 310 Galerius Imp. 310.
[illegible] Licinianũ Auguſtũ appellavit, ac deinde
[illegible] Anno Chr. 312. die 8. Cal. Octob. vi- 312.
[illegible] Romæ Aurel. Maxentius a Conſtantino Mag-
[illegible] Synodo celeberrima Nicena 318. pa-
[illegible] celebrata eſt imperante Conſtantino, an-
[illegible] annos 15. complectentes ab ipſo die victo-
[illegible] ſunt, annoq́; ſequente Chriſti 313. C. 313.
[illegible] Maximinus Aug. obiit, Conſtantinus Fl. Va-
C [illegible] & M. Iuliũ Licinium Licinianũ iuniorem,
& [illegible] filios Cæſares dixit, quorum Criſpus
[illegible] patre ceſus, frater item Licinius occiſus eſt: 320.
[illegible] anno Chr. 332. Conſtantinopolim novam Romã
[illegible] nomine. poſteaq́; Chr. anno 334. Fl.
[illegible] Cæſarẽ creaſſet. Imp. Fl. Conſtan-
[illegible] anno Chr. 337. qui fuit ab initio [illegible] 337.
[illegible] quinquagenio ante T. [illegible]
[illegible] legionibus Romanis ſubegiſſet.

D

[illegible] TERTIA.

[illegible] igitur ad hos monarchiæ Roma-
[illegible] Principes quorum ſucceſſio breviter [illegible]
[illegible] eſt Galliarum imperium [illegible]
[illegible] quamquam non eodem [illegible]
[illegible]
[illegible]
alias [illegible] fuiſſe [illegible]
habuiſſe [illegible]
religioſi[illegible]

religionem Chriſtianam per Gallias [illegible] diſſeminatam [illegible]
licibus incrementis provenisse ſatis conſtat. Et quidem antea
natio fuit omnium Gallorum admodum dedita religionibus:
atq; ob eam cauſam qui erant affecti gravioribus morbis quiq;
in praeliis periculisq; verſabantur, aut pro victimis homines im-
molabant, aut ſe immolaturos vovebant, adminiſtriſq; ad ea
ſacrificia Druydibus utebantur. Deum maxime Mercurium
colebant, eius plurima erant ſimulacra. Poſt hunc Apollinem
& Martem & Jovem & Minervam. Druydes rebus divi-
nis intererant, ſacrificia publica privata procurabant, religio- B
nes interpretabantur &c. ut de ſuis temporibus diſerte ſcribit
Caeſar Comment. bell. gall. lib. 6. Sed & Treveros olim Mercu-
rium, Jovem, Martem, Apollinem &c. coluiſſe documento eſt
quod legitur inter res ſtupendas Galliam [illegible]
[illegible] Treveris Galliae nobili civitate [illegible]
[illegible] effigiem Mercurii volantis, magni ponderis [illegible]
[illegible]
[illegible]
genti & pretioſo [illegible] C
prunis immiſſum thus redoleret, ut tamen [illegible] de quibus
ſimulacris priſci numinis [illegible]
cuis pendet Caduceus [illegible]
thymiamata diſcus. Deniq; [illegible]
tium, inter quos tanquam [illegible]
rum ſitae [illegible]
[illegible] pede appoſitum [illegible]
Apollinis [illegible]
S. Simeonis [illegible]
Martis [illegible] qui mons Martis [illegible] D
ad[illegible]. Druydarum religionem apud Gallos [illegible]
tis, & tantum [illegible] ſub Auguſto [illegible]
[illegible] Claudius Caeſar, inquit Suetonius [illegible]
[illegible] idolorum cultus in Gallia [illegible]
ſtantinum Magnum [illegible] tem-
pla clauſa ſunt [illegible],
deinceps [illegible]
ſte lib. 2. [illegible] D. Hieron[illegible]
[illegible] Treveris [illegible]
[illegible] tunalibus [illegible]

[illegible]

A *ardentem rotam doliumve vel aliam molem incenſam ex ejuſdem montis ſumma rupe deturbant, uti etiam Bruſchius in mo- ”
naſterio Sancti Martini Treveren. commemorat. Sed Chriſtiani nihilominus & antea paſſim fuerunt, quanquam ſine intermiſſione popularium odiis & tumultibus obruerentur, philoſophorum quoque concionibus ſcriptisq́ libris, magiſtratuum cruciatibus atq; ſuppliciis, principum ſæviſſimis edictis & omnibus imperii viribus oppugnarentur. Siquidem quo magis furebant tyranni, quo graviores erant perſecutiones, eò majoribus*
B *incrementis Eccleſiæ ſurgebant, Chriſti nomen, veritas vincebat. Decem vulgò numerantur perſecutiones inſigniores, quibus indomita rabie graſſatum eſt adverſus Chriſtianos. Prima ſub Nerone ponitur, ultima ſub Diocletiano & Maximiano Herculio. Longiſſimum eſſet & perhorrendum referre quot interim pœnarum generibus afflicti ſint pii, quàm crudeliter & atrociter habiti, quantum Chriſtiani ſanguinis profuſum. Nec tamen tot ſaltem vicibus ſævitum eſt, ſed toties exaſperata ſævitia. Decies perſecutio indicta publicè, decies renovata nunquam ceſſavit, una perſecutio & perpetua fuit: quanquã pub-*
C *licæ clades ad pœnam tyrannorum & ſolatiá piorum, ſubinde divinitus immiſſæ tempus Eccleſiis dederint ſeſe colligendi. Sic juxta diſtichon illud inſigne quod D. Ambroſio tribuitur, San- ”
guine fundata eſt Eccleſia, ſanguine crevit, Sanguine ſuccrevit, ”
ſanguine finis erit. Convenire piis cœtibus ad preces, conſolationes, & haurienda Chriſtianæ diſciplinæ præcepta, primò quidẽ haud aliter licuit quàm ſecretò in privatis ædibus, aut ſylvis, aut ſpecubus aviisq́ ſeceſſibus: unde præcipuum penè caput accuſationis ſumebant hoſtes, tanquam conjurationes agitarent*
D *Chriſtiani adverſus rempub. principumq́ ſalutem. Principes itaq́ tametſi plerumq́ non mali, ſed ſimul ſuæ atq; reipub. ſalutis cauſa delatoribus præbere aures cogebantur, ne de tantis periculis admoniti vel indicum auctoritatem atq; ſolicitudinem contemnere, vel maximarum rerum nulla cura tangi viderentur. Atq; ut iſtam hominum opinionem à ſe quàm longiſſimè ſepararent, tametſi re nec certa comperta ve, nec vera, diffamatos ſaltem delatosq́ Chriſtianos præjudiciis vulgi & accuſatorum gravabant, vulgò atq; accuſatoribus ipſis concedebant. Ex adverſo major eò erat deſiderium, major audacia piorum è latebris in apertum erumpendi, Chriſtanam fidem palam pro-*

Digitized by Google

profitendi, atq; ob eam rē templa conſtituendi, quò minor eſſet oc- A
caſio tam gravibus calumniis, minus loci bonis Principibus fal-
lendis. Unde conſtat habuiſſe quoq; Chriſtianos ante Conſtanti-
nū Magnū ſua templa: nam & Euſebius Eccl. hiſt. lib 8. cap 3.
ſcribit Imp. Diocletianū anno Imperii 19. qui eſt Chri. 303. inter
cætera publico edicto præcepiſſe ut Eccleſiæ Chriſtianorū ad pa-
vimentū uſq; deſtruerentur, ſacræ literæ exurerentur &c.

In Galliis ubinam gentium primi cœtus & primæ fuerint Ec-
cleſiæ Chriſtianorū, certè pro ſuis affectibus in diverſum trahūt
ſcriptores. Treverorū primatū ut vocant, plurimi de vulgo ſta- B
biliunt. Petrum ajunt Apoſtolum quarto anno Claudii Imp. ve-
niſſe Romam, inde tandem ad Treveros miſiſſe Euchariū ex or-
dine 72. Chriſti diſcipulorum tertium, unà cum miniſtris Vale-
rio & Materno: quorum poſtremus ut ad Elegiam Alſatiæ pa-
gum per Alpes evaſerant, ibi mortē obierit, à ſociis ſepulturæ tra-
ditus ſit: qui ob eam rem mœſti Romam redeuntes à Petro cum
ipſius baculo remiſſi, illo Maternū ſubdiaconū poſt 40. dies obi-
tus è tumulo reſuſcitarint: tunc eo loci ſignis & Evāgelii prædica-
tione pleriſq; converſis, Treverorum Auguſtam petierint: ibi
primo adventu malè tractati ſint, cæterum miraculo territos C
populares Chriſto acquiſiiviſſe, ut idola relinquerent, & triduò
integro catervatim accurrentes baptizarentur ex rivulo qui
mediam urbē influit, ex infuſione ſacri olei pòſt Olevia uti nunc
vocatus: Eucharium mox Albanæ Senatricis viduæ filium uni-
cum revocaſſe à mortuis, ejuſq; domum ſatis amplam in Eccle-
ſiā conſecraviſſe, ſub nomine Sancti Ioannis Apoſtoli & Evan-
geliſtæ, quam adhuc teneant monachi Benedictini, Abbatia S.
Mathiæ vocatur, ante portā Novam: viginti tribus annis ad-
miniſtrato pontificatu Euchariū è vivis exceſſiſſe, Valerio ſuc- D
cedēte per annos quindecim, ac deinde Materno, qui latè propa-
gata Chriſti doctrina duas præterea ſedes Epiſcopales conſtitue-
rit, in Tungris nimirùm & Agrippinenſiū Colonia: trium loco-
rū præſul, in iiſdē uno eodemq; die Paſchali divinū celebraverit
officiū, & anno Epiſcopatus quadrageſimo terras liquerit. Hæc
in Medulla geſtorum Treverenſiū Joannes Enen Theologiæ Do-
ctor, olim Eccleſiaſtes in civitate Treverorū, & ejus interpres
latinus Joannes Scheckmannus lib. 2. cap. 1. ſequenti capite
viginti trium Epiſcoporum nomina recenſentes, qui apud Tre-
veros tametſi ad idolorum cultum relapſos, Materno perpe-
tua

A *tuæ ſerie ſucceſſerint, & aſperitate perſecutionum graviter afflicti vel martyrio perierint, vel in exilium pulſi ſint. Quorum ordo atque nomina, poſt Maternum Auſpicius, deinde Celſus, Fœlix, Manſuetus, Clemens, Moyſes, Martinus, Anaſtaſius, Andereas, Ruſticus, Auctor, Fauritius, Fortunatus, Caſſianus, Marcus, Navitus, Marcellus, Metropolus, Seuerinus, Florentius, Martinus ſecundus, Maximinus, & Valentinus ab Euchario Treverorum 26. Epiſcopus. Cap. 4. & 5. dein iidem auctores referunt, poſt Valentinum annis nouẽ Trevero-*
B *rum Epiſcopatum vacaviſſe, donec inſtantibus apud Syluestrum Pontificem Rom. D. Helena Auguſta, eiuſque filio Imp. Conſtantino Magno, miſſus ſit Agritius Antiochenus Patriarcha cum Primatis & Archiepiſcopi titulo, literisq; talibus: Sicut in gentilitate propria virtute ſortire & nunc Trebir Primas ſuper Gallos & Germanos prioratum, quem tibi præ omnibus harum gentium epiſcopis in primitiuis Chriſtianæ religionis doctoribus. ſ. per Eucharium, Valerium & Maternum ac per baculum caput eccleſiæ Petrus ſignavit habendum, ſuam quodammodo minuens dignitatem vt te participem faceret. Quem*
C *ego Sylueſter eius ſeruus ſucceſſioneque indignus, per Patriarcham Antiochenum Agritium renovans confirmo, ad honorẽ patriæ dominæ Helenæ Auguſtæ, metropolis eiuſdem indigenæ, quã ipſa fœlix per Apoſtolum Matthiam Iudæa translatum cum tunica & clauo Domini & dente Sancti Petri, & capite Cornelij Papæ cæterisq; reliquijs ditauit ſpecialiterq; provexit. Huius privilegij conſcij nocivi æmuli communione dirimantur, quoniam anathemate maculantur Annum quo 27. Epiſcopus Argitius ad civitatem Treverorum venerit, tanquam ad amuſſim addunt: mundi quidem variè, ſed fundatæ Treverorũ vrbis 2384.*
D *Romæ conditæ 1044. Chriſti 333. Imperij Conſtãtini Magni 23. Pontificatus Sylueſtri 19. Olympiadis 277.4. Indict. 5. quanquã manifeſtum eſt vnicuiq; ſupputanti, & omnium tam eccleſiaſticæ quã prophanæ hiſtoriæ cõſenſu liquet, iſta ſibi tempora neutiquam convenire poſſe: Subiungitur Agritium reducto ad fidẽ & baptiſma populo, ex D. Helenæ palatio ſacram ædem in honorẽ Principis Apoſtolorum Petri feciſſe (quæ nunc Domus S. Petri & maior atque Cathedralis eccleſia:) deinde iuſſu Conſtantini ex illius templo regali eccleſiã in campo Martis Iohanni Apoſtolo & Evãgeliſtæ dedicaſſe, monachos ibidẽ ſub Abbate cõſtuiſſe,*

Digitized by Google

large prædijs principalibus additis, quæ nunc S. Maximini Abbatia nominatur: inſuper iubente D. Helena baſilicam ſummi decoris in honorem formamq́; ſanctæ Crucis ædificaſſe, ac tandē præſulatus anno nono, Chriſti 342. Imperatoris Conſtantij 2. Indict. 15. mortuum, Maximino ſibi ſucceſſore deſignato. Multis iſta commemorant illuſtrantq́; ſcriptores modò citati, nec non de grege Chronicariorum alij quàm plurimi. Sed vt certò credi poteſt eximios religionis Chriſtianæ antiſtites, doctores & diſcipulos, eccleſiamq́; piorũ Treveros habuiſſe pridem ante Conſtantinũ Magnum & Agritium, primosq́; ferè fideles Galliarũ trans Alpes apud Auguſtã Treverorũ factos, quæ tũ longè nobiliſſima florentiſſimaq́; civitas fuit, ita de multis non immeritò poteſt ambigi quæ ſcriptores plerũq; monachi longè poſt, demũ monumentis conſignarunt. Apparet.n. paſſim ipſos inter ſe plurimũ diſcrepare. nec annorũ indicatio, nec reliqua ferè pro fide veri ad formã ſingulorum temporum claſſicosq́; ſcriptores cõuenire vel cõciliari poſſe videntur: vt illa communia taceantur, quale eſt quod Petrum nunquàm Romæ fuiſſe contenditur, ,, quodq́; præter Euchariũ, Valeriũ & Maternũ reliquos Agritij deceſſores incognitos perhibet geſtorum Brunonis 80 Treverorũ Epiſcopi ſcriptor, his verbis. Sanctus Sylueſter beato Agritio quarto epiſcoporum Treverenſium quorũ nomina cognita ſunt, & habemus, ſcribit inter cætra, dicens: Sume prioratum poſt Alpes Trebir vbiq́; Quem tibi Roma noua lege dat & veteri. Sed & Prioratus huic ſeu primatus titulo ſcrupulus inſignis ineſt, quòd ipſi Pontifices Romani ante Phocã Imp. anno Chri. demũ 611. caſum tali iure vel titulo potiti nõ ſũt, eoq́; minus alicui provincialium primatũ ſuper alios coëpiſcopos & fratres tribuere vel cõfirmare potuere. Divi Ambroſii tẽporibus ob illius inſignẽ auctoritatẽ ſatis conſtat illuſtriorum in Italia Mediolanenſem epiſcopatum fuiſſe Romano: quamobrẽ & in Aquieleienſe concilio vniverſali præfuit D. Ambroſius. Haud diu poſt in Carthaginienſi Concilio vetitum eſt ne quis Princeps ſacerdotũ voca- ,, retur aut primus Epiſcopus. D. Hieronymus in epiſtola ad Evagriũ, de Romano Epiſcopo, ſi autoritas quæritur, inquit, orbis ,, maior eſt vrbe &c. vbicunq́; fuerit Epiſcopus ſive Romæ ſive Eugubij ſive Conſtantinopolis ſive Rhegij eiuſdem meriti eſt & eiuſdem ſacerdotij. Cæterum non eſt locus de his agendi. Et ſatis eſt et certũ eſt eccleſiis ut vocãt, primitiuis pios intendiſſe miniſtros,

pres-

Digitized by Google

A presbyteros & Epiſcopos: qui qđ dicebantur erant: qđ erant inde ''
nomē habebant. Sicuti & ipſi primi Chriſtiani haud fictâ fide atq; ''
charitate præditi, afflictionibus defæcati, vota proculdubio fude- ''
runt ardentiſſima, moribus caſtis fuerunt, vita pro mortis officina ''
uſi ſunt, mundum præ cœleſtis patriæ deſiderio contempſere. Sit igi-
tur Agritius ſi placet Epiſcoporum Treverenſiū 27. ſint deceſſores
eius qui ſuprà recenſiti, ſucceſſores quoq; qui commemorabuntur,
certè dominatum ſerò arripuerunt , nec priùs quàm ambitio Ro- ''
manorum Pontificum per humilitatem bonitatemq; Romanorum ''
B Principum ſacroſancti Imperij maieſtatem premere atq; labefacta-
re cœpit, ac paſſim iuxta dictum Bernhardi Religio divitias pepe- ''
rit, filia matrem devoravit. Nunc Imperatorum ſeries continu-
anda eſt.

PARS QVARTA.

CONSTANTINO Magno vita functo filij
tres ſucceſſerunt, Fl. Iulius Conſtantius in O-
riente, Fl. Valerius Conſtantinus junior in oc-
C cidente, Galliis &c. Fl. Valerius Conſtans in
Italia. Diviſum imperium Rom. in Orienta-
le & Occidentale. Fl. Valerius Conſtantinus
junior Imperator occidentis in Galliis à Max- An.Ch.
entio tyrannidem arripiente occiſus eſt anno Chri. 340. ac dein- 340.
ceps totum occidentis Imperium frater eius Conſtans obtinuit. An-
no Chri. 350. occiſus eſt Fl. Conſtans Imp. occidentis: cuius loco im- 350.
perare cœpit Fl. Magnentius cum fratribus Decentio & Deſide-
rio Caſſ. ſed anno tertio poſt Magnentius & Deſideri-
D us occiſi ſunt, Decentius ſeipſum laqueo ſuſpendit. Fl. Iulius
Conſtantius Aug. Imp. orientis deinceps occidentem quoq; tenuit,
& anno Chri. 361. moriens ſucceſſorem in utroq; Imperio nactus eſt 361.
Fl. Claudium Iulium Conſtantini ſenioris nepotem: quo dein alte-
ro anno poſt in prælio à Perſis occiſo, ſalutatus eſt Imperator Fl. Io-
vianus: eoq; menſe octavo mortuo Fl. Valentinianus creatus eſt.
Is ſtatim in oriente ſuffecit ſibi Auguſtum fratrem ſuum Fl. Valen-
tem, & anno Chri. 367. in occidentis imperio Fl. Valentinianum 367.
juniorem & Fl. Gratianum filios collegas adoptavit, quos anno
Chri. 375. decedens ſucceſſores habuit.

Vixit hoc tempore Ammianus Marcellinus & ſtatum Gallia-

Digitized by Google

rum deſcripſit, quod obiter hic indicari operæpretium eſt. Regeban- A
tur inquit lib 15. Galliæ omnes jam inde ut crebritate bellorum vr-
gente ceſſere Iulio dictatori, poteſtate in partes diviſa quatuor: qua-
rum Narbonenſis una Viennenſem intra ſe continebat & Lugdu-
nenſem: altera Aquitanis præerat univerſis: ſuperiorem & inferio-
rem Germaniam Belgasq; duæ juriſdictiones iiſdem rexere tempo-
ribus. At nunc numerantur provinciæ per omnes ambitum Gal-
liarum: ſecunda Germania, prima ab occidentali exordiens car-
dine, Agrippina & Tungris munita civitatibus amplis & copio-
ſis: dein prima Germania, ubi præter alia municipia Maguntia- B
cus eſt & Vangiones & Nemetes & Argentoratus barbaricis cla-
dibus nota. Poſt has Belgica prima Mediomatricos prætendit &
Treveros domicilium Principum clarum. Huic annexa eſt ſecun-
da Belgica qua Ambiani ſunt urbs inter alias eminens & Cathe-
launi & Rhemi: pergitq; provincias cæteras cõmemorare ſicuti fe-
rè & in libro provinciarum Itinerario quod Antonini vocant ad-
jecto, Galliarũ provinciæ ſedecim recenſentur & in iis Belgica pri-
ma, cuius IIII. civitates. ſ. metropolis civitas Treverorum, civi-
tas Mediomatricorum. i. Metis, civitas Leucorum. i. Tullum, & C
civitas Verodunenſium. Hæc hactenus.

An.Ch. Valens orientis Imperator anno Chri. 378. periit: à quo tempore
378. & Ruffinus & Hieronymus occaſum imperii Romani computant.
Valenti Flavius Gratianus ſuccedens anno proximo, Theodoſium
Hiſpanũ Honorii filium orientis Imperatorẽ creavit ac dein Chriſti
383. anno 383. caſus eſt: quo tempore contra Valentinianũ juniorem &
Theodoſium in Galliis imperare cœpit Fl. Mag. Maximus & filius
388. Fl. Victor Cæſ. poſt anno Chriſti 388, ſimul occiſi. Theodoſius inde
361. anno Chri. 391. filium Flauvium Honoriũ Cæſarem dixit, annoq;
ſequente Valentinianus junior Imp. occidentis peremptus eſt, cui D
394. Fl. Eugenius ſucceſſit, & ipſe occiſus anno Chr. 394. fuitq; poſt eum
Imp. occidentis Fl. Honorius Theodoſii filius. Deinde cum anno
395. Chri. 395. Fl. Theodoſius Imp. occidentis obiiſſet, Arcadium filium
408. ſucceſſorem habuit. Is anno Chri. 408. mortuus eſt, & filio Theo-
doſio juniori orientis imperium reliquit: Honorius vero frater, Imp.
423. occidentis anno demum Chri. 423. defunctus, Fl. Ioanne tyranno
425. paulo ſupra bienniũ in occidentis imperio ſuccedente: qui anno 425.
caſus eſt, cùm paulo antè Fl. Placidius Valentinianus auctoritate
Theodoſii Imperatoris in occidente appellatus fuiſſet Auguſtus. An-
450. no Chri. 450. Fl. Theodoſius junior Imp. orientis obiit, Marcianus
in

Digitized by Google

A in locum eius imperare cœpit. Anno autem Chriſti 455. occiſus eſt 455.
Fl. Placidius Valentinianus: ſucceßit in occidentis imperio Fl. Anicius Maximus, ſed necdum menſe tertio completo caſus eſt: & qui poſt menſem ferè interregni ſucceßit Fl. Avitus poſt decimum imperii menſem rurſus abdicavit. Atq; inde iterum elapſo interregno menſium decem & ſemiſ, anno Chriſti 457. Fl. Iulius Valerius Majoranus occidentis imperiū ſuſcepit, cum paulò ante Marcianus. Imp. Orientis obiiſſet, cui Fl. ſucceſſerat. Anno Chriſti 461. 461.
Majorianus cùm abdicaſſet imperium in occidente, poſt trimeſtre
B Fl. Vibius Severus Imp. in locum eius factus eſt, & anno Chri. 465. 465.
mortuus. Deinceps interregnū in occidente fuit menſium ferè IIXX. donec Fl. Anthemius imperium iniit, qui occiſus eſt anno Chriſti
472. ſuccedente Fl. Anicio Olybrio, per menſes ferè 4. uſq; ad mor- 472.
tem, eiq; poſt quartum menſem Fl. Glicerio. Mox anno Chri. 474 474.
vita functus eſt Leo Imp. orientis, cùm anno ſuperiore nepoti ſuo ex filia Leoni juniori imperium communicaſſet: qui & ipſe poſt avi obitum patrem ſuum Fl. Zenonem Auguſtum aſcivit. Eodem anno Fl. Iulius Nepos fugato Glicerio factus eſt Imperator in occidente. Nepotem verò ſequente anno, Chri. 475. pepulit Oreſtes, & fili- 475.
C um ſuum Fl. Momillum Auguſtulum in imperium collocavit: quo tempore Baſiliſcus Zenone fugato imperium orientis arripuit, ſed poſt annum viciſsim à Zenone pulſus & in exilium miſſus eſt: eademq; tempeſtate nimirum anno Chri. 476. Auguſtulus ab Odoa- 476.
cre Herulo Gothorum rege coactus ceßit.

Quanta clades imperio Romano per hoc temporis ſpatium à Conſtantino Magno uſq; ad Auguſtulum acciderint, nec operoſo volumine recenſeri poſſet: tot Reipub. malis, tot civitatum regionumq; vaſtationibus, populorum ſtragibus, novis regnis, tantiſq; viciſsitudinibus dicendis omnium ſcriptorum vires anhelant. Oc-
D cidentis imperium, quanquā paulo melior orientis ſors fuit, maximè tamen conquaſſatum laniatumq;, non ſolum tyrannis ex ſeſe per provincias crebrò inſurgentibus, ſed barbarorum etiam continuis propemodum irruptionibus. Ipſa Roma mundi antea caput, ipſa gentiū domina tentata, obſeſſa, bis expugnata captaq; eſt: primum à Gothis Alarico rege, temporibus Imp. Honorii tunc Ravenna ſe continentis, quod ex Procopio luculenter refert Egnatius in fine lib. 1. Rom. principum: denuo à Vandalis Genſerico rege ſub Imp. Anicio Maximo, quod Marianus Scotus & alÿ paßim annotarunt. Circa Valentinianum ſeniorem Alemanni maximis

Digitized by Google

A

copiis irruperunt in Gallias, territoria civitatum Argentorati, Brotomagi, Tabernarum, Saliſonis, Nemetarum, Vangionarum & Maguntiaci, inhabitarunt: nam ipſa oppida veluti circundata retibus luſtra declinabant inquit Amm. Marcellinus lib. 16. Deinde ſub Honorio Imp. Vandali & Alani ſeu Vandali Suevi & Alemanni rege Caroco apud Maguntiacum Rehnum transgreſſi, per Gallias inſigni ſtrage vagati ſunt, Arelatum usq; ſicuti in anno Chri. 411. Sigebertus, atq; inſuper ſcriptorum vulgus memorat. Nec diu pòſt anno Chriſt. 413. Burgundiones partem B *Galliæ Rheno propinquantem inquit Proſper, obtinuerunt. Circa initium Imperij Valentiniani junioris Bagaudarum factio Gallias afflixit, Battone duce ruſticis ſervitijsq; graviter tumultuantibus: circa finem verò eiuſdem Imperatoris Attila rex Hunnorum inuaſit occidentis imperium cum 500. millibus armatorum ut ſcribit Sigebertus & auctores plurimi conſentiunt totasq; Gallias vaſtavit: quemadmodum & aliæ præterea nationes identidem Galliarum provincias infeſtarunt, nominatim Franci, quos ſub Theodoſio maiore (& Eugenio Impp.) Germaniam inferiorem depopulatos, Agrippinenſi etiam Coloniæ metum incuſſiſſe, ducibus* C *Genebaldo, Marcomero & Sunnone præter Bedam & alios ſcriptores, memorat Trittenhemius de orig. Fran. Honorij dein Imp. temporibus hyeme rigente Rhenum transgreſſi, univerſas penè Gallias inuaſere, ſedibus circa Treveros, Mediomatricos, conſtitutis: cæterùm pulſi rurſus trans Rhenum à Vandalis, Burgundionibus & Alanis, ut ex Blondo refert Peutingerus de Germania, nec non ex D. Hieronymo perquam diſerte Aventinus Annal. Boio. lib. 2. de temporibus Honorij: ſubjungens eandem gentem haud diu pòſt tranſito iterum Rheno, vicinam Galliarum partem occupaſ-* D *ſe: quamobrem ſub Valentiniano juniore partem Galliarum propinquam Rheno quam Franci poſſidendam occupaverant Etij Comitis armis receptam teſtatur Proſper. Inde ſub Valentiniano juniore præter Hunnos Franci quoq; Germaniam primam Belgicamq; ſecundam vaſtarunt: comperta verò Etij morte, mox tranſmiſſo Rheno Germaniam ſecundam cum utriusq; Belgicæ partem firmiter occuparunt, & paulatim in interiora progreſſi ſunt, tametſi urbes adhuc inſigniores Romani præſides tenebant, quod Rhenanus Rerum German. lib. 1. copiosè demonſtrat.*

Treverorum Auguſtam per iſta turbulenta pauloq; ſuperiora

Digitized by Google

A riora tempora ſæpius quidem direptã, incenſam, vaſtatam atq; etiam ſolo æquatam legitur. Sed vel temporum rerumq; varietate, atq; confuſione in errorem ducti præſertim recentiores hiſtoriographi, vel indulſiſſe ſibi nonnihil videntur primi auctores exaggerandis cladibus barbaricoq; furore quo minus ad veriſimilitudinem pleraq; traderent. Quanquam enim non ambigatur varios magnæ Germaniæ populos inclinãte re Romana Gallias frequenter incurriſſe prædabundos, inſuper ferro flãmaq; per agros & oppida minus munita ſuburbiaq; graſſatos, ipſas tamẽ B civitates veluti circundata retibus luſtra inqt Marcellinus devitabant: quas etiam præſidia ferè vel munitiones turbantur. Itaq; relinquitur in medio quod Aven. An. Boi. lib. 2. refert, imperante Gallieno Germanos qui vocabantur Alemãni, Gallias omnes pervagatos, unaq; Treverorum Auguſtã vaſtatã: quod ipſum Eiſengr. Chr. Spir. ſic memorat: Treverorum præpotentem civitatẽ ab Alemannis ſolo æquatam fuiſſe. Deinde tẽporibus Damaſi Papæ Rom. qui juxta Onuph. anno Chr. 366. creatus ſedit annis 16. Græcos eandẽ urbẽ inuaſiſſe ac prædis, cædibus & incendiis afflixiſſe Scheckman. in Medulla geſt: Trev. lib. 2. C ca. 6. ſcribit: quanquam id ſub Valentiniano majore qui anno Chr. 364. cœpit imperare, nec integris annis XII. ſuperſtes fuit, aut ſub eius ſucceſſoribus Gratiano & Valentiniano minore eveniſſe oporteat, nec tamen illorum temporũ conditio facile tantam cladẽ recipit. Similius vero videri queat pridẽ ante Papam Damaſum & Imp. Valentinianum majorẽ, Magnentio in Galliis imperium occupante calamitatem aliquam acceptã: ſiquidẽ Marcellinus indicat li. 15. Treveros civitatẽ clauſiſſe Decentio Cæſari, tumq; Pœmenium quẽdam electum ad defendendam plebẽ fuiſſe: quam rem Marcellinus in prioribus libris ſe retuliſſe D dicit, ſed ij nõ extant. Quid quòd Valentiniano Imperatore creato Treverorum urbẽ ab Alemannis depopulatam, ac rurſus an. Chr. 403. quum imperavit Honorius, a Francis occupatã Eiſengr. Chron. Spi. ait? Certè Vandalorũ graſſatione Rege Caroco temporib. Imp. Honorii civitatem Treverorũ captã, direptam, ruinisq; deformatam plurimi auctores conſentiunt: & additur in geſtis Treverorum lib. 2. ca. 12. civium partem in urbis amphitheatro quod munitũ inſederant, hoſtilem vi evaſiſſe. Poſt hæc Sigebertus an. Ch. 413. Franci, inquit, ſæpe Gallias inceſſentes diripiunt primo & ſecunda irruptione incendunt urbem

Digitized by Google

bem Treverim quã condidit Treber filius Nini &c: cui fortè nõ A
diſcrepat quod ex D. Hieronymo Aventinus Annal. Boio. lib. 2.
refert, hac vice Francis in Galliã irruentibus Auguſtã Treve-
rorũ alijs urbibus Galliæ in Germaniã tranſlatã: Franci enim
prædas ingentes per Gallias egerant: cæterũ ab Alanis trans Rhe-
nũ rurſus pulſi ſunt. Deniq; ſub Imp. Valentiniano iuniore cir-
citer annũ Ch. 453. quod monumentorũ conſenſu ſatis firma Au-
guſta Treverorum ab Hunnis Attila rege graviter afflicta eſt
ac deuaſtata, tametſi humotenus deſtructam Eiſengrinus Chr. B
Spir. forſan abſq; certo auctore dicat: uti quoq; Trittenhemius
de orgine Francorum, anno Chr. 454. civitatem Treverim à
Merovæo Francorum rege tertio captam ſubiugatamq;: ſiquidẽ
Geſta Trever. lib. 2. cap 12. ex Beda uti videtur, quemadmo-
dum & Scheckmannus lib. 2. cap. 7. memorant, poſt exceßum
Valentiniani iunioris Fl. Auito Imperium occupante, cùm is a-
pud Treveros Lucij ſenatoris uxorem eximiæ formæ per dolum
conſtupraſſet, ac poſtridiè marito dixißet pulchras thermas ha-
bes ſed frigide lauas, Lucium iſthac iniuria commotum Francis
Vrbem prodidiße. Sed & Vrſperg. Chron. traditur ſub Hilde- C
rico rege Francorũ quarto, circiter annũ Chr. 462. ad regnum
Franciæ revocato, cum iam deceſſor eius Merovæus pridem an-
no Chr. 458. mortem obierat, à Francis primò Coloniam, dein-
de Treverim quoq; captam. Et Sigebertus in anno Chri. 475.
Franci inquit, poſt Vandalos & Alanos, poſt Gothos & Hun-
nos in ceſſunt Gallias, non tantum ut eas habeant direptioni, ſed
ut ſibi ſint perpetuæ habitationi: qui capta Colonia Agrippina
fugato belli duce Egidio, multos Romanorum occidunt: & mox
in anno 476. ſic: Franci Treverim civitatem ſuper Moſellam D
capiunt. Idipſum confirmat Reichardus Waſſenburgius Anti-
quitatũ Belgicarum diligens inveſtigator: addens, ad huc iſta
tempeſtate nec Metim, nec Virodunum Francis paruiſſe, atq;
Childerici tandem regis exercitu Coloniam ac Treverim cap-
tas & Romanis ereptas, ipſos penè omnes occiſos. Accedit ad hoc
Aven. An. Boio. lib. 2. de tẽporibus Anthemij, Olybrij, Glicerij,
Nepotis & Auguſtuli, ſub quibus Imperium orientis intercidit.
Franci inquit, tum alijs rebus, tũ auctoritate Lucij Treverenſis
patritij permoti (huiꝰ uxorẽ Præſes Romanꝰ ſtupraverat, ipſe ad
Franconas in Germaniã Magnam profugerat, eos in Romanos
concitabat) cõſtituunt ea quæ ad proficiſcendũ pertenent. Quòd
unum

A unum tantæ rei imparem fore opinarentur duodecim proceres
deligunt ſummæq́ rerum præficiunt & reges appellant, quorum
tamen primus ſit Hyldericus rex filius Morovæi regis &c. Om-
nibus itaq́ comparatis, Rhenum traijciunt, Romanos fundunt,
cædunt, ſuperiorem Germaniam in Gallia occupant, templa di-
ripiunt, urbes Maguntiacum, Vangionum, Borbetomagum,
Nemetum Auguſtam recipiunt, huicq́ tractui quinq́ reges præ-
ficiunt N.N. &c: Inde caſtra in Germaniã ſecundam adver-
ſus Agrippinenſem Coloniam movent, quam Egidius Romanus
B legatus Galliæ Belgicæ firmo præſidio firmarat fruſtra. Urbe
Franci potiuntur, regesq́ civibus & finitimis dant N.N. &c.
Poſtea Belgicam inferiorem in obſequium redigunt, Ægidius
dux Romanus cum filio Æſtagrio intra mœnia Auguſtæ Sueſſo-
num impellitur. Horum agro vaſtato Franci ad Galliam Bel-
gicam primam pergunt. Lucius ſuperior, eis Treveros tradit,
quibus Heribertus præficitur: dedunt ſe & Mediomatrices, Leu-
coruq́ urbs Tullum &c. Dehinc Hyldericus initio fœdere &
junctis copiis cum Odagrio Saxone Galliam Lugdunenſem ag-
greditur, cui Dux Romanus nomine Paulus præſidebat. Lute-
C tiam Pariſeorum fame ad deditionem cogit. Aureliã indè capit.
Circa Andegavos congreſſus cum Romanis Paulum Præſidem
prælio interficit. Reliquæ tũ civitates Galliæ oratores ad Fran-
cos ire gratulatum jubent: jam enim pertæſæ ignaviam ac ava-
ritam Romanorum victori ſine certamine ſubijciũtur. Hæc A-
vẽtinus, quæ nimirũ in extremum regni tẽpus Hylderici anno
Chr-484. mortui atq́ itẽ ad annũ Chr. ferè 476. quadrant, quo
poſtremus occidentis Imperator Auguſtulus ab Odoacro Herulo
Gothorũ rege primo coactus abdicavit. Itaq́ propemodũ eodem
tempore Gothorum in Italia, Francorum in Galliis regnũ ſtabi-
D le eſſe cœpit, Romanum Imperium in occidẽte prorſus defecit, &
Auguſta Treverorũ tandẽ Francis ceſſit anno Ch. circiter 476.
qui eſt annus 527. poſtquã primò per T. Labienum ad Romanos
devenerat. Maximis interim calamitatibus attritã uti & to-
tum penè occidentis imperium negari non poteſt, & breviter o-
ſtenſum eſt, veluti quoq́ Salvianus Maſſilienſis preſbyter qui
Trittenhemio teſte circa Chr. annum 480. claruit, de vero ju-
dicio & providentia Dei lib. 6. jam tum ad eam uſq́ memoriã
quater devaſtatã urbem Treverim diſertè ſcribit: nihilominus
tamen inter urbes Galliarum præcipuas ſemper & pretium &
nobili-

nobilitatem pro tempore retinuit atq; à cladibus denuo ſurrexit. Pomp. Mela quem Vadianus ſub Claudio Imp. vixiſſe coniicit. lib.3.cap.1. Aquitanorum, inquit, clariſſimi ſunt Auſci, Celtarum Hedui, Belgarum Treveri, urbesq́; opulentiſſimæ in Treveris Auguſta, in Heduis Auguſtodunum &c. Auſonius circa Gratianum Imp. in catalogo nobilium urbium ejus temporis IIXX. poſt Romam, Conſtantinopolim, Carthaginem, Antiochiam & Alexandriam ſexto loco Treverim celebrat. Amm. Marcellinus eadem memoria lib. 15. clarum domicilium principum vocat, paßim indicans Impp. Valentinianũ majorẽ & B *Gratianum frequenter ibi habitaſſe. Valentinianus pater & Gratianus filius devictis apud Argentuariã magna ſtrage Alemannis triumphum egerunt in Auguſta Treverorum: quamobrem & Auſonius fluvium Moſellam celebrat inquiens: nec præmia in undis Sola, ſed Auguſtæ veniens quòd mœnibus urbis Spectavit junctos natiq́; patriuq́; triumphos. Sigebertus in anno Chr. 386. annotat Maximum Imp. apud Treverim ſedem imperii ſui ſtatuiſſe: ſicuti & Trittenhemius de origine Francorum clarè refert, Maximum occupatis Galliis cæſoq́; Gratiano ſedem imperii poſuiſſe in civitatem Treverorum, ubi etiam* C *filium Victorem imperii conſortem fecerit. Idem traditur in geſtis Trever. lib. 2. cap. 10. & epitomes Scheckmanni lib. 2. cap. 6. Aventinus Annal. Bojo. lib. 2. de temporibus Theodoſii magni, Maximus, inquit, occiſo Gratiano fraude Andragatii, Romanum militem, totam Galliam occupat &c. domicilium Auguſtorum* Treverorum *Auguſtam conſtituit, quæ ſecundum Romam caput mundi, maxima urbs in Europa fuit ante conditã Neoromam à* Conſtantino. *Extendebatur ea tempeſtate adutramq́; Moſellæ ripam: auctores ſunt Tacitus & Marcellinus,* D *Hæc ille: ac paulo pòſt addit, Victorẽ Maximi filium, Cæſarem à patre deſignatum Treverisq́; relictum, patre Rhetias & Italiam petente. Teſtatur inſuper eodem lib. in Avito Imperatore, ipſum apud Treveros purpuram induiſſe: dictumq́; priùs de ſtupro Aviti Imp. in uxorem Lucii Senatoris Treverenſis commiſſo: nec diu pòſt urbe Treverorum Franci potiti ſunt. Sed & Rhenanus lib. 3. rerum German. de Treveri,* Conſtan*tinum illic palatium extruxiſſe ſcribit, cuius ruinæ quædam etiamnum appareãt: ibiq́; non ipſum modò ac poſteriores* Cæſa*habitaſſe veriſimile eſt, inquit, ſed quoſdam etiam ante ipſum.*

Deniq;

A *Deniquepoſterioribus temporibus præpoſitum theſaurorum, pro-
curatorem monetæ, procuratorem Gineciorum & præpoſitũ Ar-
gentariorum Treveris habuere Romani, quemadmodum liber de
inſignibus magiſtratuum Romanorum indicat. Fuerunt ibidem
& horrea. fuit etiam armorum fabrica, & veſtiaria, quod Au-
ſonius quoque confirmat hoc carmine Treverim deſcribẽs. Armi-
potens dudum celebrari Galliageſtit, Trevericaq; urbis ſolium,
quæ proxima Rheno Pacis ut in mediæ gremio ſecura quieſcit,
Imperijq; viros quod alit, quòd veſtit & armat. Lata per exten-
B tum procurrũt mœnia collem. Largus tranquillo perlabitur amne
Moſella, Longinquæ omnigenæ vectãs commorcia terræ.*

PARS QVINTA

*DE veteri itaque ſplendore civitatis Treve-
rorũ ſatis liquet: eccleſiæ forma quæ fuerit uſ-
que ad Francos deinceps videndum eſt. Agri-
tio Maximinum 28. apud Treveros Epiſco-
pum ſed archimyſtam ſecundum, ſucceſſiſſe
C ſcribitur ut indicavimus è geſtis Trever. lib. 2.
cap. 9. Scheckmanni etiam Epitomes lib. 2.
cap. 6. Ibidem & ſequentibus capitibus huiuſcemodi catalogus E-
piſcoporum continuatur. Maximino ſucceſſit 29. Epiſcopus Pau-
linus, qui anno Chr. 363. procul in Phrigia, quo miſſus erat exula-
tum ab Imp. Conſtantio, martyr factus eſt abſciſſo cervicibus ca-
pite. Succeſſit 30. Bonoſius: Bonoſio 31. Brictoſeu Britonius, qui
Romæ fuit cum Damaſo Papa: dein mortuus eodem tempore quo
Maximus Imp. Concilium Epiſcoporum adverſus Priſcilliani
hæreſin Auguſtæ Treverorum coëgit: tumq; ſuffectus Britonio Fœ-
D lix 23. Epiſcopus, qui poſt annum duodecimum abdicato epiſco-
pali munere ſuſceptaq; vita ſolitaria mox obiit. Eum ſecutus 33.
Mauritius. Poſt Mauritium. 34. Leguntius. Deinde 35. Auctor.
36. S. Severus. 37. Cyrillus. 38. Iamnerius. 39. Emerus. 40. Ma-
rus. 41. Voluſianus. 42. Miletus. 43. Modeſtus, cuius epiſcopa-
tus tempore Francos civitate Treveri petitos convenit, tametſi
neque hoc, neque per ætates Romanorum Principum, nec ulla cer-
tiore annorum indicatione, quando ſinguli vixerint vel mortem
obierint in geſtis Trever. vel Scheckmanni Epitome tradatur.
Poſſent vero ad eam rem illuſtrandam haud pauca commemora-*

Digitized by Google

ri ex veteribus & probatis auctoribus, cæterum non fert neceſſa- A
ria brevitas.

Ipſa quidem religio Chriſtiana poſt Conſtantinum Magnum
uſq; ad Francos Galliarum dominos vario ſucceſſu fuit. Præter-
quam quòd cultores idolorum ſuperarant, hæreſes vel ortæ ſunt in-
terim vel coaluerunt quamplurimæ atq; pernicioſiſſimæ, nomina-
tim Arrii, Priſcilliani, Pelagii &c. & earum occaſione teneræ
occidentales eccleſiæ graviter oppreſſæ afflictæq;. Deorum cultores
e nobilitate præſertim non paucos, templa quoq; Deorum tam in
ipſa urbe Roma, quam in provinciis & Galliis etiam tum extitiſ- B
ſe liquido conſtat. Nam Maximo apud Aquileam victo cæſoq;
cum Impp. Theodoſius & Valentinianus domum rediiſſent, ille
Conſtantinopolim, alter Mediolanum, celebris eo ad Valentinia-
num legatio Senatus Romani venit, cuius princeps Symmachus
vir illuſtris & Conſularis atq; eloquentiſſimus. Petebant (inquit
Avent. lib. 2. Annal. Boio. in Theodoſio Magno) Patres conſulti
& ordo ille ampliſſimus aram Victoriæ, veteres & avitas cere-
monias reſtitui quibus colendis Roma creviſſet, & ad id faſtigii
nempe totius orbis imperium conſcendiſſet: ob haſce neglectas rem- C
publicam tot calamitatibus undiq; opprimi, atq; tandem peri-
turam eſſe &c. Extat illa Symmachi oratio: cui reſpondit D.
Ambroſius. Sed & Valentiniano deinde perempto Eugenius
Imp. Flaviano præfecto urbis petente aram Victoriæ, ſumptus
ceremoniarum Senatui Romano reſtituit, quod Valentinianus
negarat. Rurſum Theodoſius devictis tyrannis in Alpibus aurea
Jovis ſimulacra contra ſe conſecrata diripi permiſit, inde ubiq;
gentium edicto ſigna Deorum everti juſſit. Idem facere poſt eum
ipſius filii Impp. Honorius & Arcadius. quod de ipſorum tempo-
ribus item ex Aventini Annal. Boio. lib. 2. referre proderit, ob ex- D
imium decorem qui non in ipſa re ſolum, ſed narratione quoq; ſuc-
cinctæ ineſt. Radegaſus (Veſſogetarum dux, inquit) haud pro-
cul Roma certius potiundæ urbis caſtra locarat, quotidieq; ſacri-
ficiis Diis ut eos propitios haberet, ſacrificabat. Tum cultores Deo-
rum (cives nimirum Romani) provolant, coeunt, in religionem
Chriſti convitia jactitant, eam omnium calamitatum, omnis ſtra-
gis & calamitatis cauſam eſſe vociferantur. Iratis Diis Italiam
opprimi, orbem Romanũ ruere ob veteres ceremonias neglectas:
contra, Veſſogetas, id eſt amicos Deorum immortalium aræq;
religionis conſecraneos ſecundis ubiq; frui ſucceſſibus, nec ſupe-

rari

A rari poſſe. Extremum Imperio haud dubiè fatum imminere, niſi ſuperos placarent, vetera & avita ſacra quibus Roma creviſſet reciperent. Philoſophi prophani à Sacramento Chriſti tum religionem noſtram interituram prædixerunt. Eo anno quo id fore ementiti ſunt juſſu Impp. religioſiſſimorum per Gaudentium & Jovium Præfectos & Comites 14. Cal. Apri. templa Deorum exciſa, ſolo æquata ſunt, ſimulacra in cineres comminuta. Hæc ille, nimirũ ex D. Hieronymo cæteriſq; tempeſtatis eius præclaris ſcriptoribus. Nec ambigere operæpretium eſt ſupremum hoc tempus B idolis etiam per Gallias atq; apud Treveros, illic quoq; tantiſper Deorum cultores fuiſſe. Facit quod Scheckmannus in geſt. Trever. velut ex Severo Sulpitio refert, Martinum Turonenſem epiſcopum (circa Valentiniani junioris tempora) miraculis in civitate Treverorum compluribus editis, etiam Tetradii cuiuſdã Proconſularis viri, ſed cultoris idolorum ſervum dæmonio liberaſſe, quamobrem Tetradius juxta condictum abdicata gentilitate Chriſtianam fidem ſit amplexus: domum eius à Martino templum factum & in honorem Sanctæ Crucis conſecratum, (nunc Abbatia Sancti Martini vocatur) & eandem Tetradii C Conſulis ut vocat Treverenſis, hiſtoriam, Bruſchius refert in monaſterio S. Martini Trever.

Epiſcopos eccleſiæ Treverorum quos recenſuimus, certè plurimùm commendant ſcriptores: & pleriq; relati ſunt in numerum Sanctorum: nonnullos etiam peregrè doctrinam Chriſtianã profeſſos, & Evangelium magna cura propagaſſe conſtat. Viri proculdubio pietate, moribus, totaq; vita clari & inſignes fuerunt, ipſis etiam fortaſſe Romanis Pontificibus eorum temporum haud „ paulo meliores. Ad eam rem unius Amm. Marcellini teſtimonio ſit ſatis, qui ſub Gratiano & Valentiniano juniore paulove D pòſt, quum Britonius & Fœlix eccleſiam Trever. rexiſſe videntur, Romæ verò Damaſus & Urſicinus tetro ſchiſmate de Papatu contenderunt, in hæc verba ſcripſit libr. 27. Damaſus & „ Urſicinus ſupra humanum modum ad rapiendam epiſcopalem ſedem ardentes ſciſſis ſtudiis aſperrimè conflictabantur, aduſque mortis vulnerumq; diſcrimina adjumentis utrinſque progreſſis: quæ nec corrigere ſufficiens Viventius, (præfectus urbis Romæ) nec mollire, vi magna coactus ſeceſſit in ſuburbanum: & in concertatione ſuperaverat Damaſus, parte quæ ei favebat inſtante: conſtatq; in baſilica Sicinnini ubi ritus Chriſtiani eſt conventi-

culum, uno die centum trigintaſeptem reperta cadavere peremp- A
torum, efferatamq́; diu plebem ægrè poſtea delinitam. Neque
ego abnuo, oſtentationem rerum conſiderans urbanarum, huius
rei cupidos ob impetrandum quod appetunt omni contentione la-
terum iurgari debere: cùm id adepti futuri ſint ita ſecuri vt di-
tentur oblationibus matronarum, procedantq́; vehiculis inſiden-
tes circumſpectè veſtiti, epulas curantes profuſas, adeo ut eorum
convivia regales ſuperent menſas: qui poterant beati revera, ſi
magnitudine urbis deſpecta, quàm vitiis opponunt, ad imita-
tionem antiſtitum quorundam provincialium viverent, quos B
tenuitas edendi potandiq́; parciſſimè, vilitas etiam indumento-
rum & ſupercilia humum ſpectantia perpetuo Numini verisq́;
eius cultoribus ut puros commendant & verecundos. Hæc ille, qui-
bus mores præſulum Romanorum ſui temporis haud obſcurè de-
pinxit, ſimulq́; Provincialium modeſtiam ſatis magna laude præ-
tulit. Divus Hieronymus eodem penè ſeculo ipſam urbem Romã
fugiendam cenſuit, & eccleſiam Romanam Provincialibus dete-
riorem tum fuiſſe haud obſcurè teſtatur epiſtola ad Marcellam
ſuadens, Roma relicta Bethleem migrare. Fugite, inquit, de me-
dio Babylonis, & ſalvate unuſquiſque animam ſuam: cecidit e- C
nim cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmonum &
cuſtodia ſpiritus immundi. Eſt quidem ibi ſancta eccleſia, ſunt
trophæa Apoſtolorum & Martyrum, eſt Chriſti vera confeſſio,
eſt ab Apoſtolo prædicata fides & gentilitate calcata in ſublime
ſe quotidie erigens vocabulum Chriſtianum, ſed ipſa ambitio,
" *potentia, magnitudo urbis videri & videre &c. Hæc ille. Sa-*
" *ne & apud Treveros hac tempeſtate Martyrum Sanctorumq́;*
quos vocant memoriæ ſtruendis templis conſecrandæ impenſius
navari opera cœpit. Et Fœlix 32. epiſcopus ut in geſtis Trever. D
libr. 2. cap. 12. Scheckmanni etiam epitomes libr. 2. cap. 6. tradi-
tur, baſilicam præclaram in campo Martio conſtruxit D. Ma-
riæ virgini matri, martyribusq́; Thebæis & Treveris, qui
Diocletiano imperante miniſterio Præfecti eius Rictiovari circa
eum locum crudeli ſtrage mactati erant, & hactenus abſque ſe-
pulcri honore iacuerant, quorum collecta oſſa religioſè in hac æ-
de tumulavit, Tyrſo tamen præfecto militum Thebæorum &
Palmatio Treverorum Conſule cæteriſq́; Senatoribus ſitu exi-
miore collocatis. Paulini etiam olim deceſſoris ſui corpus è
Phrygia relatum exemplo ipſius Paulini qui Maximinum ex
Aqui-

Digitized by Google

A *Aquitania reductum apud Treverim condiderat, ſarcophago*
clauſum Fœlix in huius ſani ſcriptæ medio ferreis catenis ſuſpendit.
Ædem hanc barbarorum vaſtatione deſolatã 40. Epiſcopus Ma-
rus reparaſſe dicitur, uti 37. Cyrillus incenſam & deſertam Cel-
lam Sancti Eucharii. Voluſianum 41. epiſcopum tradunt privi-
legium de Frioratu pridem à Sylveſtro PP. Rom. tributum Agri-
tio primo Archiepiſcopo, quod jam neglectum & deletum erat in-
novari ſibi atq; reſcribi à Rom. Pontifice curaviſſe. De Præſulibus
eccleſiæ Treverorum usq; ad Francos hæc commemoraſſe ſufficit.
B *Floruiſſe tum & hic pietatem Chriſtianam in antiſtitibus æq; ac*
in cœtibus haud inconuenienter æſtimari poteſt. Quæ fuit aliarũ
quoq; regionũ conditio: ſiquidem circa hoc ſeculum plurima paſ-
ſim eccleſiarum lumina viguere, veluti Athanaſius, quem ab Imp. „
Conſtantio proſcriptum apud Treveros Maximinus Epiſcopus
clam fovit, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſenus &
frater eius Baſilius Magnus, Ioannes Chryſoſtomus, Hieronymus,
Ambroſius, Auguſtinus, item Prudentius & alii præclari atq;
ſancti viri, quos imperii Rom. Majeſtate collabente ſimul in eccle-
ſiis magna vaſtitas ſecuta ſua mole crevit in vaſtitatem. Sed
C *hæc hactenus.*

PARS SEXTA.

AD regni Francorum per Gallias initium provectis dein-
ceps Treverorũ Auguſtæ tempora curioſè cum annis
Romanorum Principum conferre abs re fuerit: quam-
obrem obiter indicatis Imperatorum in oriente pari-
terque Regum in Italia nominibus & poteſtatis eorum
diuturnitate, de cæterò Francici reges quorum imperi-
um Treveris agnovit exactius dicentur. Zenoni Imp.
apud Conſtantinopolim ad quem ſuprà ſeries princi-
pum Romanorum per ducta eſt, cum imperaſſet annis
D amplius XVII. ſucceſſit Fl. Anaſtaſius Dicorus per annos XXVII. illi Fl. Anici-
us Iuſtinus annos IX. deinde Fl. Anicius Iuſtinianus annos XXXVIII. poſt hunc
Fl. Anicius Iuſtinus junior an. fere XI. Secuti Tiberius Anicius Conſtantinus an.
ferè VII. Fl. Tiberius Mauritius an. XIX. Fl Phocas an. VIII. Fl. Heraclius annos
XXX. Fl Heraclius Conſtantinus menſ. IV. Fl. Heraclianꝰ menſ. II. Fl. Heraclius
Conſtans an. XXVII. menſ. VIII. Fl. Heraclius Conſtantinus Pogonatus cum
fratribus an. XVI. menſ. VII. Fl. Heraclius Iuſtinianꝰ an. X. menſ. V. Fl. Leõ-
tius an. III. Fl. Tiberius Abſimarus an. VII. Fl. Heraclius Iuſtinianus iterum ann.
VI. Fl. Philippicus Bardanes an. II. menſ. IX. Fl. Artemiꝰ Anaſtaſius an. I. menſ.
III. F. Theodoſius Adramitenus menſ. VII. Fl. Leo Conon Iſaurus ann. XXIV.
Fl. Conſtantinus Copronymus an. XXXV. Fl. Leo 4. an. V. Fl. Conſtantinus 7.
Porphyrogenitus cum Irene matre ann. X. ſolus poſtea ann. VI. menſ IX. Fl.
Irene annos V. C. Claudius Nicephorus ann. VIII. menſ. ferè IX. C. Fl. Staura-

Digitized by Google

tijs menſ. II. Fl. Michaël Ramgabes ann. I. menſ. IX. Fl. Leo 5. Armenus annos VII. menſ. V. Fuerunt hi Impp. Conſtantinopolitani uſque ad annum Chriſti 814. quo Carolus Magnus obiit. A

In Italia poſt Auguſtulum Fl. Odoacer antea quoq; cōmemoratꝰ inchoavit Gothorum regnum, tenuit ann. XVI. menſ. VI. Odoacre cęſo, ſucceſſit Theodericus Amalus 1. rex Gothorũ & Italię per ann. XXXIII. menſ. ferè VI. ſucceſſerunt dein Athalaricus Amalus ann. V*III*. Theodatus Amalus ann. *II*. Vitiges ann. *I*V. Adoualdus ann. *I*. Alaricus Rogus menſ. *III*. Totilas Badulla ann. X*I*. Theias an. *I*. quo cæſo Narſes pulſis Gothorũ reliquiis an. Chr. 553 Italiã qua Gothi unà cũ urbe Roma ſub 9. regib. potiti erant annis LXXV*II*. Iuſtiniano Imp. orientis aſſeruit rexitq; dein titulo Ducis per annos XV*I*. Nam an. Chr. 568 Longobardorũ primus in Italia rex Alboinus pulſo *I*mperatoris Conſtantinopolit. præſidio regnum Longobardorũ incepit quo per annos *III*. & menſ. V*I*. potitꝰ B ſucceſſores habuit reges Lōgobardorũ qui ſequũtur. Clephis rex 2. an. I. menſ. VI. quo occiſo ſecutũ eſt interregnum annorũ 10. atq; interim XXXV*I*. Longobardorum Duces regnum ſigillatim per ſingulas urbes adminiſtrarunt. Deinde creatus Rex 3. Autharis, qui regnavit an. V. menſ. V*I*. Agilulphus ann. XXV. Fl. Aldalvaldus an. X. Arioaldus an. XII. Rotharis Harodꝰ an XV. menſ. IV. Rodoaldus an. V. Fl. Aribertus an. IX. Gundebertus cum fratre Pertaritho an. I. menſ. III Grimoaldus an. IX. Garibaldus menſ. III. Pertarithus an. IIXX. Cunibertꝰ an. XII. Luithbertus menſ. VIII. Ragumbertus menſ. III. Aribertus an. XII. Aſprandus menſ. III. Luitphrandus an. XXV. menſ. VII. Hildebrandus ſtatim rejectus. Rachis an. V. menſ VI. Aciſtulphus an. VII. Deſiderius ultimus Rex an. XVIII. victus captúsq; & in exiliũ miſſus Leodiũ an. Chr. 774. à. Car. Magno. Sic Lon- C gobardorũ in Italia regnũ factũ eſt Francorũ poſtquã 206. annis duraviſſet ſub 23. regibus, qui tandẽ omnẽ Italiam præter urbẽ Romã ditionis ſuæ fecerant. Nã & Exarchatus Ravennæ 569. Chr. anno ab Imperatore Conſtantinopol. inſtitutꝰ Ravẽna capta deſiit an. Chr. 75[illegible]. Nunc reges Francorũ qui ante Carolũ Magnũ in Galliis & apud Treveros rerũ potiti ſunt ex ordine referẽtur. Hyldericũ prius
An. C. oſtẽſũ eſt primó omniũ Francorum in Gallia regnũ fundaſſe, propemodũ eodẽ
476. tẽpore quo Gothorũ rex primus Odoacer poſtremum occidentis Imperatorẽ Auguſtulũ ſeſe coëgit abdicare, nimirũ 476. ann. à. Nat. Chr. Proavus Hylderici ſeu ut aliis vocatur, Childerici, (quod parũ refert, nec enĩ operæpretiũ eſt appellationũ diverſitatibus immorari.) Pharamundus fuit, qui cũ Ducib. antea fuiſſent uſi Franci, primus eorũ rex ſed in Frãconia quæ nunc Franckenland/ creatus eſt an. Chr. circiter 419. ſucceſſoresq; nactus filiũ Clodiũ Crinitũ, deinde nepotẽ D ex illo Merovæum, cuius filiusHyldericus Frãcorũ rex quartus in Germania, ſed
484. in Galliis Franckenreich/ primus. Regnare is cœpit defuncto jã patre, Chr. an. 458
514. Mortuus eſt an. Chr. 484. ſuccedẽte filio Clodovæo ſeu Ludovvicho per annos 30. nã an. 514. obiit. Parẽ ferre non valens inquit Aven. lib. 2. Annal. Bojo. fraude oẽs ſuperiores reges Francorũ (erant ii duodecim, patri Hylderico prius arbitrio gentis additi ut dictũ eſt) ſuſtulit, opes eorũ occupavit, Sueſſionũm quoq; vrbẽ cepit, Eſtagniũ Ducẽ Romanũ in Aquitaniã pulsũ & redditũ occidit, Romanos omnino Galliis exturbavit, Luteciã Pariſiorũ regiã cõſtituit &c. Filii deinde Clodovæi regnũ inter ſe diviſerunt: Pariſiorũ rex Childebertꝰ, Sueſſionũ Lutharius, Aurelianenſium Clodomirus, Mediomatricum Theodericus factus. Et Theo-
536. dericus Aquitaniã, Turones, Rhemos, Belgicã primã & Germanias tenuit. Huic
550. anno 2[illegible]. regni mortuo, filius ſucceſſit Theodobertꝰ annis 14. ei itẽ filius Theodo-
559. valda annis 9. Tandẽ vero Lutharius Clodovęi filius an. Chri. 559. fratribus atq; nepotibus ſuis omnibus, ſuperſtes ſolus factus eſt Francorũ rex, & mãſit annis V.

Digitized by Google

A Mortem obiit an. Chri. 564. Rurſus illius filii regnum inter ſe partiti ſunt: Cheri- An. C.
berto Pariſiorum, Chilperico Sueſſionū, Guntramo Aurelianenſium, Sigeberto 564.
Mediomatricū regnum ceſſit. Mediomatrici quod & Rhemenſe, portio inquit
Avent. Annal. Boio. lib. 3. Aquitania, Turones, Germaniæ, Gallia Belgica prima
fuerunt. Auſtriā vocari reperio, ſicuti alia regna Veſtriam. Hoc occidentale, il-
lud orietale valet lingua Germanica &c. Verum Celtici ſcriptores ignari linguæ
Franciçæ Neuſtriā atq; Auſtraſiā corruptè uti ſit nuncupant. Hæc ille. Sigebertus 578.
regnavit annis XIV. Occiſus filium reliquit Hyldebertum impuberē, qui mox in
civitate Mediomatricum rex ſalutatus eſt, deinde an. Chri. 598. cum uxore periit. 598.
Eius filii cum avia paterna Brunylda paterno avitoq; regno potiti ſunt. Theo-
dericus Aurelianos, Burgundiones, Eliſatium, poſſedit: cætera Theodebertus,
B atq; ſic Belgicam primā & Treveros. Hic poſtea victus à fratre Theoderico aviæ
Brunyldæ inſtinctu, ab ipſa necatus eſt. Theodericus in ingreſſu urbis Medio-
matricum fulmine periit. cuius filium nothum Sigebertum cùm Brunylda regē
appellaſſet, unà cum ipſo occiſa eſt à rege, Luthario II. Chilperici filio, qui reg-
num Sueſſionum anno Chr. 564. ac deinde Cheribetto fratre mortuo regnum
etiam Pariſiorum anno Chri. 573. nactus, in utroque moriens anno Chri. 587.
ſucceſſorem hunc habuit filium Lutharium II. Is itaque ſolus de Germano re-
gum Francorum ſanguine ſuperſtes univerſo regno ſolus potitus eſt. Et XIII. 600.
deinceps annis eum regnaſſe ſcribit Trittenhem. de orig. Franc. mox addens &
hæc, quæ verbis eiuſdem auctoris referre placet. Lotharius jam quatuor regno-
rum monarcha factus, commendavit provincias Comitibus: Palatii namq; ſui ,,
Præfectum conſtituit Garnerium virum nobilem de antiqua proſapia regum ,,
C Francorum, unde Majores domus, ſive Comites Palatini ſunt dicti in eodē offi- ,,
cio poſtea ſuccedentes: Burgundiam verò cōmiſit cuidam Harponi Comiti &c. ,,
Radoni autem nobiliſsimo Comiti Francorum Auſtraſiam commendavit, hoc
eſt Metim, Leodium, Coloniā, Treverim & quicquid illis interiacet: Moguntiā,
VVormatiam, Spiram & omnem Vueſtraſiam unà cum adiacentibus regioni-
bus cōmendavit Clodomiro qui Dux erat Francorū orientalium apud Vuirtz-
burg &c. Inferiorem autem Franciam ſive Galliam Aquilonarem Pipino com-
mendavit: Alſatiam &c. & Helvetios Sigeberto &c. Sed ut iſta ſibi conſtent
in omnibus, de hoc auctores probati pares ſunt, Lutharium è vivis exceſſiſſe an- 631.
no Chri. 631. relictis duobus filiis Heriberto atq; Dagoberto: quorum prior ter- 634.
tio anno pòſt obiit, fratre Dagoberto ſolo inde regnāte, qui Magnus à quibuſdā
cognominatus. Initio familiaritate atq; conſiliis uſus D. Arnulphi Mediomatri-
cum epiſcopi & D. Chuniberti Agrippinenſiū archiep. nec nō Pipini viri pruden-
D tiſſimi, Ducis Brabantiæ Præfectiq; prætorio, principē optimū egit: poſtea ſpreto
illorum conſilio præceps in vitia lapſus eſt. Morienti illi anno Chr. 645. filii ſuc- 645.
ceſſere duo, Sigebert' utramq; Galliā Belgicam & Germanias, cætera verſus oc-
cidentē Ludovicus cum matre Mathylda poſſedit. Sigebertus inde de vita deceſ-
ſit relicto filio Dagoberto, quem Grimoldus aulæ præfectus Pipini filius regnum
affectans, more ſacerdotum tōderi atq; ſacris initiari juſſit, in monaſterium rele-
gavit. Itaq; patruus eius Ludovicus Auſtriam Germaniamq; poſtea recepit. Vnà
cū Dagaberto maieſtas Imperii Francorū collabi cœpit. Præfecti prætorio quos ,,
Germani Maroſalicos, id eſt Majores domus & aulę, & duces Francorū nuncu- ,,
pant, inquit Avent. lib. 2. Annal. Boio rempub. trahere, rapere, lacerare atq; omnē
potētiā in ſe trāsferre, omnia munia imperii obire cœperunt. Reges otio torpeſ-
cere, inanē nomē regis ferre, ſe abdebere à cōſpectu vulgi ſalutantiumq; tanquā
ſacra, voluptati operā dare, omnem ætatem ſilentio & venationibus tranſigere,

Digitized by Google

neminem admittere, neminem audire, nihil cognoſcere conſueverunt. Omne negotium domi foriſq; in aulæ Præfectos relegare fas regiumq; ducebatur. Pollui regem conſpectu ſupplicis perſuaſum erat. Pertulere centum fermè annos huiuſmodi ignaviam ſocordiamq; principum, Galliæ Germaniæq; populi. Sed ad regum ordinem regrediendum eſt. A

An.C. Ludovicus *II.* ſeu Clodovæus rex Dagoberti filius anno Chri. 662. deceſſit.
662. Filios reliquit tres, Lutharium, Hyldericum, & Theodoricum impuberem. Hyldericus Germanias, Gallias cis Sequanam orientem verſus quæ eſt Auſtria, cætera quæ occidentem ſolem ſpectant Veſtriam nimirũ Lutharius poſſedit, & tertio regni anno vel ut alii, poſt quartum obiit. In eius locũ Theodoricus frater ab Eberovino Pręfecto prætorii ſuffectus, ſed póſt à Veſtriacis cum ipſo Pręfecto rebus amotus & in monaſterium detruſus eſt: Hyldericus ex Auſtria & Germania B
in regnum quoque Veſtriæ ſimul accitus: ſed dum venationi & rebus leviuſculis neglecta repub. deditus, pleraq; temerè atq; inconſultè agit, & cùm tot gentib. lingua, moribus, inſtitutis inter ſe differentibus imperaret, nulli ſuam legem „ ſervat, magiſtratus pro libidine promiſcuè regionibus præficit inter venandum „ cũ liberis & vxore gravida trucidatur. Theodericus frater eius antea repulſam
679. paſſus regno reſtituitur. Ea contigere circa Chri. annum 679. Theoderico iterũ regnante, cùm Eberovinus monaſterio lapſus antiquum Pręfecturę locũ in aula Theoderici reſumpſiſſet, in adverſarios crudeliter & tyrannicè graſſaretur, proceres quoq; nonnulli de Præfectura cum ipſo graviter contenderent, inter eas turbas Germani Pipino filio Angiſi curam & poteſtatem regni ne quid reſpublica detrimẽti caperet mandarunt. Is itaque cum Germanis & auſtriacis optimatibus exercitu contra Veſtriacos, Eberovinũ ac reliquos ob aulæ Præfectu- C
ram decertantes & contra regem ipſum Theodericũ comparato, rem fœliciter geſſit, victor evaſit, Eberovinus & alii cæſi ſunt, Theodericus rex captus: quẽ tamen Pipinus pace confirmata rurſus dimiſit, & aulæ Præfectum de ſuis conſtituit Nodobertum. Deinde ſubactis debellatiſq; cæteris, qui cum rege Theoderico
693. ſenſerant, cùm is anno à Nativ. Chri. 693. de vita deceſſit, tribus filiis relictis, Ludovico, Hyldeberto & Luthario, Ludovicum ex iis Pipinus regem ſtatuit, eiq; poſt quartum regni annum vita functo fratrem Hyldebertum ſuffecit an-
697. no Chri. 697. Hyldebertus obiit ann. Chri. 708. tumque filius eius Dagobertus
708. *II* à Pipino rex dictus, frater eius Daniel ſacris initiatus eſt. Deinde Chri. anno
714. 714. Pipinus, & mox anno ſequente Dagobertus rex cum obiiſſent, Galli Lugdunenſes ſeu Celtę Theodovaldũ Pipini nepotẽ aulę regię Pręfectura depulere Reginofrido quodam in eius locũ creato: Regem etiam conſtituerunt Danielem ſacerdotem, Dagoberti fratrem, mutatoq; nomine vocarunt Hylpericum, ann. D
715. Chri. ferè 715. Circa hæc cùm proceres Auſtriæ Germaniæq; Carolum Pipini filiũ (Martellũ & Tuditẽ & fortẽ poſtea cognominatũ) ad regnũ invitarẽt, ipſe Principatũ Ducatumq; Francorum & Præfecturã aulæ ſeu prætorii ſumpſit, cæterum regale nomen recuſavit. Hylpericum regem cum Reginofrido præfecto copiis contractis memorabili pugna Vinciacenſe vicit & fugere coëgit an. Chri. 718. ſi-
718. mulq; Lutharium Hylperici patruum, Theoderici nempe regis filium ferre regium nomen iuſſit. Hyldericus rex & præfectus Reginofridus qui effugerant, bello inſtaurato rurſum victi ſunt: quos Carolus cum Auſtriacis, Belgis atque Germanis perſequens in poteſtatẽ ſuam redegit, totaq; Gallia Celtica ſeu Lugdunenſi potitus eſt. Inter hæc, nimirum anno Chri. 719. Lutharius rex obiit, annoq; ſequente ſimul Hyldericus. Tum Franci & Carolus Theodoricũ 4. Dagoberti filium ſalutavere regem. Is, inquit Trittenhemius de orig. Franc. metu hoſ-

tium

A tium in quodā cœnobio monialium ut ferunt, educat', poſt mortē duorū interregū Lutharii & Danielis ad regnū venit. Quanquā verò id circa Chr. annū 725. accidiſſe ſignificet, in hoc tamen uti & in annis aliorū regum annotandis haud prorſus conſentire videtur cum melioribus chronographis. Eorū etiam nonnulli Theodericum hunc Calā cognominant. Obiiſſe ſatis inter plurimos convenit An. C.
an. Chri. 741. quo mortuus quoq; Carolus Martellus. Succeſſit Theoderico regi 741.
filius Hyldericus: Avētino tamen frater dicitur. Is an. Chr. 751. vel proximo pòſt, 751.
ſimul cū uxore Giſala regina regno depoſitus, in monaſteriū rejectus eſt. Pipin' Caroli Martelli filius rex appellatus: qui deinde regni an. IIXX. Chr. 768. cum de 768.
vita deceſſiſſet, filius Carolus qui poſtea magnus dictus, cū frate Carolomanno ſimul regnare cœpit: fratre verò pòſt annū tertiū defuncto, ſolus inde rerū poti'
B eſt uſq; ad annū à Nat. Chr. 814. quē vitæ poſtremū habuit. Pater eius Pipinus ante adeptū nomē regium, Dux Francorū & Præfectus prætorio ſeu Major domus 814.
fuit nimirum poſt obitū patris ſui Caroli Martelli, quē an. Chr. 741. deceſſiſſe jā dictū eſt. Fratres Pipini fuerunt Carolomānus major natu, & Grypho minor. Et initio quidē ad Carolomannū quòd eſſet natu maximus, regni negotia referebātur, penes illū poteſtas omnis erat, donec haud diu pòſt de voluntate atq; decreto regni procerū, Hylderici verò regis inutilis conſenſu haud requiſito ut ſcribit Tritteh. de orig. Franc. totius regni provincias inter ſe diviſerunt Carolomānus & Pipinus, Gryphone puero excluſo. Qua diviſione (verba ipſa Trittēhemii ſunt hæc) Carolomānus Auſtraſiā, Alemaniam & Turingiā aſſecutus eſt ſorte, quarum provinciarum per pagos & urbes iſta ſunt nomina. Treveris cum Moſellanis, Metis cum Auſtraſiis, Leodium cum Namurcis, Brabātinis, Hollandinis inter mare & Rhenum, Colonia cum Tungrenſibus, Batavis, Menapiis, Phriſiis
C & Hogiis qui nunc ſunt VVeſtphali, Moguntia cum Ciſrhenanis, Vangionibus, Nemetibus, Vveſtraſiis & Cynonotis, Argentina cum Alſatibus, Cōſtantia cum Alemannis, Helvetiis, Rauricis, Curienſibus, & qui hodie nuncupantur Valeſii, Vvirtzburg cum Suevis Franciſq; orientalibus, in quibus ſunt oppida & urbes Nürnberg, Babēberg, Forcheim, Vvinsheim, Hallis & multi Comitatus, Sueinfurt, Rotenburg, Franckenburg, caſtellum Sebalſtein, Vvichersheim, Vvardheim, & alii plures, Bavaria cum urbibus Ratiſbona, Vivario, Driopoli & aliis. Thuringia & Saxonia cum tota penè Germania Carolomanno contigerunt, in quib. ſingulis fermè provinciis aut Duces aut Comites rēpub. ſub poteſtate Frācorum adminiſtrabant, Principum nutu amovibiles. Pipinus autē in ea diviſione aſſecutus eſt Burgundiam, Vveſtriā &c. Diſertè quidem hæc Trittenhemius,
D factamq; partitionem dicit anno Chri. 743. ſed Carolomanno non diu poſt, Romam profecto, monachatumq; ſuſcipiente Pipinum deinceps annis 6. curam regni totius, Præfecturā aulæ, Maioritatem domus ipſe vocat, ſolum geſſiſſe donec rex crearetur. Carolus Martellus pater eius ut dictum eſt, nomen regium cū poſſet adipiſci recuſavit: quamobrem & inter reges Francorum cum corona ſceptroq; regio ſtatuam atq; ſepulcrum habet ad S. Dionyſium juxta Lutetiam Pariſiorum. & Epitaphium illius huiuſmodi ſe repetiſſe ſcribit Richardus Vvaſſenburgius in Antiquit. Gall. Belg. Ecce Brabātinus Dux quartus in orbe triumphat, Malleus in mundo, ſpecialis Chriſticolarum Dux, dominuſq; Ducum, Regum quoque rex fore ſprevit, Non vult regnare, ſed regibus imperat ipſe. Pater eius Pipinus ſenior, Angiſi filius, uxori Pluthrudę ſuperinduxerat alteram Albædam, qua natus Carolus, patre demū mortuo à noverca Pluthruda carceri apud Coloniā Apripp. erat incluſus: è quo cum evaſiſſet an. Chr. 716. procerum Germanorum Belgarumque ſtudiis vectus, regem Hylpericum vicit ut dictum eſt cum

Regino-

Digitized by Google

Reginofrido Præfecto, munuſque ac dignitatē patris Pipini ſibi vendicavit. Per V.XX. annos aut amplius regnum Francorū extinctis paſſim hoſtibus invicta virtute pacavit auxitq;, cùm pridē pater eius Pipinus idem regnum biennio ferè diutius adminiſtraſſet: cuius avunculus fuit Grimoldus ille qui Dagobertum Sigeberti regis Auſtriæ parvulum filium tonderi & in monaſteriū detrudi curavit, uti prædictum. Illius enim Grimoldi ſororem Beggam, filiam Pipini primi (is quoq; Maior domus Dagoberti primi regis itemq; Brabātiæ Dux à Lothario Dagoberti patre conſtitutus fuerat) Angiſus, Marchio Antvverpienſis & aulæ Auſtriacæ præfectus in uxorem habuit, unde Pipinus Caroli Martelli pater genitus eſt. Atq; ſic penè à primi Dagoberti regis exceſſu uſque ad Pipinum Martelli filium ex aulæ Præfecto regem factum Francici regni poteſtas, omnis & adminiſtratio penes aulœ Præfectos ſeu Majores domus fuit. Ipſi reges tanquam precario regnabant, ab oculis hominum remoti in otio laſcivia atq; venationibus ætatem tranſigebant. B Semel tantūmodo quotannis carpento boum vecti populo ſe oſtendebant, & ut Imp. Friderico primo Adrianū 4. Pont. Rom. per literas exprobaſſe refert Aventinus, rex Teutonicus miſer erat, qui nihil aliud habebat, quàm quod ei Major domus diſponebat. Eam regū ſortē Trittenhemius quoq; de orig. Franc. commemorat his verbis. Et opes & potentia regni per Præfectos palatij tenebantur. Nec aliud quicquam regi permittebatur, quàm ut regio tantum nomine contentus, crine profuſo barbaq; ſubmiſſa in ſolio reſideret ac ſpeciem dominantis effingeret, legatos undecunq; venientes audiret, eiſq; abituris reſponſa quæ doctus erat vel juſſus, quaſi ex ſua poteſtate redderet, tum præter inutile regis nomen precarium vitæ ſtipendiū quod ei Præfectus aulæ pro ſuo arbitrio adhibebat, nihil aliud poſſideret. Vnam tantùm & eam perparvam redditus villam famuloſq; paucos exinde neceſſaria ſibi adminiſtrantes habebat, fuitque neceſſariò paucis contentus. C Quocunque eundum foret, carpento ibat, quod iunctis bobus & bubulco, more ruſtico agente trahebatur. Sic ad palatiū ſic ad publicum conventū qui ad Cal. Maij annuatim celebrabatur, ire ſolebat, & corā tota gente in ſolio reſidens omnes ſalutabat: reſalutatus ab iiſdem, ſic domum ut venerat reverſus, otioſus domi uſq; ad ſequentē annū reſidebat. Regni adminiſtrationē & omnia quæ vel domi vel foris agenda vel diſponenda erant, Præfectus aulæ qui & Maior domus, procurabat. Huius itaq; regum inertiæ cū ſub Hylderico ultimo paſſim etiam tum externis hoſtibus regnum tentantibus Francos tædere cœpiſſet. Pipino autem aulæ Præfecto ob eximias virtutes regiū nomen deſtinaretur, is eius rei cauſa legatos ad Zachariam Pontif. Romanum miſit percunctatum, faſne eſſet & liceret Francis Germaniſq; rege ſocorde ac inutile repudiato, creare ſibi alium qui pace belloq; populū gubernare, conjuges, D liberos, parentes, omnium denique vitam & fortunas tutari ac defendere valeret. Id Pontifex per exempla ſcriptaq; ſacræ hiſtoriæ licere reſpondit, ſimulq; D. Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo commiſſis illi hac in re partibus ſuis per literas aperuit: quæ cùm in conventu procerum Maguntiaci redditæ, reverſiq; Roma legati auditi fuiſſent, ſic ad Auguſtam Sueſſionum indicto concilio, ibi regium nomen Hylderico abrogatum, Pipino tributū eſt: quem mox deductū in templum D. Bonifacius ritu ſolenni inunxit: eaq; propter Maguntinus Archiep. deligendi Imp. Germani quē Regē Romanum vocant, primas hactenus tenere creditur. Ita primus atque itē ultimus in Galliis Francorū rex de ſanguine Merovæi, qui à Pharamundo tertius in Germania tantūmodo Francorum rex fuit. Hylderici nomen habuit. Regnum Francorū in Galliis Merovingi (ſic Merovæi ſtirpem vulgò vocant hiſtorici) CCLXXV. propemodum, annis ac deinceps Carolingi, quod Caroli Martelli ſeu Magni genus eſt, tenuerunt.

Digitized by Google

A
PARS SEPTIMA.

[illegible] ex ſuperioribus animadvertere licet tū [illegible] quaſdam, tum formas imperii, quæ ſub regno Francorum in Galliis uſq; ad Carolum Magnum fuere. Sed inteſtinæ illæ calamitates pugnis plerunq; ac cædibus potentum [illegible] ſunt, regionū urbiumve deſolationes aut excidia memorabilia non habuerunt.
B [illegible] bella cum Alemannis, Suevis, Boys, Burgund[illegible], Toringis, Friſiis, Longobardis, Sclavinis, [illegible] ſubactis interim quoq; geſta: cæterum nihil [illegible] habent ad ſtatū vetere Galliæ Belgicæ præ[illegible] demonſtrandū. Tolbiacenſem pugnā [illegible]eſt. Alemanni (Suevi & Boii erat) qui [illegible] Gallias Romanasq; provincias præſertim propinquitate [illegible] incurſare atq; etiam poſſidere cœperant, cum [illegible] regnum item in Galliis condentibus graviſſime [illegible] ſuperatis tanta tamen contendendi fe-
C rocia, [illegible] animaſſerant ut in medios regni Francorum fines ad Tolbiacum [illegible]q; Germaniæ ſecundæ vicum haud procul Agrippinenſe Colonia [illegible] cum maximis copiis procedere auderent. Ea re Franci conſternati unaq; rex eorū Clodovæus ſeu Ludovicus [illegible] primi filius, iam inter pugnam afflictis cedētibusq; ſuis [illegible] Chriſtum, relictoq; gentiliſſimo Chriſtianam pietatem [illegible] ſe vovisse traditur, ſi vinceret. Inde ſtatim converſa belli ſors Franci animos reſumere, inſtare, Alemanni cedere ac vinci cœperunt. Ingente hoſtium edita ſtrage reliquias tam acriter perſecutus eſt Clodovæus, ut non ſolum cis Rhenū, verum-
D etiam flumine tranſmiſſo nationem innumerabilem partim ferro, partim [illegible] ſubiugaret, ut ſcripſit Theodericus Amalus in Italia Gothorum rex in epiſtola ad ipſum Ludovicū regem Francorum, quam Caſſiodorus in variis habet, atq; inde Rhenanus numerat initio lib. 2. rerum Germanicarum. Pugnam hanc Tolbiacenſem Aventinus anno Chri. 49[illegible] factam prodit: quanquam [illegible] Chronic [illegible] regem [illegible] annis XV. in gentili[illegible] totidem in Chriſtianiſmo regnaſſe tradant: qua ratione ſi modo Chriſtianiſmum mox a pugna ſuſcepit, annus pugnæ fuerit 499. [illegible] Trittenhemius de orig. Fran. [illegible] cum

per

perhibet. Enimvero de hoc laborare non est operæpretium: ſtatus
imperii Galliarum ſub Francis uſq; ad Caroli Magni exceſſum
videatur.

Primum omnium conſtat rerum ſummã tenuiſſe reges, ac iis
,, *degenerantibus, interdum præfectos prætorio, qui Majores domus*
vocabantur. Initio XII. reguli Hylderico primo regi attributi per
civitates adminiſtrabant regnum: quibus à Ludovicho rege ſe-
cundo tandem ſublatis, ille deinceps provincias civitateſq; Duci-
bus atq; Comitibus mandavit. Duces quorum munus ad expe-
ditiones & rem militarem maxime pertinuit, nam Duces [illegible]
dicebantur, primo dignitatis loco poſt regem erant: ſub [illegible]
Comites. Unicuiq; fere civitati Comes præſidebat: is [illegible]
& Iudex fiſcalis appellabatur. Singuli Comitatus in Cen[illegible]
rant diviſi, quibus qui præerant magiſtratus, Centen[illegible]
bantur. Eos ſub ſe Comes habebat, uti & Vicarios & [illegible]
Qui in conſilium adhibebantur, Ratzenburgii dicti. [illegible]
quædam Romanis legibus, ipſi Franci in unum verſum [illegible]
bãtur. Ex nobilioribus familiis ſi eſſent idonei, Duces, Comites fie-
bant, nobileſq; ac liberi & regia beneficia tenebant, & [illegible] C
proprii juris erant. Præter hos omnia redundabant ſervis præ-
ſertim poſt Tolbiacenſem pugnam, qua multitudo Alemannorũ
maxima ſervitio ſubacta. Sed & plurimis admiſſis pœna erat
conſtituta ſervitus. Hi ſervi fiſcales & ſimpliciter fiſcalini voca-
bantur, quod res & corpus eorum fiſco regis ceſſiſſet, quare regii
quoq; ſervi dicti. Præterea ſervi erant eccleſiaſtici, quos ipſe Rex
aut Dux aut Comes monaſterio donaſſet. Quidam inſuper [illegible]
lo recenti Chriſtianiſmo res ſuas eccleſiis donabant, & [illegible] a-
gros domoſue recipiebant ad vitæ ſuæ tempus, nec filius aut hæres
ſic donata repetere poterat, hi eccleſiaſtici Coloni dicebantur. E- D
rant & regii Coloni, atq; alii libertorũ ſpecie tabularii ſive char-
tularii ad jus eccleſiæ pertinentes. Quin & ipſi nobiles atq; cives
habebant mancipia. Res eccleſiarum in beneficium ex liberalitate
regia poſſidebant nobiles, etiam dominicas decimas, quæ ad ſacel-
la regia pertinebant, diverſas à parochianis, tametſi vehementer
reclamarent Epiſcopi. Copioſe hæc Beatus Rhenanus explicat di-
ligentiſſimus ſcrutator antiquitatis. lib. 2. rerum Germ. à prin-
cipio, confirmantur inſuper hiſtoriis, diplomatibus ac inſtrumen-
tis veteribus, deniq; non vocabulorum modo, ſed rerum etiam
præſentium argumentis quæ de priſco Francorum regno adhuc ſu-
ſer

A *perſunt, præſertim apud Belgas, Ipſi enī Saxones & Alemāni ex quibus poſteriores Reges Imperatoresq; profecti, pridē etiā Francorū legibus & inſtitutis imbuti fuerant, priuſquā Carolingorum progenies deficeret imperiumq; transferretur à Francis: proinde nihil propemodum mutaverunt. Igitur à Francis manent Duces, Comites, Centenarii, Vicarii, Scabini, Ratzenburgii, Ducatus, Comitatus, Centenæ, ac alia præfecturarum, magiſtratuum munerumq; nomina cum rebus ipſis adhuc in uſu, nominatim apud Treveros. Et Duces quidem Comitesq; niſi bellorum vel qua a-* Hergog. Grave. Cender. Schultheis. Schöffen. Rathsherr. Hergogthum Gravenſchafft. Cendterl.

B *lia certa de cauſa commorare neceſſe eſſet in ipſis provinciis, vel civitatibus, aulam Regis colebant, regia familia conſebantur, regibus à conſiliis cæteriſq; regni negotiis erant. In Comitatibus Scabini jus dicebant,* Schöpff *enim vetus Francica vox generaliter judicem ſignificat: quorum quoq; tribunal pro territorii vel diſtrictus amplitudine certum numerum habebat. Liberæ conditionis,* Schöpffenbarfreien *& ex ſenioribus moriſq; patrii maximè gnaris legebantur. Prædia regia ſeu fiſci certo modo pro ſtipendiis tenebant. Ipſi in locum deficientium recentes in ſuum collegium legebant, quos Sculterus vicario nomine Comitis banno confir-*

C *mabat. Ipſe Sculterus horum tanquam præſes erat, & in litibus aliiſq; forenſibus negotiis vicem Comitis implebat: Centenarii munera reliqua paſſim expediebant, niſi ſi quæ civitates ſuis legibus olim relictæ ſuas curias, ſuas prærogativas ſervabant, quales in Galliis pleraq; fuerunt, nimirū quæ non prorſus hoſtili vi devictæ, ſed à Francis ſolicitatæ deſperata re Romana non tam in ditionem Francorum quàm amicitiam atq; ſocietatem ſponte ſeſe permiſerant, uti de Treverorum Auguſta licet æſtimare.*

Is quidem & ante Caroli Magni obitum ſtatus per Gallias

D *præſertim Belgicas & apud Treveros fuit. Sed nec parum ad imperii Francici formam eorum temporum deliniandam conferet ipſius Caroli Magni res geſtas & inſtituta pleraq; ſubindicare. Qua in re cùm meritò graviſſimus & fideliſſimus auctor habeatur Aventinus, breviter ex eius Annal. Boio. lib. 4. teſtimonia ſumētur. Carolus, inquit, regno Francorum quod à patre accepit, tantundem & longè plura addidit. Francorum Germanorumq; majeſtas ſub eo in ſummo ſtetit. Salā, Ligerim, Anaſſum amnes, Alpes maritimas, litoreas, Cottias, Iulias, Rhetias, Graias, Peninas, Noricas, extrema imperii Francorum media fecit. Antea ſub ditione Franca erant Celtæ, Narbonenſis Gallia, Belgæ, Ger-*

maniæ quæ ſunt in Gallia Celtica & Belgica, Suevi, Boij, Franci, A
Turogi, Friſii, Bathavi. Subegit invictus Carolus vi Franciam atq; in Germaniam tranſtulit. Hinc Aquitaniam, Longodocos, Vaſconas, tractum omnem Pyrenei montis, Navarros, citeriorē Hiſpaniam uſq; ad flumen Iberum: illinc Italiam, regnum Longobardorum cum terrarum Dea gentiumq; Roma, Hiſtros, Carnos, Liburniam, Venedorum Marchiam, Dalmatiam, Sclavoniam, Noricum inferius, Pannonias, Hunniam, Avariam, Daciam, Saxoniam, Venedorum atq; Sclavorum nationes ferociſſimas & valentiſſimas, Sorabes, Mœſos, Boiemos, Zechos, Moravos, Luſatios, Sileſios, Bolios, Abroditas, Mechelburgenſes, Vilizos, Velatabos, Hammelburgenſes, Brandenburgenſes, Pomeranos, Boruſcos. Atq; hæ gentes nunc intima Germaniæ Magnæ à Sala & Albi atq; ſinu Codano usq; Viſtulam, Danubium incolunt, opulentiſſima ibi regna poſſident quæ loca quōdam Suevi tenuere: imperio Francorum iſthac omnia Magnus adjecit &c. Hæc ille. B
Deſiderium porro Longobardorum regem Ramanos graviter infeſtantem & Italiæ totius imperium affectantem Carolus cum à Pontif. Max. ipſisq; Romanis pro auxilio appellatus tandem viciſſet, Romam ingreſſus ab Imperatore, Pontifice, Senatu populoq; Rom. Conſul, Tribunus, Dictator perpetuus Patriciusq; nūcupatuus eſt anno Chriſti 774. inde ſeſe Regem Francorum & Longobardorum ac Patritium Roman. appellavit in diplomatis. C
Exemplum exhibet Aventinus tale: Carolus Dei Gratia Rex Francorum & Longobardorum ac Patritius Romanorum: ſequitur narratio: tùm, Datum 8. Cal. Martii, regnorum noſtrorum anno XXVI. & XX. (qui eſt annus Chri. 794.) Demum Irene Auguſta imperium Conſtantinopolis tenente, Romanis etiam cum Pontifice ſuo Leone 3. ac ipſis inter ſeſe graviter diſſidentibus, Pontifex cum ducentis amplius ſenatoribus ad Carolum acceſſit in Saxoniam uſq;, rogatum ut ipſe Romam turbidis afflictiſq; rebus componendis reverteretur, præſens auctoritate ſua ſtatum reipubl. firmaret: nullum præſidium in fœmina, Romanum Imperium capite orbum eſſe. Quod cùm benigne recepiſſet Carolus, ac dein pacata Germania Romam perveniſſet an. Chri. 800. 8. Cal. Decembr. ingrediens infinitis honoribus à Pontifice, Senatu, ſacerdotibus populoq; ſuſceptus eſt. Poſt ſeptimum diem advocata concione cauſis adventus ſui expoſitis, concilio in æde D. Petri congregato licere apud ſe jure, nec placere armis agere de controverſiis D

Digitized by Google

A troverſiis edixit. Pontifex omnium primò apparuit cum adverſariis de criminibus objectis legitimè diſceptaturus: & cùm nemo prodiret accuſator, ſeſe coram Carolo publicè jurejurando ſolenni purgavit. Eadem die Zacharias domeſticus ſacerdos Caroli & duo monachi legati Pontificis Hieroſolymitani Romam ad Carolum venere, claves & haſtam ſigna urbis monumentorum Chriſti attulere: honoris & boni ominis cauſa miſſa ipſi omnia pateſcere ſubdiq; cuncta ſignificabant. Incubabat imperio Romano fœmina ut dictum eſt.. Per 300. amplius annos Imperatores B omnes neglecta Roma apud Græcos Conſtantinopolis conſederant, Occidentis Principes titulo tenus vocabantur, quo ferè Carolus benè de republica Rom. religioneq; meritus potiebatur. Hiſce cauſis permoti Pontifex, Senatus populusq; Rom. & jam offerendum ultrò rati quod forſitan omiſſuri erant (verba ſunt Aventini) imperium transferre jure ſuo in Germanos Carolumq; tacito ſenatuſconſulto plebiſcitoq; decernunt. Cùm igitur 8. Cal. Ianuarij auguſtiſſimo Chriſtianorum feſto Carolus in templo D. Petri ad aram quò ſe ſupplicandi gratia inclinarat, conſiſteret, eius capiti dum nihil minus ſperaret, Pontifex Max. diadema Cæſareũ C impoſuit, cuncto populo Rom. acclamante, Carolo Auguſto à Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria. Poſt hæc ab eodem Pontifice ut cæteri veterum principum, more majorum adoratus eſt, ſubſequentibus aliis: ſtatua illi ante aram D. Petri collocata, prætereuntes capite adaperto genua ſubmittebant. Ita Carolus abdicato Patricij nomine Imperator Rom. & Auguſtus appellatus eſt. Roma manſit hyeme tota, ſimul & æſtatis parte. Et hæc Aventinus ſed diſertiſſimè refert: addit etiam exemplum vetuſti inſtrumenti tale: In nomine Patris D & Filij & Spiritus ſancti. Karolus Sereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus, Magnus, Pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperinm: qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum &c. In fine: Datum VI. Cal Decemb. anno Chriſto propitio Imperii XII. Regni in Francia XLIV. in Italia XXXVII. Actum Aquiſgrani Palatio Regio. Præterea tradit tandem inter Carolum Magnum & Nicephorum Imperatorem Conſtantinopolis fœdus, pacem ac diviſionem imperii factam apud Saliſburgum quò Græca legatio venerat, decretumq; ut Carolus eiusq; ſucceſſores perpetuò inde dicerentur & eſſent Romani, Latini & occidentales Imperatorores , Nicephorus verò cum

Digitized by Google

poſteris Conſtantinopolitanus, Græcorum & orientis. Fines regionesq́ ditionis utriuſq́ deſignatæ, tabulis inſcripta conventio, Leo Pontifex Rom. ſubſignavit. Carolus quoq́ Pannonias, Daciam, Hiſtriam, Liburniam, Dalmatiam quas tenebat præter paucas urbes maritimas, ob amicitiam Nicephoro reddidit. Commemorat hæc Aventinus diſertè, uti etiam maximos deinde Caroli honores ultrò illi delatos ab externis Regibus, Imperatoribus, Pontificibus civibusq́ Romanis, ambitas eius amicitias & fœdera, diſciplinam militarem exactam, ac dinde ſubiicit. A

Militiam ſacramentumq́ detrectantes prædiis, villis, agris, B
„ donis militaribus privavit, ea in alios contulit: Cenſum, Chuni-
„ goſteuram & Vanolehen vocant, quinq́ denorios modius frumenti quotannis penſitat. Is qui militiam detrectabat morbo aut ſenectute, æs illud mulctitium militareq́ pendebat. Nam munia bellica cenſumq́ quàm accuratiſſime exegit, quem Germanicus vocabulis Heriſchuldam, ipſe & Heribannum ab exercicu, vul-
„ gus Raiſogeltum ab expeditione nuncupat. Et ut ſalubrem magis quàm ambitioſum principem ſcires, ne templis quidem munia bellica, æs militare utpote nervos ſine quibus reſpub. nequaquam ſalva eſſe poſſit, condonavit. Ea tempeſtate ſacerdotes paucis victu, veſtitu levi, parabili ac parco ad naturæ deſideria implenda contenti fuerunt, decimis victitarunt, de quibus nemini quicquā contribuerunt. Magnus non ſolum prædia ſtipendiaria, agros, prata, vineas, villas, molas, laterarias, calcarias & huiuſmodi redditus vectigaliaq́, item jumenta, pecudes, mancipia, verum & propriam ſupellectilem præfectorum, præſidum, pontificum, fœminarum ſacratarum & virorum deſcriptam habuit. Juxta multitudinem jugerum, agrorum, opum, certus numerus militū, auri, argenti, jumentorum, boum, pecudum, vehiculorum, annonæ, veſtimentorum, armorum &c. item ferramentorum &c. indictus & definitus eſt. Deinde commemorato rerum præſentium ſtatu longè diverſiſſimo, pergit. Carolus vetuſtiſſimæ Francorum C D
„ legi Salicæ capita quædam addidit: quaſdam ex integro ſanxit, ut de moneta, menſura, ponderibus, quæ per totum Romanum imperium ad æqualitatem redegit. Item Galliam in quinos conventus diviſit, Viennenſem, Lugdunenſem, Senonenſem, Rhotomagenſem, Rhemēſem. His cætera oppida contributa. Unumquodq́ jus in finitimo ſibi conventu petere juſſum. Apud Germanos quos Cæſar vocat Ciſrhenanos, qui in Gallia Belgica Celticaq́ habitant,

A tant, juridici conventus inſtituti ſunt Veſontinus, Moguntinus, Treverenſis, Agrippinenſis, Cameracenſis. Sanxit Magnus ut in primaria cuiuſq; regionis urbe quam Metropolim Græca voce dicunt, Pontifex & prætor ter quotannis Aprili, Octobri, Ianuario jus dicerent, reſponſa redderent: & primùm pauperes, viduas, pupillos dato his prudentiſſimo patrono diligentiſſimè audirent, inimicos reconciliarent: Vetuit inſuper ne illi lites in diem different, neve calumniis locum facerent. Opulentos quidem ac locupletes, Pontifex, Præfectos, ſi qui in concordiam redire nollent, ad ſe haud
B aliò delegarent: (legis ipſa verba quæ Aventinus interpretatur hæc ſunt, Qui faidā deſerere noluerit, ad regem mittitor.) Sumptuarium decretum huiuſcemodi juri dicundo intentis promulgavit: quotidie Pontifici quadraginta panes, gallinaſtras tres, porcellum unum, ova quindecim: de potu modios tres, de avena caballis modios tres. Prætori panes triginta, modios duos, cætera tantundem ſtatuit. Plura deniq; refert Aventinus inſtituta Caroli, cæterùm prolixitas vitanda: hæc quæ breviter commemorata ſunt utcunq; rebus æſtimandis ſufficere poſſunt.

C Ipſa Treverorum Auguſta poſtquam ditionis regum Francorum facta eſt uſq; ad Carolum Magnum non modo extitit, ſed civitatis quoq; nomen ac pretium nec vulgare tenuit. Conſtat id tum ex ſuperioribus, tum documentis pluribus. Dagobertū Magnum regem Francorum habitaſſe aliquando Treveris, indicio ſi libet, erunt Scheckmanni verba lib. 2. cap. 8. dicentis, Modovvaldum epiſcopum Treverenſem palatium Dagoberti regis in urbe quod Horreum dicitur, rogatu Mathildis reginæ conſecrata D. Mariæ Deiparæ virgini eccleſia vertiſſe in cœnobiū ſanctimonialium, quibus Irminam Dagoberti filiam præfecit matrem. Peu-
D tingerus de Germania, Conſilio inquit, Zachariæ Pontif. Max. Pipinus Dux Brabantinus & Auſtraſiorum etiam Germanus Mojorq; domus Franciæ, agebat enim in Palatio Treverenſi, per „ proceres Franciæ rex declaratur &c. Carolum Magnum ſcribit „ Eginhartus magiſter epiſtolarum Caroli in illius vita, triennio antè quàm decederet, teſtamento condito ſubſtantiam ſuam omnem & ſupellectilem eius temporis in tres diviſiſſe partes: carū unam reliquiſſe integram: duas alias æqualiter rurſum ſubdiviſas ad numerum unius & viginti civitatum metropolitanarum regni ſui diſtribuiſſe, ſic ut ſingulæ partes ad ſingulas metropoles per manum hæredum & amicorum ſuorum eleemoſinæ nomine

Digitized by Google

pervenirent, & quilibet Archiepiſcopus partem ſuæ eccleſiæ datã A
cum ſuis ſuffraganeis partiretur eo modo ut pars tertia ſuæ eccleſiæ
cederet, duæ reliquæ partes inter ſuffrageneos dividerentur. Sed &
ex tertia parte poſtea rurſum quadrantem eadem ratione lega-
vit. Inde Metropoliticæ civitates hæ recenſentur. Roma, Ravena,
Mediolanum, Forum Iulii, Gradus, Colonia, Moguntiacum, Iu-
vanum quæ & Saltzburgum, Rotomagus, Treveri, Senones,
Veſontium, Lugdunum, Rhemi, Arelatum, Vienna, Tarentaſia,
Ebrodunum, Burdegala, Turones, Bituriges. Liquet igitur inſig-
nem urbem ſub Francis & Carolo Magno fuiſſe Treverim: nec B
reperiri creditur ullas interim graves ſenſiſſe clades: unde facile
eſt ſtatum & amplitudinem civitatis illorum temporum ani-
madvertere.

PARS OCTAVA.

RELIGIO Chriſtiana ſub Francis initio quidem preſſa jacuit, primis adhuc regibus pagan[i]s. Clodoveum enim alterum regem anno regni ſui XV. Francum Gallus fere XXIV. Chriſti 4 9 tandem baptiſatum ſuprà conſtitit. Et Regis ad exemplum totus componitur orbis, itẽ C
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus. Regem Clodoveum Remigio ſacrorum antiſtite ſacro fonte Rhemis tinctum proceres æmulati ſunt: o. millia militum Chron Colon. proditur una baptiſmum accepiſſe: totaque deinde Francia paulatim inquit Rhenanus, Chriſtiana fieri cœpit. Eventum Tolbiacenſis victoriæ non modo rex, ſed vulgus quoque Chriſto referebat acceptum. Id quanti momenti fuerit aſſumendo Chriſtianiſmo reputare promptum eſt. [I]taque cum ipſis regibus prona effuſaq; plebs ad pietatẽ ſuit, Reges, optimates populus templis, monaſteriis, hoſpitalibus extruendis, ornãdis, locupletandis pariter ſtudebant. Clodoveus ipſe nihil prius habuit Rhenano referente jactanteq; fama, quàm D. Virgini matri apud Argentoratum ædẽ conſtituere. D
Legitur etiam DD. Petro & Paulo apoſtolis templum magnificũ erexiſſe apud Lutetiam Pariſiorum. Dagobertus Magnus Francorum rex Argentoratenſem & Conſtantienſem Epiſcopatum fundavit teſte Rhenano. Idem permagnifica monaſteria tot ædificaſſe largiterque dotaſſe proditur Chronic. Colon. quot ſunt elementa literarum. Sed & aliorum regum pietatem atque
,, munificentiam in eccleſias, cœnobia, xenodochia, longum eſſet perſequi. Carolus Magnus tamen omnes uti rebus cœteris, ita liberalitate vicit, præſertim Hunnico bello cõfecto theſauris Caiani principis potitus, quos ea gens pluribus annis toto pene orbe terrarum direpto ſpoliatoque convexerat. Ingens opum vis fuit. Inde plurimis epiſcopalibus cœnobiis aliisq; monaſteriis divitiæ maxime dilargitæ uti perhibet Rhenanus. Moguntiacenſi templo præter alia prætioſiſ-
,, ſima munera crux Benna contigit, cui erat inſculptus verſiculus, Auri ſexcentas
,, tenet hæc crux aurea libras. MCC. auri marcas pendebat: quam Conradus Epiſcopus

A piſcopus Moguntinus ſuo Chronico cum reliqua donariorũ tẽpli illius multitudine infiniti pretii deſcripſit. Nec ſolũ reges proceresq́; , ſed paſſim recente religionis ardore populares plurima templis offerebant: plerique divites ſoli monaſteria conſtruebant, ipſi ſolitariam vitam amplectebantur. Pipini regis frater ,, maior Carolomannus relictą fratri præfectura regni univerſa, monachus ſponte factus. Nonnulli liberæ conditionis non tam religionis cauſa, quàm ut pericula bellorum & civilium functionũ moleſtias evitarent, ſervi verò quibus omnia redundabãt, tædio ſervitutis ſeſe monaſteriis addicebant: quamobrem lege cavebatur ne hoc inconſulto Principe fieret, illud eatenus liceret ſi pagi juſtis cultoribus non deſtituerentur. In univerſum pietatis vel ſtudio vel æmulatione templa cœnobia, hoſpitalia ſurgebant, prædiis, tributis, theſauris cumu-
B labantur, ſacerdotum monachorumq́; grex & augebatur & diteſcebat. Copia ,, tandem luxum, ambitionẽ, laſciviam, levitatem pariebat: juxta D. Hieronymi ,, dictũ temporalibus aucti, ſpiritualibus diminuti erant. Atq; interim ſocordia re- ,, gum gliſcente vel aliàs turbulentis regni rebus per præfectorũ inter ſe cõtentio- ,, nes aut bella cum exteris gentibus, inde etiã religio, eccleſiæ, ſacerdotes, plebes labẽ contraxerant. Quamobrẽ Carolo Martello rerũ potiente paulo poſt Vinciacenſem pugnam D. Bonifacius primùm eccleſiaſticæ diſciplinæ corrigendæ ſtudio eluxit, de quo memorat Avent. Annal. Boio. lib. 3. his verbis. Ob ignaviam regum & crebra bella licentia ut fit, populum Chriſtianũ in Francia invaſerat. Nihil ſalacius, nihil ſuperbius ſacerdotibus erat, canes & ſcorta alebãt, luxu ,, atque avaritia perditi. Decimas & huiuſmodi donaria intercipiebant contra inſtituta maiorum, nil egenis elargiebantur, eccleſiaſticas opes bona pauperũ
C ſoli abliguriebant. In concionibus non rem Dei Opt. Max. ſed negotiũ ſuum agere ſolebant. Quotidiè liberis operã dabãt, nihilo ſecius ſacrificabãt. Sacroſan- ,, ctam victimã impuris manibus, polluttiſſima conſcientia contaminabant. Ipſi tẽperantiæ, omnibus virtutibus, maximè caſtitati bellum indixerant. Nec faci- ,, lè, nec tutum erat huiuſmodi ulcus tangere atque iſthanc lacunam movere. Divus Vinofridus vir cum eruditus, tum bonus, ubi huiuſcemodi ſacerdotum cupiditatem nequitiamque videt invaluiſſe, Romam pergit, rem omnem ad Gregorium II. Pontif. Max. defert: qui Vinofridum ſanctæ philoſophiæ magiſtrum Germaniæ gentibus deſignat, fidemque hoc diplomate facit. Gregorius ſervus ſervorum Dei Vinofrido religioſo ſacerdoti. Ob pietatem & ſtudium literarum quæ ab ineunte ætate in te ſita eſſe comperio, docendi Francos & à malis falſisq́; ſacerdotibus purgandi provinciam noſtro jure tibi demando. Tu ve-
D rò non fabulas hominum, nec quæſtum tuum, ſed Chriſtum & ſacras utriuſque teſtamenti literas prædicato. Si qua graviora quàm ut à te ritè beneque perfici queant inciderint, ad me deferto. Datum Id. Maii Imperante Domino Piiſſimo Aug. Leone, à Deo coronato, anno tertio Imperii eius, Indictione ſecunda: (fuit is an. Chri. 719.) Poſt alia deinde pergit Avent. in hanc ſententiam. D. Vinofridus iis mandatis ſtrenuè defunctus Romã ad Gregoriũ Pontificem revertitur: ab eo Epiſcopus conſecratur, immutato veteri nomine Bonifacius appellatur, & con- ,, ceptis verbis auctoramẽto exſignato ac in corpore D. Petri impoſito ita fidẽ ſuã aſtringit. In nomine Domini Deiq́; & Servatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperãte Domino Leone à Deo coronato Magno Imperatore anno VII. poſt Cõſulatũ eius. ſed & Conſtãtini, Magni Imperatoris eius filii anno quarto, Indictione ſexta Bonifaci⁹ divino munere epiſcopus tibi beate Petre qui comitũ Chriſti extitiſti primari⁹, Gregorio vices tuas modò gerẽti, omnibus ſucceſſorib. tuis promitto per Patrẽ & Filiũ & Spiritũ & ſanctũ, qui tres unus natura ſimpliciſſim⁹ Deus eſt, per

Digitized by Google

hoc ſacroſanctū corpus tuum ſpondeo germanam Chriſtianæ pietatis veritatē quoad vita & vires ſuppetant ſectabor, concordiam ſervabo, ſacrificiis interdictos devitabo, mendaciorū ſectas, errores peſtiferos contra majorum ſcita Rom. Pontifici renuntiabo. Atq; his ceremoniis ritè perpetratis Gregorius Boniſacio commendatitiā dat epiſtolā ad Carolum (Martellum) Ducem Francorum talē. Domino glorioſo, filio, Carolo Duci Gregorius Pontif. Romanus. Boniſaciū virum bonum & eruditū quem æquitatis & ſapientiæ Chriſtianæ amantiſſimū eſſe compertum habeo, epiſcopū deſignavi, ipſumq; ad docendum varias & diverſas Germaniæ nationes quæ orientalem Rheni ripā accolunt, miſimus. Obteſtamur per Chriſtum terrarum principem regemque regum, cuius regni tu Dux & anteſignanus es, uti pro potentia tua in hoc ſanctiſſimo propoſito Boniſaciū non deſeras: fac opem tuam præſentem (quæ tua pietas ac ſapientia eſt) ſentiat. Pontificibus quoq; majoribus, minoribus, ſacerdotibus, ducibus, præfectis, proceribus, populo Germaniæ, cunctis deniq; Chriſtianis hac ſentētia ſcripſit. Boniſacium omnis divini humaniq; juris conſultiſſimū, Pontificem & Paſtorē gentibus Germaniæ quas Rhenus ab orientis ora præterfluit, conſecravimus: flagito atq; jure noſtro poſtulo, ut ipſum tanquam legatum & nuntium Chriſti Dei & Imperatoris noſtri benignè excipiatis & ſedulo audiatis: ipſi ſicuti parenti veſtro (quo ſibi ratio de animis veſtris ante ſupremum & juſtiſſimum Prætorem conſtare poſſit) obtemperate. Ignavus & literarū rudis, vitipſus, aris arceatur. Decimæ, tributa, donaria huiuſcemodi templorum vectigalia in quatuoor diſpartite partes: unam Boniſacius, alterā ſacerdotes ſedulò paſcentes ac docentes populum accipiant, tertia egenis & pauperibus diſtribuatur, quarta ad inſtaurandas reficiendasq; ſacras ædes reſervetur. Nemo citra mortis neceſſitatē niſi Paſchalibus & Quinquagenalib. cœleſti lavacro tingatur. Si quis adverſus hęc quicquā auſus fuerit, diris devotus eſto, iram & pœnā cœleſtem ſentito. At vos Deus opt. Max. ſervet, filii chariſsimi. Data Cal. Decemb. Imperante Domino piiſsimo Auguſto Leone, à Deo coronato, magno imperatore. imperii eius anno VII. ſed & Conſtantini magni Imp. eius filii anno IV. Indict. VI. (Fuit is annus Chri. 721. Boniſacius his acceptis mandatis in Germaniam proficiſcitur, ea patefacit, falſos ſacerdotes, avaros, impudicos, ſuperbos, ſordidi quæſtus, libidinis, popularis gloriæ mancipia, fabularūq; præcones & eius farinę nominatim cōplures exaugurat, dignitate movet, devitādosq; populo renuntiat. Socios ſibi ex Anglia natali ſolo acceſſit multos viros & fœminas &c. Hæc Aventinus, additq; poſtea ſic: Gregorio 2. Romæ mortuo ſuccedit Gregorius tertius. Hic ubi Boniſacii egregia facinora accepit, gratulatorias eidem mittit literas, operam & virtutem eius collaudat, Archimyſten Germaniæ eundem declarat, palliumq; inſigne Paſtoris Chriſtiani ipſi dono dat. Eundem minores Pontifices initiare jubet. &c. Perquā elegāter & diſertè hæc Aventinus: additq; Boniſacium deinde Bojariā paſſim pravis ſacerdotibus remotis ſubſtituiſſe probos: tandē Romā profectum, in Gregoriū pōtif. Vivilo ac cæteris epiſcopis in regione Bojariæ ſcripſiſſe hoc exmplo: Gregori⁹ &c. Continuò ubi noſtrā receperitis epiſtolā Vtilonē Ducē veſtrū à vobis adiri volo, ut illius edicto cōvētus ſacerdotū, antiſtitū, procerū, gentiſq; indicatur. Ibi veros ſacerdotes omniū ſuffragiis cooptate, pravos exauctorate, cōcilia pro ſalute Chriſtiani populi bis quotānis cogite, in hiſce cōtroverſię, cauſæ omniū ſecūdū Chriſti ſervatoris noſtri legē & placita evāgelii Pauliq; legati Chriſti ſcita cognoſcantur. Omnes concordiā & pacē Chriſtianā operibus cōprobent, juxta evāgelij doctrinā & more Chriſtiano vivāt. In omnibus quēadmodū à Boniſacio edocti eſtis, agite: oves ſedulo paſcite: Parochos ſœpius viſent Epiſcopi, presbyteros rectè

vivere

A vivere compellant: dent denique operam ne lupi tecti pelle ovile irrumpant. „
Archimyſtes communi omnium ſuffragio deligatur, isque continuò Romam eat ut ſi dignus fuerit qui populo Chriſti præſit, à Romano Pontifice conſecretur. Nemo pravus atque ineptus ſacris admoveatur. Cum eccleſiaſticis opibus, cœleſti lavacro ita fieri par eſt ſicuti Gregorius prœdeceſſor meus ſtatuit. Nemo ſcorta aut concubinam alat: quiſque aut caſtè vivat, aut uxorem ducat „ quam repudiare fas non eſto. Nihil immundum in cibis judicetur, niſi ſimulacris falſorum Deorum immolatum. Somnia, auguria, incantationes, dies nullus obſervet. Diffidentium donaria aris & ſacris ædibus arceantur, nec ea ſacerdotes recipiant, niſi reconciliati fuerint. Nemo ſe perfectum, nemo juſtulum, nemo ſanctulum eſſe confidat. Tota vita Chriſtiani pœnitentia eſt & bellum: „
B imbecilli & homines ſumus. Omnes egemus clementia Dei Opt. Max. &c. Plura quoque commemorat Aventinus de D. Bonifacio ac ſtatu eccleſiarum vivente Carolo Martello, quæ breviter recenſeri haud poſſunt. Sed & Carolomannum Martelli filium cum pater obiiſſet initio imperii coacto epiſcoporum & procerum ſenatu de ipſorum ſententia publicè edixiſſe tradit, quo pacto juſtitia & Chriſtiana devotio collapſa inſtauraretur, qua induſtria populus Chriſti à falſis & pravis ſacerdotibus hactenus deceptus & ſeductus, ad veritatem reduceretur. Edictum ipſum ponit, cæterum prolixius, tametſi pereximium. Denique D. Bonifacium exauctorato Gebolibo Moguntino Epiſcopo ob cædem hoſtis, militiam, aves & canes venaticos &c. à Carolomanno & Pipino præfectum Moguntiaco, ac dein adverſantes ipſi complures epiſcopos & ſacerdotes „ vitioſos partim à Ducibus Francorum in vincula conjectos fuiſſe, partim Romę
C in concilio diris devotos ſcribit. Et per Zachariam Pont. Rom. qui Gregorio tertio ſucceſſerat, frequenti ſenatu gratiæ inquit actæ Carolomanno & Pipino Ducibus Francorum, quòd Bonifacio in tales errones animadvertendi, pios inaugurandi data poteſtas. Epiſcopos ibi collocandos concilium cenſuit, ubi prædia abundant, quæ alendis pauperibus ſuppetant. Pontificem enim peni & alimoniæ pauperum pronum, condum, procuratorem eſſe. Ipſe Bonifacius Legatus Germaniæ deſignatus, & eius ſucceſſores Archimyſtæ Franciæ perpetuò declarati. Lege ſancitum eſt Moguntiacum ſemper fore Francorum & Germaniæ caput atque Metropolim, id quod Carolomannus & Pipinus poſtea perpetuo edicto ſtatuerunt. Zacharias inſuper Pontifex in hanc ſenſentiam Galliæ Franciæq; nationibus reſcripſit. Zacharias ſerv⁹ ſervorũ Dei, Epiſcopis, ſacerdotibus, diaconis, monachorum maximis, regulis, ducibus, præfectis, præſidibus, om-
D nibus deniq; piis Deum immortalem timentibus qui Gallias & Francorum regiones incolunt, ſalutem. Deo Opt. Max. fratres & filii chariſſimi gratias ago, cum pro vobis ſemper deprecor ut quod facere divino ſpiritu inſtructe & ſuffragante veritate cœpiſtis, perpetuò faciatis. Quemadmodũ enim certiores nos fecit reverendiſſimus atq; ſanctiſſimus frater noſter Bonifacius Epiſcopus, ſolẽni ritu Chriſtiano conventũ celebraſtis, adnitentibus filiis noſtris Pipino & Carolomãno falſos refractarios ſacerdotes, ſcortatores, homicidas, militãtes repudiaſtis & exegiſtis: obſecro & per Deum immortalẽ dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ obteſtor, uti Bonifacio legato Chriſti & nuncio ſupremæ illius majeſtatis, ſicuti hacten⁹ conſueviſtis, benè præcipienti ſedulò obtemperetis: provincia & mãdatis noſtris fungitur, veſtrum agit negotium, nempè ut vos in viam rectam reducat, & à criminibus Chriſto propitio expiet, ac pro mortalibus æternos efficiat die noctuque operã ſtrenuè navat. Evenere hactenus vobis cœleſti ira ob vitia veſtra ſacrificuli errabundi & cæcutientes, qui & vos, & ſe fallere conſueverunt, „

ingrati

ingrati Deo, inviſi ſuperis. Nullum hactenus diſcrimen inter ſacris initiatum & A
,, prophanũ fuit. Sicut populus ſic & ſacerdos juxtà tot errarunt cælo Cæcus cæ-
,, cum duxit, perierunt greges cum paſtorib⁹, ovili haud impar pecus fuit dignúq;
,, patella operculum. Quamobrem hoſtes veſtri undiq; invaluere, vos ubiq; victi
,, eſtis. Nec quicquam preculæ ſacerdotũ inanes profecerunt quibus pugnare non
licet. Quo pacto victoriã ſperare auſis eo bello quo ſacerdos ſimul & humano
,, cruore ac cæde polluitur, & ſacroſanctã hoſtiam impuris manibus ſceleratiore
,, mente contrectat? Sacerdoti qui paſtor eſt arma non ferre, nedũ quenquã bello
occidere licet. Officiũ boni paſtoris eſt oves ſervare, paſcere pecus verò quod pa-
lãs ab grege aberrat ad ovile cogere. Hos qui Chriſtiani ſunt ſervato, his qui Chri
ſtiani non ſunt Chriſtm prædicato, veritatemq; annuntiato. Cœleſtis doctor &
magiſter myſtis ſuis præcepit, vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal deſipuerit quonam B
condietur? Nihil valet ultra, ne in ſterquilinium quidẽ utile eſt, abiiciatur foras
in lutum & conculcetur pedibus. Dum hæc ita ſunt (nempe veritas mentiri non
poteſt) & tales ſuffertis ſacerdotes quales ethnici non ferrent hoſtes ſuperiores
,, fieri neceſſe eſt. Huiuſcemodi ſacerdotuli Deo non litant; ſed ipſum magis irri-
,, tant, & ſuperos ad iracundiã provocant. Quomodo oves à lupis tutæ erunt ſi eas
,, paſtor deſtituerit? Proinde ſi Bonifacio dicto audientes eritis, & pios, caſtos ab
omni Venere, ab omne labe mũdos, immunes omnis homicidii ſacerdotes vo-
,, bis delegeritis quemadmodũ jure divino præſcribitur, & noſtro munere functus
Bonifacius frater noſter prædicat, omnibus formidoloſi eritis barbaris, nulla na-
tio conſpectũ veſtrũ ferre poterit, ferociſſimæ gentes exſortes veritatis quæ un-
dique armis circumfremunt, Saraceni, Saxones, Hunni, Venedi, Avares armis
veſtris ſuccumbent, ſimul & bene recteque vivetis & in cœlum poſt hanc vitam C
recepti cum Deo Opt. Max. & ſuperis ſempiterno perfruemini ęvo. At vos cha-
riſſimi fratres, qui eſtis veri Chriſti ſacerdotes perinde ac fidi Chriſti miniſtri, ac
myſteriorum Dei œconomi, procuratores & diſpenſatores & adminiſtratores
arcanorum eius, de quibus tanquam re aliena rationem reddituri eſtis, cœleſtis
,, imperatoris negotium non rem veſtrã agite. Veram ſectamini diſciplinam quæ
nobis in ſacrario & ſacrarum literarum theſauro expreſſa eſt. Mores veſtri etiam
apud alienos à religione noſtra inculpati exiſtant. Vita veſtra ſit ſpeculum & ex-
emplar vivum cœteris Chriſtianis. Ita & apud homines fama vos celebris con-
ſequetur, à Deo autem immortalitate donati perpetuò fœlices in cœlo vivetis.
Quotãnis conventus cogãtur, in quibus de concordia & pace Chriſtiana agatur.
,, Si quid adverſum fuerit reſecetur, quò templum Dei firmũ ac immobile perſta-
re poſſit. Data Calen. Apr. Imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino D
à Deo coronato, anno XXIV. imperii eius, Indictione XI. anno autem reſtituti
orbis 742. Multa deniq; D. Bonifacii temporibus ſanctè conſtituta per regnum
Francorum indicat Aventinus, quæ religionis, epiſcoporũ myſtarumq; reliquo-
,, rum ſtatũ atque conditionem declarant: ſacerdotes omnino à bellis, venatio-
,, nibus luxu, avaritia, pravis moribus & temporalium rerum curis ad publicum
,, & aſſiduum docendi & evangelizandi munus, ad diſciplinam pietatis & ſpiri-
tualia tantummodo pertractanda relegant, ſcholis, pauperibus procurandis,
eccleſiis colendis addicunt, eccleſiarum etiam & clericorum bona publicis reg-
ni tributis nominatim ſubiiciunt, cæterùm brevitas hic quæritur.

Et Carolum Magnum quoque conſtat plurima de rebus iiſdem conſtituiſſe.
Sæpe conventus epiſcoporum egit eccleſiarum diſciplinæque Chriſtianæ cauſa.
,, Memorare pauciſſima libeat. Sine diſcrimine, inquit Avent. lib. 4. Annal. Boio.
univerſos ad Evangelica oracula, ad placita Chriſti Domini Deiq; noſtri ſectan-
da

A da coëgit. Feſtos dies tantùm Chriſto certos nec multos ſcivit celebrandos. Addidit ſacros religioſosq; dies in æſtate D. Ioanni Baptiſtæ, DD. Petro & Paulo: in hyeme D. Martino, Andreæ, Stephano, Ioanni Evangeliſtæ & infantibus ab Herode trucidatis. Præcepit ut monachi, ſacerdotes literis operam ſedulò darent, emendatè & rectè ſcriberent, in omnibus contuberniis monachorum & epiſcoporum ædibus pueros docerent. Mendicis palantibus vetuit quicquã tribui, ſuos quamq; regionem inopes alere, ſanos, validos labore victum quæritare ac deſiderio ſufficere manus juſſit. Idcirco opes eccleſiaſticas in locupletioribus templis in tres diviſit partes: duas egenis, tertiã ſacerdotibus attribuit. In ædibus auguſtioribus donaria æqua lance inter egenos & ſacerdotes bipartitus eſt. Cavit ne temerè paſſim ſacrificiis interdiceretur: ne cadavera in fanis humarẽtur, ne ſacerdotes avaritiæ Veneriq; dediti eſſent, ut Pontifices officio publicè in templo do-
B cẽdi plebẽ fungerẽtur, ut ſacerdotes avaritiã, gulã, cauponas, negotia prophana, fãiliaritatẽ mulierũ evitarẽt, aut ſacerdotio cederẽt, aut tribu moverẽtur, ut fures homicidæ & huiuſmodi crimina cõmittentes ſi ad aſylum tẽplumve fuga elapſi forent repeterentur, atq; vi eriperentur &c. Nulli plures Ducatus præfecturasq; vel ſacerdotia conceſſit. In epiſcoporum ſenatũ haud temerè quempiã adlegit: eruditionem atq; bonitatem in cooptandis illis potiſſimũ ſpectavit. Neminem niſi antea ſibi probatum & cognitũ creavit: nam cum ordinem ad priſtinũ modum & ſplendorẽ à D. Paulo præſcriptum reduxit. Curioſè cavit ne quis avarus aut ambitioſus luxuve perditus unquam pontificalẽ apicem adipiſceretur &c. Atq; hæc diſertè Aventinus præter alia huiuſcemodi multa, quibus quæ tũ fuerit in univerſum eccleſiarum forma ſub regibus Francicis, planum fit. Enimuero
C & primatum eccleſiæ Romanæ iſthoc ævo demum ortum & cæteras ſibi eccleſias ſubdidiſſe negari nequit. Poſt Lutharii primi Francorum regis, & ante Lutharii ſecundi Francorum item monarchæ tempora Romanis imperante Fl. Tiberio Mauritio Aug. quem an. Chri. 602. Phocas occidi juſſit, Conſtantinopolitanus epiſcopus Ioannes Vniverſalis epiſcopi titulum ambibat: epiſcopatus ſui fines Mauritio Imp. favente finibus Imperii æquare volebat. Gregorius Magnus epiſcopus Romanus egregiè reſtitit: appellationem illam dixit eſſe prophanã, ſceleſtam & Antichriſti ſuperbiæ prænunciã. Lib. 4. epiſt. 80. ad Eulolium Alexandrinum & Anaſtaſium Antiochenum, nullis inquit, unquam deceſſorũ meorum hoc profano vocabulo uti voluit: quia videlicet ſi unus Patriarcha univerſalis dicitur, Patriarcharum nomẽ cæteris derogatur. Sed abſit hoc à Chriſtiana mente id ſibi velle quempiam arrogare, unde fratrum ſuorũ honorum ex quantulacunq; parte imminuat: in iſto ſceleſto vocabulo conſentire nihil aliud quàm
D fidem perdere eſt. Et lib. 7. epiſt. 194. ad Mauritium Aug. ſic. Ego autem fidenter dico, quia quiſquis ſe univerſalem ſacerdotem vocat vel vocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit, quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit. Ad eundem Aug. lib. 4. epiſt. 76 Corruit univerſa, inquit, eccleſia à ſtatu ſuo, ſi is qui univerſalis dicitur cadit: Et epiſtola ſequente ad Conſtantiã Auguſtam ſcribit, Triſte valdè eſt patienter ferre ut omnibus deſpectis frater & coëpiſcopus noſter ſolus nominetur epiſcopus. Sed in hac eius ſuperbia quid aliud niſi propinqua jam eſſe Antichriſti tempora deſignatur? quia illum videlicet imitatur qui ſpreta angelorum ſocietate aſcendere conatus eſt culmen ſingularitatis. Hæc ille. Nihilominus tamen & Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & ſucceſſor eius Cyriacus in propoſito perſtitit, donec Phocas occiſo Mauritio Aug. in Romanos propenſior, Bonifacio 3. Pontifici Rom. Gregorii altero ſucceſſori conceſſit, quod Gregorius ſprevit, ut Roma caput eſſet omnium eccleſiarum. At præterquam

Digitized by Google

terquam quòd Græcia cum tota Aſia paũlo poſt à Romani Pontificis commu- A
nione receiſſit, etiam jus illud auctoritate Romani Imperatoris conſtitutũ, tunc
Imperii Romani fines excedere non potuit, ideo q; nec in Gallias vel Germa-
nias extendi quæ ab imperio Romano abſciſſæ erant. Vnde primùm ignavia re-
gum Francorum circa Carolum Martellum Præfectum prætorio, ac deinde Pi-
pini novi regis cum Zacharia Papa conſpiratio. moxque Caroli Magni pietas,
inſuper utriuſque pacta cum Pontificibus Romanis iiſdem occaſionem facul-
tatemque præbuerunt ſuo tanquam jure Gallicanis & Germanis epiſcopis ſeſe
proponendi, & probationem, conſecrationem obligationemque Metropolita-
norum ſibi arrogandi: quemadmodum ex actís & epiſtolis Gregorii 2. & 3 Ro-
manorum Pontificum circa Bonifacium Moguntinum archipræſulem priùs
indicatum eſt. Sed de pleniore Romanorũ Pontificum in Gallos Germanosq; B
poteſtate quæ poſtea ſecuta eſt, aliàs dicetur: nunc qui hoc ſeculo Treverorum
antiſtites fuerint videndum

PARS NONA.

*MODESTVM 43. in ordine Treverenſem
epiſcopatum tenuiſſe videri quum Auguſta
Treverorum Franci potiti ſunt prius indi-
catum eſt. Eius aliquot ſucceſſores in geſtis
Trever. lib. 2. cap. 12. ſimul epitomes Scheck- C
manni lib. 2. cap. 7. nominãtur hac ſerie. 44.
Maximianus. 45. S. Fibitius ex Abbate S.
Maximini Archiep. factus (anno Chri. 498. refert Bruſchius in
monaſter. S. Maximini.) 46. Abrunculus. 47. Ruſticus, qui ini-
tio pravus atq; libidinoſus à D. Goare correptus infante trium
dierum quem mater expoſuerat, ipſum epiſcopum manu atque
oratione ſuum patrem prodente, ſeptẽnio ſponte pœnitentiam egit
in monaſterio D. Mariæ ad martyres. 48 Aponoculus. 49 Nice-
tius à Theoderico rege datus ex Abbate Lemovicenſe. Omnium
hunc Treverenſium epiſcoporum miraculis in vita clariſſimum D
dicit Scheckmannus. Claruit circa Chri. annum 528. teſte Sige-
berto, quod in regnum Theoderici recidit. In geſtis Treverorum
lib. 2. cap. 12. legitur regem Theodericum ex civibus Aruernis cle-
ricos multos adduxiſſe Treverim, ut ibidem in eccleſia domino fa-
mularenter: quod ijſdẽ penè verbis ex Trittẽhẽio refert Richard.
Vuaſſenb. in antiquit. Belg. 50. Magnericus Niceii diſcipulus
(creatus ſub Sigeberto rege Mediomatricũ.) Quatuor is eccleſias
in ſua parochia condidit. D. Martino Turonenſi: unam in monte
pagi Vabrenſis, alteram in villa quæ dicitur Cartadomus, tertiã
in monte Jurano ſeu Martis, quartam ex domo Tetradii olim
conſe-*

A conſecrata. ſed dein barbarorum vaſtatione ſubverſa æde Sanctæ Crucis, in qua monachos ipſe conſtituit & ſepultus eſt (Abbatia S. Martini adhuc vocatur, in urbe.) 51. Gangericus Magnerici diſcipulus, idem Cameracenſis epiſcopus. 52. Sabaudus. 53. Severinus, qui divino monitu relicta Treveri Burdegalam profectus Evangelij prædicandi gratia, ſedem ibi epiſcopalem Amando illi ultro volente nactus, & vita functus eſt. 54. Modovvaldus, ſub Dagoberto Magno Francorum rege. Ex Aquitania nobili genere ortus & frater uxoris Pipini Senioris fuiſſe traditur. Palatium B Dagoberti regis in urbe vertit in cœnobium virginum, quod vocatur ad Horrea, præfecit Irminam Dagoberti filiam ut ſuprà dictum eſt. Aliud quoq; monaſteriũ virginum conſtruxit in caſtro Iulij Cæſaris extra urbem, quod nunc Palatiolum dicitur: ubi magiſtram ordinavit Adelheitham alteram Dagoberti regis filiam. Et tertium cœtum virgineum ſorori ſuæ Severæ inſtituit, eccleſia eius D. Symphoriano martyri dicata, iuxta ripam Moſellæ. Condidit quoq; Beato Martino ædem in pago Meygine. Dagoberto regi percharus fuit: qui idcirco Treverenſi eccleſiæ privilegium inſigne conceſſit, & circa Rhenum & Ligerim fluvium Beatum Pe- C trum (verba ſunt Scheckmanni) rebus egregiè ditavit. Idipſum diploma nomine teſtamenti Dagoberti regis legitur in geſtis Treverorum lib. 2. cap. 12. & ex collatione veterum codicum de verbo ad verbum ſic habet. Dagobertus rex Francorum viris illuſtribus Ducibus, Comitibus, Domeſticis & omnibus Agentibus tam ultra quam citra Rhenũ & ultra Ligerim, tam abſentibus quàm præſentibus. Illud ad augmentum & ſtabilitatem regni noſtri ſine dubio in Dei nomine credimus permanere ſi ſacerdotum vel eccleſiarum Dei rectis petitionibus (inclinati) id quod auribus noſtris D patefecerint, perducimus ad effectum. Ideo (noverit omnium fidelium noſtrorum &c. ſagacitas quia) vir apoſtolicus pater noſter Dominus Modovvaldus Archiepiſcopus eccleſiæ Treverica (obtulit obtutibus noſtris) præceptionem præceſſorum anteriorum regum parentum noſtrorum Sigeberti, Theodoberti, imoq; bonæ recordationis Lotharii glorioſi regis genitoris noſtri eorum manibus roboratum, in quo erat inſertum quod non ſolum idem genitor noſter, verumetiam præfati prædeceſſores eius, reges videlicet Francorum, omnes res quaſcunq; boni & ſancti viri pro divinæ contemplationis intuitu ad partem Sancti Petri Treveren. eccleſiæ delegaverunt, ſuorum auctoritatibus confirmaverunt, quatenus

tempus regnum ſuperno auxilio tueretur & ipſi poſtmodum me-
liore regno cum Chriſto ſine carente gauderent. Pro rei vero fir-
mitate idem præfatus præſul Modovvaldus deprecatus fuit ſubli-
mitatem noſtram ut paternum ac prædeceſſorum morem ſequen-
tes, huiuſcemodi noſtræ auctoritatis præceptum ob amorem Dei,
& reverentiam ſancti Petri de iiſdem rebus fieri iuberemus. Cuius
petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis
præceptum erga ipſam eccleſiam pro divini cultus amore & ani-
mæ noſtræ remedio fieri decrevimus. Per quod præcipimus atq; iu-
bemus ut omnes res vel facultates ad eccleſiā beati Petri Treveri- B
cæ urbis pertinentes, ſcilicet Cellam S. Hilarii quæ nunc appellatur
Cella S. Maximini, quæ eſt in prædio S. Petri conſtructa, & Cellā
S. Paulini & S. Eucharii, & monaſterium S. Mariæ, quod idem
præfatus Potifex Modovvaldus in territorio S. Petri nuper a fun-
damento conſtruxit, quod vocatur Horrea, & baſilicam S. Mar-
tini ſitam in pago Maiginenſe, & cæteras baſilicas, caſtella, vicos
villas, vineas, ſylvas, homines, vel quicquid largiente divina cle-
mentia deinceps ad eandem augmentetur eccleſiam circa Rhenū &
Ligerim fluvium in regno noſtro conſiſtentia, omnia ſub iure & po- C
teſtate Sancti Petri Treverenſis eccleſiæ eiuſq; Pontificis perpetua-
liter mancipatura permaneant. Præterea pari modo etiam ſtatui-
mus ut nullus ex publicis iudicibus vel aliquis ex iudiciaria poteſta-
te in monaſteria, eccleſias, caſtella, vicos vel agros, loca ſeu reliquas
poſſeſſiones prædictæ eccleſiæ tam ultra quam citra Rhenum vel Li-
gerim fluvium, in pagis vel territoriis quæ infra poteſtatem regni no-
ſtri memorata poſſidet eccleſia, vel quæ deinceps in iure ipſius
loci voluerit divina poteſtas augeri, ad cauſas audiendas vel freda
vel tributa aut coniectos aliquos exigendos, aut manſiones vel pa-
ratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius eccle- D
ſiæ diſtringendos, vel iniuſtas exactiones requirendas, vel theolone-
um exigendum noſtris & futuris temporibus ingredi audeant &
ea quæ ſupra memorata ſunt nequaquā penitus exigere præſumāt.
Sed liceat memorato præſuli ſuiſq; ſucceſſoribus omnia præfata mo-
naſteria, villas, vicos & caſtella cum ſuis adiacentibus integrum
perpetuo tempore pro remedio animæ noſtræ ſeu parentum noſtro-
rum ſicut in præcepto piiſſimi genitoris noſtri continetur, quieto or-
dine poſſidere & noſtro fideliter parere imperio. Sed ut hoc noſtræ
auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine obtineat vigo-
rem, a fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtris videlicet præſentibus
& fu-

A & futuris temporibus verius credatur, & diligentius à ſucceſſo-
ribus noſtris conſervetur, ea propter id manu propria cum lindis
noſtris ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari
juſſimus. Dagobertus Rex Francorum, Cunibertus gratia Dei
Colonienſis epiſcopus, Abbo Metenſis Epiſcopus, Principius Spi-
renſis epiſcopus, Pippinus major Domus. Hæc de Dagoberto „
rege, quem Scheckmannus etiam ſcribit Abbatiæ S. Maximini „
ad prædia quondam à Conſtantino Magno Imp. data latiſſimos
fundos addidiſſe. Modovvaldum Archiepiſcopum Treveren.
B anno Chri. 646. claruiſſe etiam Sigebertus annotavit, qui eſt an-
nus proximus à morte Dagoberti regis. Sed & in geſtis Trevero-
rum proditur Modovvaldum à Leone Pontif. Rom. (3. ſcribitur
corruptè pro 2. qui fuit anno Chri. 682. menſib. ſaltem 10. Onuph.)
privilegium manaſterio Horrenſi impetraſſe huiusmodi. Ego
Leo Vicarius ſancti Petri principis apoſtolorum, meritis quidem
impar, vice tamen ipſius dignitate Romani fungor præſula-
tus, cœnobium Horreenſe à Modovvaldo Treverorum Archi-
epiſcopo ſubminiſtrante beata Modeſta filia ſororis eius è regalibus
C horreis, à quibus & nomen accepit, ad divini cultus officium re-
ſtauratum, poſt diſceſſum beatæ virginis Irminæ, quæ prima hunc
locum provehendum ſuſcepit, tanta reverentia & honore adpri-
mè donatum (accepimus) ut matre iſtius congregationis vita ex-
cedente, nulla ab extraneis quocunq; modo, ſed una ex ipſis ſubro-
getur, Principibus eccleſiæ Treverenſis ex conſulto faventibus,
ſororibus electione potitis, ipſo quoq; præſule devote annuente.
Quod tanta auctoritate ſubnixum, in æternum ſtabile permane-
at & fixum, ut in nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri ſanctiq; præ-
ceſſoris Petri & omnium electorum Dei æterno ſervetur damnan-
D dus judicio, ſi quis prælatus tanto hic commorantes exinaniuerit
privilegio. Fiat Fiat. Amen Amen. Chron. Colon. Modovval-
dum fuiſſe circa Chriſti annum 685. ſcribitur, quo fortè deceſſit:
atq; ita conſequitur annis amplius quadraginta illum epiſcopatu
potitum. Succeſſor eius 55. Epiſcopus ponitur Numerianus: poſt
eum 56. Baſinus. Illum Auſtraſia illuſtri genere ortum, & pri-
mò monachum in D. Maximini, dein Abbatem, poſtremò
ex Abbate Archiepiſcopum factum jam ſenem dicit Scheckman-
nus, & habetur in geſtis Treverorũ lib. 2. cap. 13. idq; anno Chri.
715. ut teſtatur Bruſchius in monaſt. S. Maximini, & Chron.
Colon. annotatur. 57. Ludvvinus, Baſini ex ſorore nepos, antea

Digitized by Google

Belgicæ Galliæ Dux , omnia monaſteria huius urbis largiſsimis A
honoravit, donariis, & prædiis auxit: mortua dein uxore domũ
monachorum in fundo ſuo condidit juxta fluvium Saroam, quod
Mediolacum dicitur, atq; ibi monachus factus Baſino deſuncto
ad epiſcopatum Treverenſem, ac dein etiam ad Rhemenſem &
Laudunenſem aſcitus, & Rhemis mortuus, Mediolaci *ſepultus*
eſt, ut habetur in geſt: Trever. lib. 2. cap. 13. Scheckmanni item
epitom. lib. 2. cap. 8. 58. Clodolphus Ludvvino vita functo ſuffe-
ctus, cum etiam Metenſium *eſſet epiſcopus. Sed hunc* Milo *Lud-*
vvini epiſcopi filius, paterno avitoq; jure ſibi præſulatum vendi- B
cans infeſtaſſe, ope atq; per annos 40. Treverenſem Rhemenſem
epiſcopatum uſurpaſſe, ope atq; gratia Caroli Martelli cuius par-
tes fovebat, ita Clodolpho pulſo, Milonem in eius locum veniſſe
ſola tonſura clericum, tandem verò illum extrema ætate coëpiſco-
pum in eccleſiaſticis ſibi conſtituiſſe ſanctum virum Hildulphum,
qui poſt ipſius Milonis obitum confirmatus ſit 59. Archiepiſcopus
Trever. traditur à Scheckmãno: cæterum quam prope fidem iſta,
viderint alii: Conſtat enim Carolum Martellum carcere lapſum
anno Chri. 716. Vinciacenſe prælio viciſſe anno. Chri. 718. mortem
obiiſſe anno Chri. 741. annis haud amplius 25. rerum potitum. C
Præterea diſertè ſcribit Aventinus Annal. Boi. lib. 3. Carolum
Marcellum circa annum Chri. 719. fugato Hylperico rege præfe-
ctoq; Reginofrido Rigobertum Rhemorum Pontificem quod ſibi
adverſus Reginofridum properanti portas urbis clauſerat, abdi-
caſſe, Milonem illi ſubſtituiſſe, nec diu poſt Suevia ſubacta Fir-
minium eius gentis antiſtitem Mediomatricum inſuper templo
præfeciſſe: inde in Bojariam profectum & Hyldulphum fratrem
Arionardi (qui ex nobiliſsima Bojorum familia orti literis ope-
ram Reginoburgii dederant, ibiq; educati fuerãt) Treverenſe do- D
naſſe templo. Sed & Richardus Waſſenburg. in antiquit. Gall.
Belg. lib. 2. Clodulphum ſcribit Metenſem epiſcopum factum anno
Chriſti 950. manſiſſe annis XI. Metenſium *tamen ſcriptorem an-*
nos illi dare XL. Deniq; nonnullos vixiſſe illum annis CIII. o-
biiſſe anno Chri. 718. tradere. Quicquid eius ſit, Treverorum
epiſcopatu potitus videri haud poteſt, quantumvis longiſsimè a-
cta ætate. Nam & Baſinus 56. epiſcopus demum anno Chriſti 715.
creatus, & poſt eum 57. Lutvvinus fuiſſe dicitur ut jam relatum
eſt: ideq; Baſinus, Lutvvinus & Clodulphus *omnes in unũ trien-*
nium concludendi eſſent: & Clodulphus *Metenſium fuiſſet præſul*

annis

A annis haud minus LXVIII. quod paſsim ſcriptoribus adverſatur. Fortaſſe nec Lutvvinus Rhemorum, nec Milo Treverorum fuit epiſcopus, Rigoberto Hyldulphoq́; fides Aventino habenda, proculdubio fideliſsimos auctores ſequente, chronographorum etiam longè diligentiſsimo nec vulgaribus comparando. Ac proinde ſimilius vero fuerit Lutvvinum Rhemis apud Milonem (ſi placet) filium, eius loci epiſcopatum tenentem obiiſſe, ſuffectumq́; mox in eccleſia Treverenſi à Carolo Martello Hyldulphum. Itaq; neq; Clodulphus neq; Milo locum inter epiſcopos Treverenſes adipiſci poſſe videntur. B Quanquam verò tum in geſtis Treverorum, tum in Epitome Scheckmanni legatur, Hyldulphum claro Nerviorum ſeu Carinthiæ Ducum genere ortum, primò monachum cœnobii S. Maximini, atq; inde vi abſtractum ad epiſcopatum cum Milone adminiſtrandum: item à Pipino rege Treveris Pontificem datum: deniq; S. Maximini ædem barbarorum vaſtatione ruinoſam anno Chriſti 760. reparaſſe, ſanctorum aliquot antiſtitum martyrumq́; corporibus ſplendidiore ſepultura repoſitis: poſtremo ſucceſſorem ſibi creaſſe Weomadum S. Maximini Abbatem, ac deinde rurſus monachatum aſſumpſiſſe, C tres cellas in ſaltu Vogeſi Tullenſis parochiæ conſtruxiſſe, atq; in earum media ſub Abbatis imperio clauſiſſe vitam &c. iſta tamen partim invicem, partim cum ratione temporum manifeſtè pugnant. In geſtis quoq; ſcribitur Milonis tempeſtate procurationem & viſitationem eccleſiarum Treverenſis & Rhemenſis in ſpiritualibus commiſſam fuiſſe D. Bonifacio Archiepiſ. Moguntino à Zacharia Pontif. Rom. item non ſucceſsiſſe Hyldulpho quenquã donec vixit, quod utrunq; cum Scheckmano diſcordat: atq; adeo fatendum eſt epiſcoporum Trever. catalogum qui vulgò le- D gitur, hic ſibi parum conſtare. Quiriacum etiam epiſcopum Treverenſem nuper in Agenda ſua prodidit Archiepiſcopus qui nunc eſt, tametſi in nominus vulgato catalogo deſit. Sed iſthoc nodo relicto Weomadus 60. præſul numeratur, ex Abbate S. Maximini. Anno Chri. 753. factum Bruſchius in monaſt. S. Maximini perhibet: quod temporis quoq; ratio confirmat: ſiquidem Scheckmannus ait, eum à Pipino rege privilegium inſigne obtinuiſſe. Id in geſtis Trever. lib. 2. cap. 13. perſcriptum eſt hoc tenore. In nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, Pipinus divina ordinante providentia Rex Francorum. Si liberabitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quicquam conferimus beneficii,

Digitized by Google

& neceſſitates eccleſiaſticas ad petitiones ſacerdotum noſtrorum relevamus juvamine, atq; reali tueamur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporalem tranſigendam, & ad æternam fœlicitatem obtinendam profuturum liquidò credimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm futurorum ſagacitas, quia vir venerabilis Wiomadus ſanctæ Trever. eccleſiæ archiepiſ. obtulit obtutibus noſtris præceptum anteriorum regum Francorum, in quo erat inſertum quod prædeceſſores noſtri, reges videlicet Francorum, omnes res quaſcunque boni & ſancti viri pro divinæ contemplationis intuitu ad partem B *ſancti Petri Trever. eccleſiæ delegaverunt, ſuorum auctoritatibus confirmaverunt, quatenus eorum regnum ſuperno auxilio tueretur, & poſtmodum cum Chriſto rege regum regnarent in cœlis. Pro rei verò firmitate idem præfatus præſul Weomadus poſtulavit celſitudinem noſtram, ut paternum ſeu prædeceſſorum noſtrorum regum morem ſequentes, huiuſcemodi noſtræ auctoritatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam S. Petri de iiſdem rebus fieri juberemus. Cuius petitioni libenter conſenſum præbuimus: & hoc noſtræ auctoritatis præceptum erga ipſam eccleſiam* C *pro divini cultus amore & animæ noſtræ remedio fieri decrevimus. Per quod præcipimus atq; jubemus ut omnes facultates vel res ad eccleſiam S. Petri Trevericæ urbis pertinentes, ſcilicet Cellam S. Maximini, quæ eſt in territorio Sancti Petri principis Apoſtolorum conſtructa, & Eccleſiam S. Paulini &c. (ſequitur inde tenor verborum idem qui eſt in privilegio Dagoberti regis paulo antè relato, uſque ad §.) Sed liceat memorato præſuli ſuiſq; ſucceſſoribus omnia præfata monaſteria, villas, vicos & caſtella cum ſuis adiacentibus integrum perpetuo tempore pro remedio animæ noſtræ ſeu parentum noſtrorum quieto ordine poſſidere, & noſtro* D *fideliter parere imperio, atq; pro incolumitate noſtra & conjugis & prolis ſeu etiam totius regni à Deo nobis collati, & eius clementiſſima miſeratione per immenſum conſervandi unà cum clero & populo ſibi ſubjecto Dei immenſam clementiam jugiter exorare. Et quicquid de præfatis rebus eccleſiæ jus fiſci exigere poterat, integrum eidem conceſſimus eccleſiæ, ſcilicet ut perpetuo tempore ei ad peragendum Dei ſervitium augmentum & ſupplementū fiat. Hanc itaq; auctoritatem noſtri præcepti ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris, videlicet præſentibus & futuris temporibus verius credatur,*

Digitized by Google

A tur, & diligentius à ſucceſſoribus noſtris conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Pippini præcellentiſſimi regis. Ego Joſeph Subdiaconus ad vicem Wolfardi recognovi. Datum XV. Kal. Iulii Indict. IV. (debet eſſe XIV.) anno IX. regnante Pippino inclyto rege. Actum Tulpiaco. Atque is eſt annus Chri. 760. Aliud quoque diploma Wiomado conceſſum à Carolo magno in geſtis Treverorũ habetur eiuſdem formæ: initiũ tamen eſt huiuſcemodi. In nomine Domini Dei æterni & ſalvatoris noſtri Ie-
B ſu Chriſti: Carolus divina ordinante providentia rex Francorum. Si liberalitatis noſtræ &c. prout in Pippini diplomate jam deſcripto: niſi quòd hic ponitur, obtulit obtutibus noſtris præceptũ Domini & genitoris bonæ memoriæ Pippini regis, in quo erat inſertum, quòd non ſolum idem genitor noſter, verumetiam prædeceſſores eius reges videlicet Francorum &c. præterea mutatis verbis hic finis eſt brevior huiuſmodi: remedio animæ noſtræ ſeu parentum noſtrorum ut in præcepto piiſſimi genitoris noſtri continetur, quieto ordine poſſidere & noſtro fideliter parere imperio. Sed
C ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtris, videlicet præſentibus & futuris temporibus veriùs credatur, & diligentius à ſucceſſoribus noſtris conſervetur, id manu propria firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Karoli gratioſiſſimi regis, Suavis, ad vicem Erkambaldi recognovi. Data Kal. Septemb. anno. VI. regnante Karolo piiſſimo rege Indict. XI. (debet eſſe XII.) Ariſtalio Palatio. Fuit is annus à Nativ. Chri. 774. Hæc de Wiomado præſule. Succeſſores eius fuere 61. Richboldus. 62. ſeu Richbodus 62. VVazzo, uterq; priùs
D Abbas Mediolacenſis. 63. Fortunatus, qui & Hamalarius, Cardinalis Romanus, librum de officiis eccleſiaſticis ſcripſit & à Carolo Magno legatus Conſtantinopolim miſſus eſt ad pacem cum Michaële Græcorũ Imperatore firmandam, ut auctores ſunt (inquit Scheckmannus) Regino & Trittenhemius. Equidem Regino hoc tradit: Trittenhemius autem Hirſaug. Chron. Amularius Fortunatus (inquit) monachus Luxovienſis, poſteà Treverenſis Archiepiſcopus, ac deinde S. Rom. eccleſiæ Cardinalis, ſcripſit his diebus (ſub Luitberto Abbate facto anno Chriſti 838.) ad Ludovicum Imperatorem libros de officiis divinis. Alii eum claruiſſe perhibent anno Chri. 813. ſcripſiſſe inter cætera de

Digitized by Google

eccleſiaſticis officiis librum 1. ad Ludovicum: de eadem re lib. 4. de A
myſteriis miſſæ lib. 1. epiſtolarum ad diverſos lib. 1. Avent. Annal.
Bojo. lib. 4. memorat à Carolo Magno ad Imperatorem Conſtantinop. de more legationẽ miſſam cuius principes erant Amalarius archiflamen Treverorum qui Itinerarium ſcripſit, & Petrus Abbas Nonantulenſium: eoſdem etiam cum Leontis Imp. qui Michaeli ſucceſſerat oratoribus ad Ludovicum Carolo mortuo rediiſſe teſtatur: atque iſta produntnr in annalibus Pipini, Caroli Ludovici. Sigebertus in anno Chri. 827. annotat Amalarium
ſcripſiſſe ad Imp. Ludovicum de eccleſiaſticis officiis. Quæ diverſit B
auctorum otioſis diſcutienda relinqui poteſt.

PARS X.

HACTENVS igitur ab initio regni Francorum in Galliis & apud Treveros, uſque ad exceſſum Caroli Magni utcunque demonſtrata eſt tam imperii & reipublicæ, quàm eccleſiarum forma: quis inde rerum ſtatus fuerit, deinceps eadem brevitate perſequendum. Porro Romani Imperii diviſione jampridem ante Caroli
Magni obitum facta, Franciſq; non ſolum ſua Germa- C
nia virtute atque armis Deo propitio re ipſa, ſed etiam ſpontaneo voto, gratitudine, voluntate, lege ſcitoque Pontif. Max. patrum optimatiumq; Romani nominis ac populi, denique conſenſu, decreto atq; ceſſione orientalis ſeu Conſtantinopolitani Imperatoris majeſtate, iure & opibus Imperii Romani ad occidentem deinde potitis, ſecundum Imperatorũ Regumque Francicorum tempora de cæterò tantum procedere, Auguſtæq; Treverorum conditionem ad annos Principum eius ſcrutari atque deſcribere decebit, Græcanicis Auguſtis rebusq; prætermiſſis.

An. C. Carolum Magnum Imperatorem Romanum Regemque Francorum & I-
814 taliæ dictum eſt è vivis exceſſiſſe anno à Nativit. 814. Is erat imperii eius
Romani annus 14. regni Franciæ 47. Italiæ verò 40. In Divos poſtea relatus
eſt ab Imp. Friderico primo Aug. Succeſſit illi filius Ludovicus Pius Imp. Eum D
pater anno amplius ante mortem Auguſtum creaverat, Bernardo nepote ex al-
tero filio Carolo tum etiam Italiæ rege deſignato: qui à patruo Ludovico Imp.
anno Chri. 8 7. abdicare ſeſe coactus ac deinde occidi juſſus. Lotharius Ludovi-
ci Imp. filius anno Chri. 820. à patre Auguſtus aſcitus anno Chriſti 823. Romæ
840. coronatus eſt. Pater Ludovicus Imp. anno Chriſti 840. obiit. Eius filii natu
minores Ludovicus & Carolus Calvus anno Chriſti 842. ingenti pugna (ceci-
diſſe ſupra centum millia virorum legitur) juxta Fontinacum agri Altiſſio-
dorenſis in Celtica vicum, adverſus Lotharium fratrem conflixere. Deinde
ſequenti anno pax, ac demum diviſio facta eſt anno Chri. 844. de qua breviſſimè
omnium atque perſpicuè Avent. Annal. Bojo. lib. 4. his verbis. Inſequentis anni
Auguſto menſe Veroduni (urbs eſt Cæſariana Galliæ Belgicæ primæ) Reges &
centum viginti principes viri coëunt, diviſio Imperii renunciatur. Aquitania Pi-
pino datur, Lothario cedunt cognomẽ Auguſti, Roma caput mundi, Italia vic-

trix

Digitized by Google

A tæ quondā gentiū, Alemanni & Teutones qui Gallias Belgicā Celticamq; inco-
lunt Germania ſecunda cuius partes ſunt Agrippinēſes, Tungri, Brabantini, Flā-
dri, Toxandri, Hannonii, Cameracenſes, Picardi usq; ad Sonnā flumē: hi omnes
quondā inferior Lotharinga dicti: inſuper Germania prima præter Mogun-
tiacum, VVormatiam, Borbetomagū, Auguſtā Nemetū: Gallia quoq; Narbo-
nenſis quæ & Provincia, Sequaniq; Veſontio, Lugdunum, Hedui, Lingones, Bur
gundia, Gallia Belgica ſuperior: cuius quatuor à Romanis ſcriptoribus primariæ
cenſentur urbes, Treverorum Auguſta, Mediomatricū urbs, Leucorum Tullium
& Verodunum, hæc adhuc à Lothario Lotharingia vulgò nuncupatur. Cætera
Galliarum nempe Galliā Belgicam ſecundā, cuius urbes ſunt Rhemi, Sueſſonū
Auguſta, Veromandorum Auguſta, nobis S. Quintinus eſt, atq; Galliā Lugdu-
B nenſem quæ & Celtica, Carolus accepit, eaq; pars adhuc regnum Francorum &
Francia occidentalis vocari ſolet, cuius caput eſt Lutetia Pariſiorum. Ludovico
deſtinata ſunt univerſa quæ à Rheni fluentis orientē ſolem longè lateq; ſpectāt,
Germania Magna, Rhetia, Suevia, Vindelicia, Illyricū, Noricum, Pannoniæ, Li-
burnia, Boii & Venedi. Additi ob vini proventū in ripa Rheni occidua Moguntiiª,
Vangiones, Nemetes &c. Poſt hanc diviſionem Lotharius Imp. filium natu An. C.
majorē Ludovicum an. Chri. 849. Aquiſgrani ex rege Italiæ Auguſtū appellari
curavit: ac poſtea Chr. an. 855. regnum inter filios diviſit: Ludovico majori natu 855
nomen Auguſti Romā in Italiā, Carolo minimo natu Galliā Narbonenſem &
Burgundiā cætera Lothario tribuit: ipſe monachus Prumiæ factus, haud diu pòſt
fato functus eſt. Lothariū filiū regni ſui proceres ad patruū Ludovicū regē Ger-
maniæ Francofurtū deductū ibi Lotharingiæ regē ſalutarunt. Is cū an. Chr. 870. 870.
C de vita exceſſiſſet Placētiæ, regnū eius ſtatim occupavit patruus Carolus Calvus
rex occidētalis Frāciæ ſed acri legatione fratris Ludovici regis Germaniæ territus,
ſequente anno cū ipſo diviſionē fecit, de qua ſic Aven. li. 4. Ann. Boi. Apud Mar-
ſanā in ripa Moſæ Ludovicus & Carolus reges regnū Lotharingiæ nulla ratione
Imp. juſti hæredis habita, ita bifariā partiti ſunt. Quicquid intra Moſam Rhenū-
que amnes citra Vogeſum Iuramq; montes Auſtrum Orientemq; ſpectat, Neo-
magum, Geldubam, Noveſium, Agrippinenſem Coloniā, Trajectū, Aquas Gra-
neas, Leodium, cuncta citra Moſam, Epternacū, Luxovium, Divū Gundulphū,
Sanctum Theodatum, Treveros, Mediomatrices, Alſatiū, Argentoratum, Ba-
ſileam, Solodorum, Suitones Ludovicus accepit: cætero Viennā, Lugdunū, Ve-
ſontionem, Tullum, Verodunum ultra Moſam ad Aquilonē occiduumq; ſo-
lem vergentia, Tungros, Toxandrorum præfecturam, Cameracum, Brabanti-
D nos, Flandros, Pictonas, Hannonios Carolus retinuit Imperator Ludovicus 2.
anno. Chri. 875. in Italia obiit. Patruus eius Carolus Craſſus occidentalis Fran-
ciæ rex in Italiam celeriter profectus, Romæque coronatus Imperium præ- 875.
ripuit: quamobrem frater Ludovicus Germaniæ rex in Franciam occidenta-
lem exercitu ducto effecit uti dies ad dividendum imperium cum Carolo ſta-
tueretur, quanquam morte ſtatim præventus eſt anno Chriſti 876. Itaque
cùm Carolus Imp. nepotes ſuos Ludovici filios ob regnum Lotharingiæ bello
peteret, mox a Ludovico fratruele maxima ſtrage victus eſt circa Andernacum
& Megnenſem pagum. Sic eodem anno Ludovicus Ludovici Germaniæ re-
gis F. victor triumphabundus regno luſtrato in Germaniam reverſus, juxtà ac
pater ſtatuerat cum Fratribus paternum regnum paritus eſt. Carolus mini-
mus natu (Avent. Annal Boio. lib. 4. verba ſunt: is enim reliquos chronica-
rios qui hæc eadem referunt, brevitate, ordine atque luce orationis haud pa-
rum antecellit, ideoq; meritò ſequendus) Rhetias, Sueviam, Alſatiam, ſuperio-
rem

Digitized by Google

rem Lotharingiam atque Germaniam quæ eſt in Gallia Celtica accepit. Ludovicus inferiorem Lotharingiam, Belgas, Mediomatrices, Treveros, Aquas Graneas, Vbios, Moguntinos, Francos, Batavos, Friſios, Saxonas, Turogos retinuit. Carolomannus qui natu erat maximus, regnũ Boiorum, Sclavorum tetrarchias, Boemos, Moravos, Pannonios, Carnos, Noricos, Vindelicos poſſedit. Italia quoq; quam ab Cæſare armis repeteret eidẽ deſtinata eſt. Anno proximo Chri.
An. C. 877. 877. Carolus Calvus Imp. & occidentalis Franciæ rex obiit in Italia jam ſibi à Carolomanno armis adempta, qui inde Regis Italiæ nomen ſumpſit, Cæſaris, non itẽ. Ioannis enim Pontif. Rom. in Franciã occidentalẽ profugerat, Ludovico Balbo Caroli filio imperiũ conferre, ſed fruſtra molitus. cæterùm ſucceſſibus ſuorũ patruelũ deterritus Balbus, legatos ultrò miſit ad Carolomanni fratrẽ Ludovicũ, pacemq; cum eo & fœdus fecit Marſenæ ad Moſam, ut Lotharingiæ partẽ quiſque regum quemadmodum parentes diviſerant, Italiam quoque Carolomannus retineret, mutua invicem auxilia ferrent, ſuperſtes liberorum vita defuncti tutor foret &c. Id anno Chri. 878. geſtũ, & ſequente Ludovicus Balbus obiit: Carolomannus morbo affectus fratri Carolo Craſſo Italiam cedit: isque proximo an. Chri. 879. Imperator Cæſ. factus & Romæ coronatus eſt. Inde anno Chri. 881. Balbi duo filii nothi occidentalis Franciæ regnũ tenentes Ludovico Caroli Craſſi fratri reliquã regni Lotharingiæ partẽ, quã pater & avus eorũ tenuerant, reſtituerunt: cuius morte mox an. Chr. 882. tota Lotharingia rurſus ad Carolũ Craſſum rediit. Ei propter ægritudinem an. Chri. 887. à rebus amoto, ſucceſſit Imp. Cæſ. Arnulphus, fratre Craſſi Carolomanno ex concubina genitus
887. In Italia tyranni unus poſt alium regnare cœperunt. Arnulph' deinde filiũ Zuẽdeboldum, (alii Suatebogum, & aliter vocant) Lotharingiæ regem conſtituit, quod Sigebert. in anno Chri. 896. ſed Regino & Otto Friſing. Epiſcopus anno Chri. 895. annotant. Regino addit anno Chri. 894. cum Arnulphus Imp. filium Zundebolch in concilio (placitum ipſe vocat) apud VVormatiã regno Lotharii præficere vellet optimates eius regni tunc aſſenſum prebere noluiſſe. ſed anno ſequente demum id omniũ procerum voluntate confectum. Arnulphus Imp.
899. obiit. ann. Chri. 899. ſucceſſit eius filius Ludovicus, à Germanis proceribus Rex electus ſeptimum tunc agens annũ: ſub quo Zuendeboldũ bello a Lotharingis peremptum an. Chri. 901. ſcribit Sigebertus, quanquã id ſequente demum anno accidiſſe tradant alii. Aventinus ex Regione refert Lotharingios à Suatebogo quòd epiſcopos verberaret, nobilitatem & graviſſimos quoſque floccifaceret, ſcortorum, venatorum & viliſſimi cuiuſque arbitrio regnum adminiſtraret, ad Ludovicum fratrem iuſtis nuptiis editum defeciſſe: annum Regino indicare videtur 900 itaq; Ludovicum trans Rhenum ad Theodonis villam perductũ Germanos in Gallia Belgica Celticaq; recepiſſe, Suatebogum contracta perditorum hominũ manu rapinis flammaq; devaſtata Lotharingia poſtremo circa Moſam cum copiis Ludovici fratris confligentem à Stephano, Gebhardo & Machfrido præfectis interfectum. Ludovicus 4. Germaniæ rex anno Chri. 911. mortuus eſt.
911. Tum Franci orientales jure ſuo ſimulq; Hatto Moguntinus Archiepiſcopus & Otto Saxonũ Dux penes quos inde ab obitu Arnulphi Imp. rerũ ſumma fuerat, Conradum Haſſum, Conradi F. (Franconiæ Ducẽ vocant alii) ſuperiorũ Regũ & Cæſarũ domũ nullo gradu contingentẽ inquit Aventinus, Regẽ crearũt, cùm Boii Noriciq; ſibi Arnulphum elegiſſent, quem Conradus poſtea debellavit Con-
919. radoq; Chriſti anno 919. vita defuncto, ſucceſſor eius Henricus Anceps Germaniæ rex deponere Regis nomen compulit & Ducis Bojorum titulo uti permiſit. Conradus Cæſar initio Lotharingiæ quoque regnum tenuit, donec id Carolus Simplex

A Simplex occidentalis Franciæ rex occupavit tanquã hæreditario iure ſibi competens anno Chri. 914. menſe Iunio, iuxta eius diplomata Rutgero Archiepiſcopo Trever. data, in quibus ab iſto tempore annos indeptæ largioris hæreditatis numerat: quanquam Sigebertus idipſum ad annum Chri. 916. notet, quem ſequitur Richard. VVaſſenb. in antiquit. Gall. Belg. Carolus verò poſt annos ſeptem fœdere cum Henrico Cæſare apud Bonnam facto, Lotharingiæ regnum illi reſtituit, Epiſcopis & Comitibus utrinque rem jurejurando confirmantibus, Sigeberto teſte. Regino etiam refert Carolum promiſiſſe nunquam ſe regnum Lotharienſe ſibi uſurpaturum: deque hac re perſpicuè ſcripſit Otto Friſing. Epiſcopus lib. 6. cap. 18. Ita deinceps Henricus Lotharingia potitus eſt, Duciq; Giſelberto ex principibus regionis filiam ſuam Gerbergam collocavit, ſub-
B legato ei (inquit VVitichindus Saxo qui tum vixit) omni Lotharienſe regno. Cæſar Henricus Auceps anno Chri 936. moriens, Ottonem filium cognomento 936.
poſtea Magnum, ſucceſſorem reliquit: cui Lotharingiæ quoque regnum paruit, quanquã Giſelbertus Dux ſororius Ottonis ac alii quamplurimi proceres ſæpe rebellarent etiã in arma pertracto Ludovico rege occidentalis Franciæ: qui tamẽ extincto tandẽ Giſelberto, cæteriſq; defectionis auctoribus partim perẽptis, partim profligatis, cum Ottone pacem fecit, Giſelberti defuncti viduam quæ Cæſaris ſoror erat in uxorem duxit, Lotharingia iure utrando adlito in perpetuum ceſſit. Hæc ferè circa annum Chri. 944. accidere ut indicat Richard VVaſſenburg: ſiquidem Regino, Sigebertus, Vrſpergenſis & alii non planè conveniunt in anno: cæterùm de re nõ ambigitur: Otto rex Giſelberto Duce jam fato functo præfecturam regni Lotharingiæ filio illius impuberi Henrico ſorore regis Ger-
C berga nato ſervare decreverat eaq; propter tutorẽ nepoti dum adoleſceret Ducemq; Lotharingiæ conſtituit Ottonem patruum Veroduni Comitẽ: ſed cùm eodem anno uterq; & tutor pupillus è vita deceſſiſſent, Imp. Otto ducatum regni Lotharingiæ genero ſuo Conrado Francorum Duci VVormatiæ, qui dictus eſt Sapiens, tradidit anno Chri. 945. Ottoni ſuffectum in Ducatu regni Lotharii Conradum conſtat ex inſtrumento vetuſto quod in Antiquit. Gall. Belg li. 3 ponitur, Datum an. Chri. 952 regnante Ottone glorioſiſſimo rege anno 16. Conradus deinde cum ſocer in Italiam adverſus Berengarium profectus eſſet, tradita ſibi ab ipſo Rege vicaria poteſtate apud Germanos & Lotharingos egregiè defunctus eſt, rebelleſq; Belgarum principes auctore defectionis Reginerio Montis urbis Hannoniæ Comite, ingenti pugna juxta Moſam fluviũ devicit: tum in Italiam ad ſocerum abiit, Italiæq; præſes conficiendo adverſus Berengarium bel-
D lo relictus eſt à ſocero Ottone Aug. in Germaniam revertente, nimirum anno Chri. 952. Confirmatur iſtud diplomate Ottonis quod in Antiquit. Gall. Belg. lib. 3. ponitur, hoc initio & fine In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Otto Dei Gratia Rex Francorum & Italorum. Si petitionibus ſervorũ Dei &c. & poſtea, Conſultu fidelium noſtri regni procerum Conradi Lotharii quidem regni Ducis magnifici, nec non Ruthberti Trevericæ ſedis Archiep. & Adelberonis Metenſis eccleſiæ archimandritæ, Guzelini Leucorum urbis antiſtis, res præſcriptas &c. corroboramus, & manu noſtra & annulo &c. tũ in fine: S. Domini Ottonis ſereniſſimi regis HVilfridus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicancellarii recognovi. Anno Incarnat. Domini noſtri Ieſu Chriſti 952. Indict. 10. anno Domini Ottonis in Italia primo, in Francia (nimirum orientali.) 16. data XII. Cal. Feb. Actum Papiæ, in Dei nomine. Amen. Conradus poſtea cum uxoris fratre Luithulpho Imperatoris filio conſpiratione contra patrẽ inita rebus deſperatis profugiſſe ad Hungaros & eorum copias ducens interfectus ſcribitur à quibuſdam,

Digitized by Google

buidam, Reginone videlicet & Sigeberto, quos ſequitur Richard. VVaſs. licet A
alii deq; meliore nota ſcriptores nominatim VVitichindus Saxo qui tum vixit,
item Conrad. Abbas Vrſperg. & Otto Epiſcopus Friſing. eum cum ſocero, (is interim ab Agrippinenſe Colonia per Mediomatricum urbem uſque Briſacũ Alſatiæ, totam Lotharingiam luſtraverat atque receperat. ut indicat Aventinus)
rediiſſe in gratiam, ac deinceps perpetuo fidum manſiſſe, inſuper in illa memorabili pugna cum Hungaris apud Auguſtam Vindelicorum ann. Chr. 955. commiſſa, pro Rege Ottone fortiſſime dimicantẽ occubuiſſe, corpus eius maximo cũ
honore VVormatiã delatũ atq; ibi ſepultura cõditũ teſtentur: idq; equidẽ ſimilius vero videtur. Certè conſtans ſcriptorum traditio eſt, poſt Conradũ Lotharingiæ regno ab Ottone Magno præfectum fuiſſe fratrem Brunonem Archiep.
Colonienſem, quem Sigebertus Archiducem vocat, eaque dignitate auctũ ſcri- B
bit anno Chri. 957. quo Conradum quoque cæſum & cum Hungaris pugnatum
vult apud Vindelicos. Vnde liquidò apparet à cæteris auctoribus de pugnæ ann.
955. conſentientibus, Sigebertum vitio fortaſſe librariorum prout in aliis etiam
annis deprehenditur, biennio diſcrepare, & Brunonẽ Archiep. mox ab interitu
Conradi univerſæ Lotharingiæ Ducatum accepiſſe: niſi verius ſit quod Regino
annotat in an. Chri. 953. Brunonem tum Archiepiſcopum Colonienſem & totius regni Lotharienſis Ducem factum, regnum unà cum epiſcopatu ſuſcepiſſe.
Bruno iſte inquit Aventinus Annal. Boi. li. 5. haud longe à principio primus Epiſcoporum fretus fratris Auguſti auctoritate, Reipublicæ munia obire cœpit, illudũ
hactenus Epiſcopis fuerat ſacras docere literas. Hæc ille. Teſtantur idipſum plu-
rimi chronographi: inſuper VVitichindus qui tum vixit & hanc rem uti novam
& inuſitatã excuſare nititur. Mathildam reginam Henrico regi genuiſſe inter C
alios liberos Brunonem inquit, quem Pontificis ſummi ac Ducis magni vidimus
officium gerentẽ: ac ne quis eum culpabilem ſuper hoc dixerit, quum Samuelẽ
ſanctum & alios plures ſacerdotes pariter legamus & judices &c. Exceſſit Bruno
Archiepiſ. & Dux anno Chri. 965. quamobrem ſequente anno 966. Imperator
Coloniæ Natalẽ Domini celebrans cuncta ibi, inquit Regino, Lotharienſis regni negotia prout ſibi videbatur, diſpoſuit. Otto rex anno Chri. 958. filium Ottonem 2. Regem appellaverat: ipſe deinde Chri. an 962. incipiente coronatus Romæ fuerat à Pontif. Max. & Imperatoris titulũ ſumpſerat, Italia tum ante annis
decem ſubacta, & cum regno Germaniæ ſeu orientalis Franciæ devincta.
An. C. deceſſit inde Otto Magnus Imp. anno. Chri. 973. ſuccedente filio Ottone 2. qui
973. Romæ pridem anno Chri. 968. incipiente coronatus: cui regnũ etiam Lotharii
ceſſit. Id porro cum Lotharius occidentalis Franciæ rex tandem recuperare in- D
ſtituiſſet, exercituq; de improviſo adducto ad Aquas Graneas, eam urbem Imp.
Ottone ſubito lapſo per triduum poſſediſſet, Imperator mox contractis copiis
ipſum rurſus cedere compulit, inſecutus etiam uſq; ad Lutetiã Pariſiorum populabundus regnum eius ingenti clade affecit. Deinde ad Charum amnem congreſſi reges pacem fecerunt juramentoq; confirmarunt, Lotharingiam rex Lotharius abjuravit, inquit Sigebertus anno Chri. 980. referuntq; pariter eandem
rem Aventinus & Richardus VVaſſenburg. inter recentiores diligentiſſimi:
atque addunt ab Ottone Imp. poſtea Ducatum Lotharingiæ Carolo Lotharii
regis fratri collatum, videlicet anno Chri 98[illegible] ſicut VVaſſenburgius oſtendit
in 2. Articulo Prologi: quanquam Sigebertus in ann Chri. 977. id annotaverit.
VVaſſenburgius perquam exactè non ſolum cauſas rei geſtæ, ſed fines quoque
novi Ducatus Lotharingiæ tum Carolo attributi hac fere ſententia demonſtrat.
Imp. Otto 2. filios Reginerii quondã Montis Hannoniæ Comitis, paterna ditio-
ne pe

A ne per Brunonem Archiep. Colonienſem & Ducem regni Lotharii pridē exutos, affinitate atque opibus regum occidentalis Franciæ ſubnixos ægrè quieſcere poſſe nomen etiā regni Lotharii quod occidentalis Franciæ reges Caroli Magni adhuc poſteritas avito jure ſibi vendicabant, perpetuum diſſidiorū fomitē fore æſtimans, atque ideo penitus delere conſultum ducens, Reginerii filiis paternā ditionem inter Scaldem & Moſam reſtituit, Carolo verò Lotharii regis fratri (mater eorum Gerberga fuit Imp. Ottonis Magni ſoror, primum Giſelberti Ducis, poſtea Ludovici occidentalis Franciæ regis uxor) regionem quam ſuo jure dotalitio Gerberga mater tanquam Giſelberti quondā Ducis hæreditatē poſſederat, nimirum inter Moſam & Rhenum flumina circa urbes Metim, Tullum, Nanceium, & Alſatiæ confinia cum titulo Ducatus Lotharingiæ tribuit, addi-
B tis in idem nomen præfecturis locisque quæ Carolus jam tum ſuo jure hæreditario tenebat, nempe Bruxellas totumq; tractum finitimum ubi nunc Brabantia. Diſtincta tamen juxta ſitum ipſa appellatio: ſiquidem prior regio ſuperior Lotharingia dicta eſt, altera inferior. Hæc ille. Manet in hodiernum diem Lotharingici Ducatus geminum nomen, Lothringen. & Lothrich vulgò: poſtremumque ferunt inter ſuos titulos Brabantiæ Duces, nunc Burgundicę domus poſſeſſor Hiſpaniarum rex &c.

Regno Lotharii tum ab Imp Ottone 2. ſciſſo ac diviſo, Ducatu etiam iſthoc novo Lotharingiæ conſtituto iis finibus qui modo deſignati ſunt, propinquus Moſellæ tractus Moſellani Ducatus nomen retinuit: eoq; potitum legitur illa tempeſtate Fridericum Ottonis illius filium quem paulo antè commemoratū eſt ab Imp. Ottone Magno tutorem fuiſſe datum Henrico Giſelberti Ducis &
C Gerbergæ filio, ſimulque cum ipſo pupillo mortuum anno Chri. 945. Fridericus iſte Moſellanus Dux caſtellum Bar condidit, unde poſtea Bari Comites appellati. Obiit anno Chri. 984. filiis relictis Theoderico qui Ducatum nactus eſt, & Adelberone qui primùm Virdunenſis, deinde Metenſis epiſcopus fuit, quemadmodum Richard. VVaſſenburg. antiquit. Gall. Belg. lib. 1. ſub Berengario 33. Virdunenſium epiſcopo docet. Eundem Theodericum Moſellanorum Ducem præter alios ſcriptores memorat Sigebertus in anno Chri. 1009. Filium habuit Fridericum, & ex eo duas tantum neptes. Itaque de hoc in anno Chri. 1033. ſic annotat Sigebert. Friderico Moſellanorum Duce mortuo quia mares filios non habebat quibus Ducatus cōpeteret, Gothelo Dux Lotharingiæ impetrato ab Imperatore etiam Moſellanorum Ducatu, in Lotharingia potentius principatur. Nec abs re fuerit animadvertere Carolum primum Lotharingiæ Du-
D cem de quo dictum eſt, anno Chri. 991. deceſſiſſe, Ottone filio ſucceſſore relicto: qui cùm anno Chri. 1005. ſine liberis obiiſſet, Ducatus Lotharingiæ datus fuit Godefrido Comiti Ardennenſi: cui dein mortuo ſubſtitutus eſt Gothelo frater eius anno Chri. 1019. ſicuti in iiſdem annis ſcribit Sigebertus. Atque is Gothelo Dux utrunque Ducatum nempe Moſellanorum & Lotharingiæ donec vixit, tenuit, Sigeberto item teſte in anno Chri. 1044. Sed quoniam Ducum iſtorum ſeries ipſos Reges & Imperatores nonnihil antevertit, ad Ottonem 2. Aug. redeundum eſt. An. C.

Otto 2. Imp. obiit anno Chri. 983. Succeſſit filius Otto 3. Imp. qui anno Chri. 983.
1001. fato functus. Poſt Ottonē 3. Rex creatus eſt Henricus 2. Claudus. Imp. Hic 1001.
anno Chri. 1024. moriens, Conradum 2. Saliquum, Ducem Francorum, Regem 1024.
deſignavit. Conradus dein Imp. Filium ſuum Henricum 3 Regem dixit an. Chr.
1030. ac poſtea Chri. anno 1039. exceſſit. Imperavit deinceps Henricus 3. Ni- 1039.
ger, uſque ad annū Chri. 1056. quo mortuus: cum ante biennium impuberem 1056.

Digitized by Google

An. C. filium Henricum 4. Regē appellaſſet. Henricus 4. patre mortuo regnavit atque A
1.06. imperavit uſque ad annum Chri. 1106. quo etiam obiit, quanquā filius eius Hen-
ricus 5. Iunior, adhuc vivo patre atq; ipſo tandem deſtituto Rex factus: qui dein-
1125. de regnans & imperans anno Chri. 1125. deceſſit. Eius frater Conradus priùs à
patre Rex dictus, ante patrem exceſſerat. Henrico 5. ſuffectus eſt Lotharius 2.
1138. Saxo, Imp. mortuus an. Chri. 1138. Cui Conradus 3. Suevus, Rex ſucceſſit. Is anno
1152. à Nat Chri. 1152. è vivis excedens ſucceſſorem nactus eſt Imp. Fridericum Ahe-
90. nobarbum Suevum: qui in flumine periit anno Chri. 1190. cum filius eius Hen-
ricus 6. jam antea Chri. anno 1170. Rex creatus fuiſſet.

Moſellanorum atque item Lotharingiæ Dux (ut illorum quoque Ducum ſe-
ries continuetur) Gothelo deceſſit an. Chri. 1044. Cuius filius Godefridus ut in
eodem anno Sigebertus ſcribit, dum ei Ducatus Moſellanorum denegaretur, al- B
tero Ducatu repudiato rebellavit Imperatori, atque anno Chri. 1048. Albertum
peremit, qui Moſellanorum Ducatum ipſi negatū ſuſceperat. Tum Imperator
Ducatum Moſellanorum Friderico (Bojariæ quondam Ducis Henrici, fratris
Cunegundæ Aug. filio) Ducatum verò Lotharingiæ Gerhardo de Alſatia, (La-
zius Eberhardum vocat) dedit. Sed Godefridus ſequenti anno atq; iterum Chri.
anno 1057. reconciliatus eſt imperatori. Quamobrem cum anno Chri. 106 . Fri-
dericus deceſſiſſet, Gerardus Ducatum illius adeptus eſt. Gerardo Moſellanorū
Duce anno Chri. 1070. mortuo, filius ſucceſſit Theodericus. Et cū eodem anno
Godefridus etiam obiiſſet, Ducatum Lotharingiæ ſuſcepit eius filius Godefridus
Gibber: Schaffnaburgenſis manifeſto errore Gothelonē vocat. Godefrido hoc
perempto Antvverpiæ anno Chri. 1076. Ducatus Lotharingiæ tandem conceſ-
ſus eſt nepoti illius ex ſorore, Godefrido Bullionio, qui anno Chri. 1096. expedi- C
tionis in Paleſtinam princeps fuit, annoque Chri. 1100. rex Hieroſolymarum
ibidem fato functus eſt. Hæc iiſdem annis clarè annotat Sigebertus: alii quoque
ſcriptores confirmant. Poſt Godefridum verò regem frater eius Baldovinus &
regis Hieroſolymitani & Ducis Lotharingiæ titulum ſumpſit, alterq; fratre eius
Guilielmus Boloniæ Comes, vice Baldovini in Paleſtina degentis adminiſtra-
tionem habuit præſertim ſuperioris Ducatus Lotharingiæ: nam Ducatus infe-
rior poſt obitum Godefridi regis Henrico Comiti Lemburgenſi datus eſt ab Im-
peratore Henrico 4, Seniore, cæterùm eidem iterum ablatus ab Imp. Henrico
5. Iuniore, redditusq; Godefrido Lovanienſi Comiti, anno Chri. 1106. teſte præ-
ter alios Sigeberto. Sic inferioris Lotharingiæ Ducatus deinde penes Godefridū
iſtùm Lovanienſem eiusque poſteros, atque à ſuperiore Lotharingia divulſus
manſit, Brabantini etiā Ducatus appellationē nactus eſt, fruſtra conniſo Henri- D
co Lemburgenſe Godefridum repellere Ducatumque recipere, capta etiam ur-
be Aquis Graneis: ſiquidem haud diu pòſt inde rurſus à Godefrido ejectus eſt.
Probant hæc paſſim non ſolum Sigebertus, ſed etiam Schaffnaburgenſis & ex
recentioribus præter Nauclerum diligentiſſimè Richardus VVaſſenburg. fide
veterum inſtrumentorum innixus: addens Godefridum Lovanienſem & Hen-
ricum Lemburgenſem pace tandē facta retinuiſſe non ſolum inferiorē Lotha-
ringiam, ſed communibus armis ſuperiorē quoque ſibi aſſerere verum fruſtra
conatos. Superior autem Lotharingia poſt obitū Baldovini regis Hieroſolym.
mortuoq; jam etiam illius fratre VVilhelmo Comite Boloniæ, qui hactenus cū
Ducatum pro fratribus Godefrido Baldovinoq; peregrè agētibus cum nomine
Roctoris obtinuerat, illius filio Theoderico ceſſit circa Chr. annū 11 9. manſitq;
deinceps filio illius Simoni, Duci & Marchioni, Simoniſq; liberis ex ſorore Im-
peratoris

Digitized by Google

A peratoris Lotharii procreatis: cuius nimirum ope Simon adverſus Godefridum
Lovanienſem & Henricum Lemburgenſem prævaluit.

Sed nunc omiſſis Lotharingiæ Ducatibus, ad Moſellanum Ducem Theode-
ricum redeundum eſt. Eum memorat Schaffnaburgenſis qui tũ vixit, ann. Chri.
1074. inter principes qui Henrico 4. Imp. adverſus Saxones adeſſe recuſabant.
Idem ſcriptor an. Chri. 1075. Theodericum Moſellæ regionis Ducem copias ſu-
as accuratiſſimo delectu habito, cum aliis principibus Imperatori Henrico 4. ad-
duxiſſe prodit. Richardus VVaſſenb. ſub Richero 42. Virdunenſi epiſcopo vetus
inſtrumentum ponit, datum anno Chr. 1096. in quo Drogo Dapifer Theoderici
Ducis Lotharingiæ teſtis citatur. Id porro de Theoderico Moſellanorum Duce
(nam & Moſellani promiſcuè Lotharingiæ Duces appellabantur tanquam Du-
ces in veteri Lotharingia) conſtat accipiendum, quia Godefridus Bullionius
B eadem tempeſtate Ducatũ qui propriè dicebatur Lotharingiæ, conſenſu omni-
um auctorum tenuit. Quanquam verò Lazius catalogum Ducũ Moſellanorũ
utcunque collectum Theoderici huius nomine claudit, nec Duces iſtos ulterius
inveſtigavit, ſed Lemburgenſes atque Lutzenburgenſes Comites deinde poten-
tiores factos majorẽ huius Ducatus partem feudo impetraſſe exiſtimat: inveni-
tur tamen & Simonis Moſellanorũ Ducis Theoderici filii mentio, quem Rich-
ardus VVaſſenburg. lib. 4. Antiquit. Gall. Belg. ſub Henrico & Vrſino 44. &
45. Virdunenſi epiſcopo poſtremum Moſellanorum Ducem fuiſſe, filiam tan-
tummodo genuiſſe Bertham, eamque Theoderico Lotharingiæ Duci dediſſe
nuptum teſtatur. Et aliquoties diſertè repetit, inſtrumentorum quoque veterũ
in id teſtimonia citat, Theodericum Lotharingiæ Ducem ex Bertha Simonis
ultimi Moſellanorum Ducis unica filia liberos complures ſuſcepiſſe, maxi-
C mumque natu Simonem Ducatum Lotharingiæ nactum, qui Imp. Lotharii 2.
ſororem Geltrudam coniugem habuit: ipſum Theodericum patrem ann. Chr.
1128. monachatu apud Mediolacum aſſumpto poſt annos quatuor obiiſſe mor-
tem: ita Moſellani Ducatus nomen Simone poſtremo Duce Berthaque Moſel-
lanæ diſtractum prorſus interiiſſe. Hæc ille: atque adeo liquet circa finem Imp.
Henrici 5. Iunioris tandem Moſellæ regionis Duces ut appellat Schaffnaburgen-
ſis, eſſe deſiiſſe.

PARS XI.

D *NVNC regibus orientalis Franciæ, nec non Imperatoribus Romanis qui poſt Caroli Magni exceſſum uſque ad Fridericum primum fuerunt, præfectus quoq; regni Lotharii, præſertim qui poſtremo Lotharingiæ regioniſq; Moſellanæ Duces nuncupati ſunt breviter indicatis, proximum eſt ut epiſcopi Treverenſes eiuſdem ſæculi recenſeantur: quorum etiam res geſtæ paucis una eademq; opera ſpecimen ipſorum eccleſiæ dare poterunt. Hamalarium Fortunatum 63. Treverorum epiſcopum cenſeri dictum eſt antea: de cuius ætate ſcrupu-*

Digitized by Google

lum facit varietas ſcriptorum: uti & in tempore ſequentium aliquot pontificum ſit. Cæterùm collatis invicem diligentiſsimè cuiuſque tam initio quam fine, rebus etiã memorabilibus circa quenque geſtis, anni illorum deprehendi utcunq; poſſunt hoc modo. Hamalarius epiſcopatu abiit anno ferè à Nativi. Chri. 823. Deinde 64. antiſtes factus ex Abbate Mediolacenſi Hetto, qui & Hecti & Hettingus appellatur: præfuit annis 37. Monaſterium canonicorum regularium in Confluentia fundavit (inquit Trittenhemius Chron. Hirſaug.) monente S. Materno in ſomnis, in quod corpus S. Caſtoris de Cardona transferens collocavit: ſed canonici Sancti Caſtoris ante plures annos regulam abiecerunt. Idem Trittenh. teſtatur. Hecti hunc interfuiſſe frequenti epiſcoporum & abbatum ſynodo Moguntiæ Lotharii Imp. juſſu anno Chri. 848. Indict. (11. pro) 12. habitæ, qua Godeſcalcus Belga, presbyter hæreſis (de prædeſtinatione ſicuti Aventinus indicat) condemnatus, multaq; ad decorem & utilitatem eccleſiaſticam conſtituta. Hettino ſucceſsiſſe Tietgaudum conſtat, epiſcopum 65. idq; circa Chri. annũ 859. Huius anno ſexto canis ater in epiſcopali cathedra Treveris ſedere viſus eſt ut in geſtis Trever. lib. 2. cap. 14. atq; etiam ab Aventino traditur. Tietgaudum ſimplicem & parum doctum fuiſſe perhibent ſcriptores, unaq; cum Gunthero Colonienſe pontif. Synodo habita Metis anno Chriſti 863. auctorem factum Lothario regi Imp. Lotharii filio repudiandæ Tietbergæ juſtæ conjugis, & ducendæ alterius: quamobrem Lotharius pellicem Waldradam ſibi in uxorem aſſumpſit. Ea de cauſa Nicolaus Magnus Pontif. Rom. Guntherum & Tietgaudum ſacerdotio movit, ipſum quoque Lotharium communione piorũ excluſit (anno Chriſti 864.) Tietgaudus unà cum Gunthero aliquot annis agitata contentione cum Pontifice Rom. tandem in Italia fato functus eſt, nimirum anno epiſcopatus 10. ſicuti in geſtis Trever. lib. 2. cap. 14. legitur, qui eſt annus Chriſti 869. & ſequenti anno rex quoque Lotharius obiit. Tietgaudo mortuo ſucceſsit 66. epiſcopus Bertulphus (anno Chriſti 870.) tunc Mediolacenſis Abbas, quem Carolus Calvus occidentalis Franciæ rex occupato Lotharii nepotis ex fratre regno pontificem Treveris impoſuit. Huius anno primo, nempe Chriſti 871. juſſu Ludovici orientalis Franciæ regis, Synodus apud Coloniam Agripinenſem celebrata eſt cui ipſe Bertulphus interfuit: atq; ibi ut Avent. Annal. Boio. lib. 4. memorat. D. Pauli ad Timotheum Titumq; de libro epiſtolæ recitatæ ſunt:

ſacer-

A ſacerdotes, epiſcopi avari, veneri ventriq́ dediti ignominia notati tribuq́ moti ſunt. Imperatum myſtis ut literis ſacræ philoſophiæ operam darent: ut oves paſcerent, nevè gregem à Deo creditum malis exemplis trucidarent: neu lac conſumerēt, de lanis ſe contegerent. Ante omnia ut curam pauperū agerent epiſcopi parochiq́ preceptum fuiſſe lego. Hæc ille. Bertulphū anno quinto præſulatus Walonem Mediomatricorum epiſcopū pallio ipſi ab Romano Pontifice tributo præter ſuam auctoritatem uti vetuit jure Metropolitani. Villam quæ Martia dicitur de manu Regis comparavit, ut B in geſtis lib. 2. cap. 15. ſcribitur. Anno eius 12. Chri. 882. Nordmannica clades accidit, qua Treverorū Auguſta capta direptaq́ conflagravit: annoq́ proximo, Chr. 883. 4. Id: Septēb. Reginone teſte Bertulphus è vivis exceſſit. Tum 67. Treverorum antiſtes factus eſt Rathbodus, item ex Abbate Mediolacenſe: quem Scheckmannus epit. lib. 2. cap. 10. dicit Abbatiam S. Servatii in Trajecto ſuperiore ad Moſam, præceptūq́ de hoc ab Arnulpho Imp. obtinuiſſe. Legitur iſtud diploma lib. 2. c. 16. geſt. Trev. tale: In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis: Arnulph⁹ divina ordināte clemētia rex: C Si fideliū noſtrorum petitionibus aurem ſerenitatis noſtræ accommodamus, opemq́ ex ſupernæ largitatis commodo eis præbere ſtuduerimus, ad perennis vitæ ſalutem fœliciter obtinendam hoc nobis profuturum eſſe liquidò credimus. Quapropter comperiat omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium preſentium ſcilicet ac futurorum ſolertia, quoniam Rathbodus venerandus Trev. eccleſiæ archep. adiit culmen ſerenitatis noſtræ ſupplicans, ut quandam Abbatiam S. Servatij confeſſoris quæ vocatur Trajecta, in Comitatu Maſeland nuncupato conſiſtentē, ad eccleſiam S. Petri principis apoſtolorum, quæ conſtructa conſtat in civitate Treverenſi, ubi prin- D cipalis epiſcopii ſui ſedes eſſe dinoſcitur, ad honorem Dei Sanctorumq́ eius ibidem quieſcentium traderemus. Statimq́ nos congruæ eius ſuaſioni ob reverentiam ſui gratanter ſatisfacientes, decrevimus ita fieri. Dedimus quoq́ eandem Abbatiam cum univerſa integritate ſua ad præfatæ ſedis eccleſiam, in beatæ memoriæ Ludovici regis aviq́ noſtri, nec non Karolomanni genitoris noſtri, patruorumq́ noſtrorum videlicet Ludovici & Caroli Chriſtianiſſimorum regum, animæq́ noſtræ perpetuam commemorationem, cum eccleſiis, curtibus, ædificiis, familiis, mancipiis utriusque ſexus, decimis, vineis, campis, agris, paſcuis, ſylvis,

aquis aquarumue decurſibus, molendinis, piſcatiōibus, vicis & villis, viis & inviis, exitibus & reditibus, cultis & incultis, quaſitis & quarendis, mobilibus & immobilibus & cum univerſis appendiciis & adiacentiis ſuis. Hæc itaque univerſa per hoc præſens auctoritatis noſtræ præceptum ad ſæpe nominatam ſedem æternaliter pertinenda donamus & tradimus, ea ſcilicet ratione, ut præfatus epiſcopus ſucceſſoresq́; illius ſimilem perpetuis temporibus ex prælibata Abbatia habeant poteſtatem, veluti de cæteris eiuſdem epiſcopatus cauſis, juxta utilitatem ipſius eccleſiæ cuncta prout illis placuerit ſecurè diſponere: quatenus rectores eiuſdem cum omni clero eorum regimini ſubjecto, tam pro nobis quàm pro antedictis prædeceſſoribus noſtris Dei miſericordiam ſemper exorare delectat. Et ut hæc donationis noſtræ auctoritas nullo unquā ſucceſſore noſtro irrumpente ſolidiſſimam in Dei nomine per omnia mundi voluentis ſecula obtineat ſtabilitatem munimine noſtro roborata, manu noſtra ſubtus eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari. Signum domini Arnulphi largiſſimi regis, Aſpertus Cancellarius ad vicem Theomari archicapellani recognovi. Data Cal. Iulii Anno Dominicæ Incarnationis 889. Indict. 7. anno 2. regni domini Arnulphi piiſſimi regis, Actum Franckenfordt/ palatio regali, in Dei nomine fœliciter. Amen. Eidem Rathbodo Trever. epiſcopo Zuendeboldus rex illam S. Servatij Abbatiam confirmavit huiuſmodi ſcripto, quod in geſtis Trever. ſuperiori additum eſt. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Zuendeboldus divina largiente clementia rex. Si more prædeceſſorum noſtrorum eccleſias Chriſti honoramus, credimus hoc nobis ad profectum corporis & animæ pertinere. Ideoq́; noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium & futurorū prudentia, qualiter venerabilis genitor noſter Arnulphus Trevērenſi Metropolitanoq́; ſedi ad ſanctū Petrum principē apoſtolorū quandā Abbatiā poteſtativo jure contradidit ubi Rathbodus Reverendiſſimus archiep. eſſe videtur. Quam poſtquā ad nos primitus Deo patreq́; noſtro concedente regni ſublimitas pervenit, ob fallentium ſeriem & obfallentium ora qui præfatū epiſcopum totamq́; illius tuitionis congregationē hoc velle narraverant, injuſtè Regennario in precariā conceſſimus. Quo ita geſto noſtrorū mox inientes conſilium, placitum generale noſtrū Aquis Grani palatii fieri, fidelesq́; noſtros illuc venire ſtatuimus. Illuc memoratus archiep. Rathbodus veniens ſe ad noſtrā reclamavit dominationē, quòd

A quòd jam dicta Abbatia de præfata ſede illo cæteraq; congregatione neſciente injuſtè fuiſſet adempta. Quod nos circumcogitantes, ne forte incurramus periculū in futuro, ipſā Abbatiā cum conſilio & judicio omnium noſtrorum videlicet Epiſcoporū & Comitū, antedictæ ſedi Treverenſi reddidimus, quæ eſt in pago Maſcland/ vocabulo Trajecta, quæ in beati confeſſoris honore conſecrata eſt Servatij: ipſiq; eundē epiſcopum inveſtientes, coram multitudine populi recipimus, ut ne ulterius ipſius vel ſuccedentium illius temporibus alicui per precariam concedatur. Quod ſi alicuius ſuccedentium
B illius temporibus eveniat, anathematis ambo & qui dat, & qui accipit vinculis ligati in æternū permaneant. Quod ut firmius habeatur, ipſi (manu noſtra ſubtus) firmavimus, annuloq; noſtro inſigniri juſſimus. Signū Zuendeboldi glorioſiſſimi regis. Walkerus notarius ad vicē Rutgeri archiepiſcopi archiq; capellani recognovi. Data 3. Id Maii ipſa die feſtivitatis ſancti Servatij. Anno incarnat. Dominicæ 898. indict. 1. anno vero regis piiſſimi 4. Actū Aquis Grani palatio: inveſtitum verò in ipſo Trajecto. Sed & aliud diploma ſubijcitur in geſtis huiuſmodi. In nomine ſanctæ & in-
C dividuæ Trinitatis, Zuendeboldus diuina præordinatione rex. Si anteceſſorum noſtrorum glorioſorum regū pium morē ſequentes, eccleſiarum ſtatum regalis auctoritatis rigore inuiolatū ſeruamus, ac ſeruorum Dei utilitatibus prouida diſpoſitione conſulimus, id nobis ad tranquillitatem regni noſtri, & ad beatitudinem æternā promerendam liquidò credimus profuturum. Noverit igitur omnium noſtrorum fidelium præſentium & futurorū notitia, qualiter de Abbatia S. Servatij Trajectenſis monaſterii, in pago Haſpanienſe juxta Moſam, & in Comitatu Maſcland/ quam dominus genitor noſter Arnulphus glorioſus rex ad eccleſiā beati Petri
D Trevericæ ſedis regiæ poteſtatis jure tradiderat, ac perpetua ſtabilitate firmaverat, Rathbodus eiuſdem eccleſiæ uenerabilis archiepiſcopus in generali placito noſtro querèloſis ſe precibus proclamavit, plangens eā à Regennario ſub obtentu precariæ contra libitum ſuum ſuorumq; fidelium uſurpatam, ac de ſupradicta eccеſia violenter abſtractam. Protulit quoq; quomodo in ſupradicto monaſterio miſſi ſui accepti per poteſtatē, in Numagam ad noſtrā præſentiam deducti, ibiq; minis territi & violentia oppreſſi ob aſſenſum ex ſua parte illo cleroq; ſibi cōmiſſo neſciente, huiuſcemodi uſurpativæ precariæ invitè aſſenſum præbuerunt, ac per argumentoſas ſuggeſtiones (id) noſtra auctoritate retulit firmatum. Nos vero

Digitized by Google

omnia tranſacta per ordinem recolentes, fallentiū jam calliditatibus detectis, querimoniā illius veram eſſe agnovimus. Perpendentes igitur & verentes ne fortè quod abſit, de eleemoſina genitoris noſtri detrimentū animæ noſtræ faceremus, pro conſervanda eius pietatis munificentia ipſam Abbatiā cum conſilio & judicio Epiſcoporum & Comitum noſtrorū memoratæ Treverenſi eccleſie reddidimus: & venientes ad ipſum monaſterium in quo beati Servatij corpus quieſcit, manu propria cum aſſiſtentibus pluribus fidelibus noſtris reſtituimus, & hos noſtræ redditionis ac confirmationis apices exinde fieri juſſimus, per quos enixius jubemus firmiterq́ ſancimus ut neque in præſenti, neq; per ſuccedentia tempora ullatenus alicui in precariam concedatur, nec aliquo alio ordine cuiquam ex ea quidpiam largiatur, præterquā iis qui eidē Treverenſi eccleſiæ deſervierint: & qui dederit & qui acceperit anathematis periculo perpetualiter conſtringatur. Ut autem præſens noſtræ reformationis ſcriptum inviolabilem per ſuccedentia tempora in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum domini Zuendeboldi glorioſiſſimi Regis, Waltgerus notarius ad vicem Rathbodi archiepiſcopi acrhiquecancellarii recognovi. Data 3. Id Maii, ipſa die ſancti Servatii feſtivitatis. Anno Dominicæ incarnat. 898. Idict. 1, Anno verò Regis piiſſimi quarto. Actum Aquisgrani palatio, inveſtitura verò in ipſo monaſterio à Rege cum multitudine populi facta, in Dei nomine Amen. Hæc de Rathbodo epiſcopo: quem inſuper à Ludovico rege, Arnulphi filio, caſtella Sericum & Orſuels cum villis finitimis obtinuiſſe traditur in geſtis lib. 2. cap. 16. Suceeſſit illi 68. epiſcopus Rutgerus, anno Chriſti 914. uti videtur ex annotatione chronographi Colonienſis. Huic item regia duo diplomata conceſſa leguntur in geſt. Trever. lib. 2. cap. 16. hac forma. In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis, Carolus divina propitiante clementia rex Francorum. Dogmate divino inſtruimur & regia majeſtate monemur quatenus Sanctorum loca ſub ſolida tuitione provideamus: & ſi quæ ſunt alicuius pravitate attrita, ad priſtinum reverti faciamus ſtatum. Noverit igitur omniū ſanctæ Dei eccleſiæ fideliū noſtrorū videlicet præſentium ac futurorum induſtria, quoniā vir venerabilis, nobis fidelis Rutgerus Treverenſis eccleſiæ archiepiſcopus ſæpius plagēdo adiit celſitudinē noſtram,

dicens

Digitized by Google

A dicens quod Abbatiam ſancti Servatii quæ eſt conſtructa in Trajecto, in Comitatu Maſtland/ quam dedit per ſuum præceptum ſibi commiſſæ Treverenſi eccleſiæ Arnulphus rex, ſed violentia Razinheri Comitis & filii eius Giſilberti à prædicta Trever. eccleſia jam olim eſſet injuſtè ablata. Ergo ad cauſas noſtras eius proclamationem mittens, judicio ſcabinorum palatii noſtri & atteſtatione omnium fidelium noſtrorũ, ipſam Abbatiã Sancto Petro in cuius honorem eſt conſtructa Treverenſis eccleſia, & prænominato præſuli reddimus ut in perpetuum ſine cuiuſpiã contra-
B dictione cum omni integritate ipſe & ſucceſſores eius ipſam Abbatiam teneant atq; poſſideant, & quicquid pro ſua ſuæq; eccleſiæ utilitate ex ipſa facere decreverint, liberam in omnibus poteſtatem habeant faciendi. Et ut hæc notitia inſtantibus & futuris temporibus rata eſſe credatur & firmior habeatur, ſigillo noſtri palatii eam roborari juſſimus. Hæc ſunt nomina eorum qui præfatum contulerunt judicium, videlicet Epiſcoporum Wifridus, Dado, Raubertus, Abbo, Stephanus, ſed Comitum Matfridus, Sigardus, Otto, Fulbertus, Chriſtianus, Erkengerus, Iſcimbardus, Hun-
C gerus, Ecfridus, Ermenfridus, Walterus, item Walterus, nec non & Scabinorum Blidulphus, Regnardus, Adelbertus, Sigebertus, Witterus, Adelbardus, Rubertus, Bernacrus, Volmarus, Roricus, Otkerus, Ingrannus, Betto, Engilbertus, Sunnus, Filbertus, Iſvvardus: Rathbodus notarius præcipiente domino rege Carolo hanc notitiam ſcripſit, Data Id. Iunii, Indict. (8) anno 27. regnante rege Carolo, redintegrante 22. largiore verò hæreditate indepta 7. (is eſt annus Chri. 920. Actum Eriſtal Palatio. Aliud. In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis, Carolus divina largiente miſericordia rex Francorum. Si ſervorum Dei petitionibus
D aurem libenter accommodamus divini cultus amore, regium decenter amorem exequimur, ac vitæ æternæ præmia propter hoc adipiſci veraciter credimus. Quocirca comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorum videlicet præſentium & futurorum ſolertia, quoniam archipræſul venerabilis Treverenſis eccleſiæ Rutgerus noſtræ ſerenitatis culmen adiit, conquerens quod Abbatiam quandam quæ eſt conſtructa ſuper flumẽ Moſam in loco Trajectis nuncupato, ubi requieſcit corpus ſanctiſſimi confeſſoris Servatij, Arnulph9 quõdã rex deprecãte Rathbodo prædictæ eccleſiæ pridẽ archiepiſcopo, delegaverat ſancto Petro apoſtolo ad cathedram Treverenſem, idq; ſuæ ſanctionis præceptum confirmare

mare ſtuduit, ſed irruentibus diverſis contrarietatibus à poteſta- A
te eiuſdem ſedis Ragnerus pridem Comes eandem Abbatiam vio-
lenter ſubtraxit, & reclamante dicto Rathobodo apud regẽ Zu n-
deboldum, illã reddere compulſus eſt Sancto Petro, verum Zuen-
deboldo perempto iterũ à Ragnero peruaſa eſt; ac poſt illum ab eius
filio Giſilberto pari violentia hactenus negaretur reddere. Cuius
petitionem fore ſalubrem cognoſcentes, conſenſu epiſcoporum no-
ſtrorum & judicio Comitum ſeu aliorum fidelium ſupradictã Ab-
batiam in Trajecto ſuper flumine Moſæ ſitam, in Comitatu verò
Hasbacenſi, in conſpectu noſtro & præſentia principum noſtro- B
rum ipſimet prælibato archiepiſcopo reddere imperamus pro a-
more Dei, ita duntaxat ut à nobis reſtituta ſancto Petro uſibusq́;
ſanctæ Treverenſ. eccleſiæ, abhinc in futurum nullus valeat eam
ſubtrahere vel dividere exinde , ſed noſtræ pietatis munere ipſe
archipræſul Rutgerus & eius ſucceſſores memoratam ſæpe Abba-
tiam habeant, teneant, cum villis, mancipiis utriuſq́; ſexus &
omnibus rebus juſtè ibidem pertinentibus, & earundem rerum
exactionibus, & omnia ad ſe pertinentia regant & diſponant pro
ſuæ utilitatis ſtudio, ſicut priorum regũ auctoritates patefaciunt.
Hanc igitur Abbatiam reddendam noſtræ auctoritatis præcepto C
archipræſuli Rutgero ſuæq́; eccleſiæ manu propria roboravimus,
& annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signũ Caroli regis
glorioſiſſimi. Gozelinus notarius ad vicem Rutkeri archipræſulis
ſummiq́; cancellarii recognovit. Data 7. Id. Iulii Indict. (8.) anno
regni Caroli inclyti regis 27. redintegrante 22. largiore vero hære-
ditate indepta 8. (annus Chr. eſt idem qui ſupra 920.) Actũ in vil-
la Theodonis. Rutgerũ archiep. conventu ſuffraganeorũ ſuorum
myſtarumq́; reliquorũ Treveris acto librum canonicorum decre-
torũ ſua induſtria compoſitũ publicaſſe ſanxiſſeq́; nec diu ſupervix- D
iſſe ſcribitur in geſtis lib. 2. ca. 16. quod Trittenh. quoq́; refert Chron.
Hirſ. Mortuũ an. Chr. 928. ſucceſſiſſe Ruthbertum auctor eſt Re-
gino. Ruthbertus igitur ſeu Robertus 69. Treverorũ antiſtes fuit.
Huic Otto Magnus diploma dedit huiuſmodi. *In nomine ſanctæ*
& individuæ trinitatis: Otto divna favente clementia rex. Si ju-
ſtis fideliũ noſtrorũ precibus præbuerimus remunerationes, recom-
penſationẽ ubi de eccleſiaſticis fit rebus, domini, (ſperãus:) ubi au-
tẽ de negotiis fit humanis, noſtros fideles credimus nobis fideliores ex-
inde fore, & promptiores devotioresq́; obſequio. Proinde agnoſcat
omnium

A *omnium fidelium noſtrorũ conventus, qualiter nos proceres noſtri adeuntes ſcilicet Magonciacenſis epiſcopus Fridericus, & frater noſter Henricus, ſimulq́; Comes Hermannus rationali prece deprecati ſunt, ut eccleſiæ S. Petri Treverenſi ac fideli noſtro Roberto eiuſdem ſedis epiſcopo daremus, quin potius reſtitueremus Abbatiam ſancti Servatij, ſitam Ttrajecto. Quorum ratis petitionibus acquieſcentes, agnoſcentesq́; nos ad hoc debitores ut juſtitiam faceremus eidem eccleſiæ Treverenſi, reddimus & reſtituimus illi eccleſiæ prædictam Abbatiam S. Servatij ex toto & integro, om-*
B *nia appendentia cum omnibus quæ viſa eſt habere. Innovantes ergo prædeceſſorum noſtrorum dictionem regum videlicet Arnulphi, Zuendeboldi, Ludovici & Caroli qui prælibatæ ſedi antedictam contulere Trajectenſem Abbatiam, hoc regiæ liberalitis præcepto ſancimus quòd nemo ſucceſſorum noſtrorum præſens datum infringendi, ſeu aliquo modo violandi habeat poteſtatem. Et ut hæc traditionis noſtræ auctoritas pleniſſima vigeat firmitate, (eam) manu noſtra ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione corroboravimus. Signum Domini Ottonis* T∸T *Sereniſſimi regis*
C *Bruno* Cancellarius *ad vicem Friderici archicapellani recognovi. Data 4. Cal. Ianuar. anno Incarnat. dominicæ 946. Indict. (4) anno domini Ottonis 10. Actum in Chalahem. Ruodbertus archiepiſcopus, (inquit Regino in anno Chri. 950.) pro acquirenda Abbatia S. Maximini multum laboravit, ſed Deo propitio non prævaluit. Sancto Martino bona quadã abſtuliſſe ſcribitur in geſtis Trever. li. 2. ca. 16. Peſte tandem an. Chr. 956. perijt, ſuccedente Henrico ſicuti vetus ſupplementũ Reginonis habet: & obitũ eius cõfirmat eodẽ anno Schaffnaburgenſis. Succeſſit igitur Henricus 70. epiſcopus, qui crucẽ è lapide medio civitatis foro Treveris ſtatuit*
D *cũ hac inſcriptione: Ob memoriam ſignorũ crucis quæ cœlitus ſuper homines venerãt, anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLVIII. anno verò epiſcopatus ſui ſecundo Henricus Archiepiſcopus Teverẽſis me erexit. Supereſt etiamnũ ea crux cũ aurea imagine Divi Petri clavigeri in area rubẽte ſaxo inciſa, qđ eſt Auguſtæ Treverorũ inſigne. Monachi quidã nominatim Scheckmãnus ob hanc fortaſſe crucem forum in urbe quod nunc eſt, Henricũ inſtituiſſe fabulantur. In geſtis ſcribitur eum regulares officinas & clauſtrũ circa majorem eccleſiam conſtruxiſſe, vigorem regularis converſationis ibidem exerceri decreviſſe. Qua de re Spanheimenſis Abbas Trittenh. Chron. Hirſaug. verba propemodum eadem ponit, inquiens:*

Tom epiſ. 3. lit. Z. pictu. L.

inquiens: Henricus regulares officinas & clauſtrum Sancti Petri A
circa eccleſiam conſtruxit, & regula canonicorum ibidem obſer-
vari cœpit. Hæc eſt major eccleſia Treverenſis, in qua hoc tempo-
re ſicut & in cæteris antiquis eccleſiis canonici ſecundum regulam
eis præſcriptam in communi vivebant, unam habentes menſam,
unam burſam, unumq́; commune dormitorium, ſicuti nos hodie
inter nos juxta normam nobis propoſitam converſamur. Hacte-
nus ille. Pariter quod in geſtis legitur, Ottoni primo Henricum in
,, *concilio Romæ adfuiſſe damnando mago non Papa Ioanne, id quo-*
que refert Trittenhem. *Paſſim verò ſcriptores tradunt anno Chr.* B
963. depoſitum Papam Joannem 12. Concilio per Ottonem Romæ
habito. Demum perſcribitur in geſtis lib. 2. cap. 16. circa finem,
Henricum 80. manſos de ſancto Martino tuliſſe, poſteaq́; mortuũ
in Italia, Magnum etiam Ottonem poteſtate regia ſancti Serva-
tij Trajectini Abbatiam eccleſiæ Treverenſi ademiſſe, data vi-
ciſſim alia Horrenſi tanquam ſua, tametſi ad ipſum minimè per-
tineret. Supplemento Reginonis traditur Henricum oborta in ex-
ercitu regis peſtilentia gravi, abſumptum in Italia Chri. 964. ſe-
quenti demum ſucceſſiſſe Theodericum. Is numeratur Trevero-
rum pontifex 71. vir nobilis inquit Scheckmannus, & magnæ au- C
ctoritatis præpoſitum majoris eccleſiæ Moguntinæ, ſub quo deſierè
canonici regulares in eccleſia ſancti Petri, quibus anteceſſor Hen-
ricus officinas & novum clauſtrum conſtruxerat. Huic etiam
privilegia à domino Apoſtolico conceſſa fuere priſtinam antiqui-
tatem & ſanctitatem eccleſiæ Treverenſis conſervantia, atq; ut
ante eum ſicuti ante Ravennatem præſulem crux geſtaretur: Ro-
mæ quoq; Cellam quatuor coronatorum cum omnibus appendicijs
ſuis ſibi & ſuis ſucceſſoribus obtinuit. Nec de his auctoritas Scheck-
manno deeſt. Præterquam enim quod in geſtis Treverorum lib. D
2. cap. 18. ſcribitur, iſto tempore canonicorum regularium inſtitu-
ta Treveris in eccleſia S. Petri deſerta, Trittenhemius etiam
Hirſaug. Chron. ſub Theoderico inquit, epiſcopo Treverenſe *ca-*
nonici majoris eccleſiæ ibidem, abjecta regulari vita quam huc-
uſq; in eadem eccleſia majores eorum continuarunt, deſierunt eſſe
regulares, & facti ſunt nomine & converſatione ſeculares. Quo-
,, *rum exemplo malo canonici quoq; ſancti Paulini Treverenſes &*
,, *complurium aliarum eccleſiarum diverſis quidem temporibus,*
ſed uno impietatis ſpiritu regularis vitæ communitatem abiece-
runt. Ita Spanheimenſis Abbas. Privilegia verò quæ Theoderi-
cus

Digitized by Google

A cus epiſcopus à Romanis Pontificibus obtinuit, in geſt. Trever. lib. 2. cap. 17. 18. & 19. deſcribuntur. Vnũ quod vetuſtius eſt, hoc continet, omiſſis nimirum ſuperfluis. Ioannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Chariſſimis nobis in Chriſto fratribus univerſis epiſcopis ac totius dignitatis & ordinis catholicis viris &c. perpetuam ſalutem. Quia licet indigni, divinæ tamen dignationis gratia diſponente, beati Petri apoſtolorum principis ſacratiſſimam ſedem univerſaleq́; in toto orbe magiſterium ſuſcepimus &c. Ideo veſtrã noſſe volumus ſanctitatem, quòd Theoderico dilectiſſ. fratre noſtro B Treverenſis eccleſiæ archiep. veniente Romam oratum ad ſanctorum Apoſtolorum limina audiuimus &c. imo & legendo compertum habuimus, eandem ipſam præ cæteris Galliarum eccleſiis catholicæ religionis exordium & Chriſtianæ religionis catholicæq́; fidei rudimenta prima percepiſſe per ſanctorum virorum Euchariĳ, Valeriĳ, Materni & cæterorum evangelicam doctrinam, quos tẽpore ſuo prædictus beatiſſimus Petrus Apoſtolus ordinavit & inſtruxit, nec non illuc ad prædicandum direxit. Vnde totius ordinis noſtræ ſedis apoſtolicæ conſultu gratuitoq́; aſſenſu, jura privilegiorum quæ à ſancta Romana matre Eccleſia præfatis ſanctis eorumq́; reliquis ſucceſſoribus, id eſt Agritio, Maximino, Paulino, C Severo almificis & apoſtolicis viris à primordio uſq; nunc authenticè conceſſa ſunt, quæq; etiam ipſius civitatis excidio, incendio, aliquove caſu conſumpta approbantur, eidem Treverenſi eccleſiæ prædictoq́; fratri noſtro Theoderico & per eum cunctis ſucceſſoribus ſuis reconfirmare, recorroborare & omnimodo reſtituere dignum duximus: decernentes &c. ut Treverenſis præſul poſt quemlibet ordinarium legatum apoſtolicæ ſedis in Galliam Germaniamve deſtinatum, primum inter alios pontifices locum obtineat: D & ſi miſſus Romanæ eccleſiæ defuerit, ſimiliter poſt Imperatorem ſive Regem ſedendi, ſententiam edicendi & ſynodale judicium canonicè promulgandi primatũ habeat, utpote in illis partibus Vicarius noſtræ ſedis apoſtolicæ meritò conſtitutus. Neque enim dignum eſt ut illius eccleſiæ præſul aliquo tempore cæteris non habeatur prælatus, cuius honor in illis partibus ſub ipſo apoſtolorũ principe extitit primitivus. Pari namq; modo ſancimus omnes in parochiis eius degentes, ſive ordinationem & promotionem cuiuslibet eccleſiaſtici gradus à pontifice ipſius percipientes, eidem ipſi matrici eccleſiæ epiſcopoq́; illius debere canonicè placere, obſequi & jure obedire. Siquidem decreto beati Clementis Papæ ſuper hoc ita

Digitized by Google

[illegible]tum videtur: Si vobis epiſcopi non obedierint, omnes presbyteri, diaconi, ſubdiaconi ac reliqui clerici cuncti, omnesq; principes tam maioris ordinis quàm inferioris, atq; reliqui populi, tribus & linguæ non obtemperaverint, liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt, dicente Domino, Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Inter hæc quoq; omnia quæ ad ſæpedictam Treverenſis eccleſiam intra & extra civitatem pertinere videntur, id eſt, eccleſias cum univerſis rebus ſibi attinétibus, ſeu monaſteria tam monachorum quàm virginum quæ ex præceptis ſive ſcriptis Regũ ſeu Imperatorum ſive eorundé fundatorum auctoritate ad ſe pertinent & pertinere debent, & quicquid omnino illa ipſa eccleſia ubiq; & quoquo merito poſſidet & poſſidere debet, generaliter & ſpecialiter concedimus reformamusq; præfato Theoderico fratri & coepiſcopo noſtro, ſuisq; ſucceſſoribus ad perpetuam ſanctæ Treverenſis eccleſiæ dominationem atq; ditionem &c. hac præceptione. Contra quam ſi quis quid agere præſumpſerit &c. ſciat ſe ex Omnipotentis & prædicti beatiſſimi apoſtolorum principis omniumq; ſanctorum, ac deinde noſtra auctoritate damnandum & anathematizandum, & cum omnibus impiis æternis ſuppliciis deputandum. Qui verò hoc privilegium noſtrum obſervare fideliter ſtatuerit, benedictionis gratiam & miſericordiæ plenitudinem in cœleſtibus caſtris inter electorum numerum efficaciter à Domino Deo conſequi mereatur. Scriptum per manum Stephani notarii regionarii, ſcrinearii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, in menſe Ianuario & Indictione 12. Data 11. Kal. Febr. per manum Sicconis epiſcopi ſanctæ Bleranæ eccleſiæ ad vicem Guidonis epiſcopi & bibliothecarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, Anno Deo propitio Pontificatus Domini Ioannis Pontificis & Univerſalis 13. Papæ in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli (4.) Imperii autem domini Ottonis maioris (8.) minoris verò 2. & Indictione 12. Bene Valete. Chriſti iſte eſt annus 969. Aliud diploma Rom. Pontificis Theoderico epiſcopo tributum ſic habet. Benedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Chariſſimis in Chriſto fratribus univerſis epiſcopis &c. Similis forma ſuperiori: niſi quod pro verbis iſtis (Treverenſis eccleſiæ archiepiſcopo veniente Romam oratum &c.) hic ſcribitur, Treverenſis eccleſiæ archiep. Romam ſuum dirigente legatarium ad ſanctorum apoſtolorũ limina &c. tum finis additur huiuſmodi, ſcriptum per manum Stephani notarii regionarii, & ſcrinearii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, in menſe

Ianuario

A *Ianuario Indictione prima Datum 6. Cal. Febr. per manum Wi-
donis epiſcopi & bibliothecarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, Anno Deo
propitio Pontificatus Domini Benedicti ſanctiſsimi ſummiq; Pon-
tificis & univerſalis ſexti, Papæ primo, Imperii vero Domini
Ottonis majoris (12.) minoris autem 6. In menſe Ianuario, Indict.
ſupradicta prima.* Hic eſt annus Chri. 973. Tertium deinde di-
ploma tale eſt. *Benedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Cha-
riſsimis in Chriſto fratribus univerſis epiſcopis &c. rurſus idem te-
nor verborum ſequitur ut in bulla prima Ioannis 13. uſq; ad §. Pa-*
B *ri namq; modo &c.* Nam hic poſt verba, *ſub ipſo apoſtolorum
principe extitit primitivus,* additur: *Et quando eiuſdem eccleſiæ
archipræſulem beatum Eucharium videlicet, à beato Petro apo-
ſtolorum principe novimus ordinatum, ſicut & beatum Apolli-
narem Ravennæ civitatis, placuit nobis eidem fratri noſtro Theo-
derico ſanctæ Treverenſis eccleſiæ archiep. cunctiſq; per eum ſuc-
ceſſoribus ſuis permittere, quatenus ſicut in beati Petri ſcilicet apo-
ſtoli ordinatione, benedictione, directione gentibus ad prædican-
dum Chriſti evangelium, ambarum civitatum prædicatores æ-*
C *quales extiterunt, ita & in miſſarum ſolenniis celebrandis, equi-
tando cum nacco per ſtationes, & in omni honore æquales exi-
ſtant, crux ante eundem ſicuti ante Ravennatem archipræſu-
lem geſtetur, Cardinaleſq; presbyteri fratre noſtro Theoderico
archiepiſcopo Miſſam celebrante dalmaticis, & diaconi unà cum* „
*presbyteris ſandaliis utantur. Hebdomadariis quoq; presbyte-
ris ad ſanctum Petrum miſſam celebrantibus, ſuæ dilectionis in-* „
tuitu dalmaticis uti permittimus. Pari namq; modo ſancimus „
*&c. quemadmodum in ſcripto præcedente, uſq; ad §. Scriptum
per manum Stephani notarii regionarii & ſcrinearii ſanctæ ſedis*
D *apoſtolicæ, in menſe Ianuario & Indictione 3. Datum 15. Calend.
Febr. per manum Widonis epiſcopi & bibliothecarii ſanctæ ſedis
apoſtolicæ, Anno Deo propitio Pontificatus domini noſtri Bene-
dicti ſanctiſsimi ſeptimi Papæ primo, Imperante Domino piiſsi-
mo principe Auguſto Ottone à Deo coronato Magno Imperatore
anno (8) Indictione ſupraſcripta 3.* Chriſti ille annus eſt 975.
Quartam bullam idem Papa poſtremus Theoderico epiſcopo con-
ceſsit huiuſmodi. *Benedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei,
Chariſsimis nobis in Chriſto fratrib. univerſis epiſcopis &c. Quia
licet indigni &c. Vnde noſſe volumus omnes de ſancta fratris noſtri*

Digitized by Google

Theoderici ſanctæ Treverenſis eccleſiæ archiepiſcopi primatiſq́ʒ A
noſtra prædeceſſorumqʒ noſtrorum ab exordio Chriſtianitatis per beatum Petrum conſtitutione totius Galliæ & Germaniæ, in eundem apoſtolorum principem devotione, qui in ſua ſede eccleſiam Chriſti glorioſius gubernando, multa monaſteria quæ uſqʒ ad ſua tempora manſerunt deſerta reſtaurando, beatorumq́ʒ apoſtolorum limini cæteris ſæpius nullo longioris viæ periculo ſeu labore territus liberaliſsime viſitando, nobis ad hoc uſqʒ complacuit, quò eidem ſuæq́ʒ eccleſiæ poſſidenda in perpetuum aliqua conferre juſtum duceremus &c. Quapropter notum ſit omnibus nos cum B
auctoritate beati Petri apoſtolorum principis gratuitoq́ʒ ſacerdotum, clericorum, totiuſqqʒ Romanæ plebis aſſenſu, eidẽ ſanctæ Treverẽſi eccleſiæ Cellã quatuor coronatorũ condonaſſe in perpetuũ poſſidendã, cum omnib. appendiciis ſuis, aquis ſcilicet aquarumqʒ decurſibus, pratis, paſcuis, vineis, ſylvis, cultis & incultis, curtilibus & manſionibus &c. & omnib. quæcũqʒ eadẽ Cella ex diverſis, donationibus fideliũ authenticè ſecundũ legẽ Romanã poſſidet vel jure poſſidere debet, data videlicet & uſqʒ in finẽ ſeculi quoquo pacto danda, ſeu per violentiã cõmanentiũ in eadẽ Cella perdita. (Eaq́ʒ C
cuncta) ex integro & ad integrũ eidẽ fratri noſtro Theoderico ſanctæ Trever. eccleſiæ archiep. digniſsimoq́ʒ noſtro Vicario in partib. totius Galliæ & Germaniæ univerſiſqʒ ſucceſſoribus ſuis (tenenda & poſidenda) per eum à præſenti Indict. 3. beati Petri apoſtolorum principis noſtraqʒ permittimus auctoritate. Contra quã ſi quis q̃d agere præſumpſerit &c. ut in primo diplomate: poſteà: Scriptũ per manũ Stephani notarii regionarii & ſcrinearii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, in menſe Iãuario, Indict. 3. Bene Valete. Data 15. Cal. Feb. per manꝰ Widonis epiſcopi & bibliothecarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, Anno Deo propititio Pontificatus domini noſtri Benedicti ſanctiſsimi D
ſeptimi Papæ primo, Imperante domino piiſsimo principe Auguſto Ottone à Deo coronato Magno Imperatore anno (8) Indict. ſupraſcripta 3. Theodericũ hunc Trever. epiſcopũ an. Chri. 977. deceſſiſſe prodit Trittenh. Chron. Hirſaug. Moguntiaci mortuum atqʒ in æde S. Gangulphi ibidẽ quam de ſuo conſtruxerat & duodecim myſtarum alimentis dotaverat, ſepultum legitur in geſt. Trever. lib. 2. cap. 18. Succeſſor eius 72. antiſtes fuit Egbertus, clara origine Britannus, patre Theoderico Comite natus. Hic ſedis ſuæ inopiam memorabili liberalitate relevavit: accerſitos quippe ſui honoris cauſa propinquos omnes cognatosq́ʒ de Britannia Treverim, opi-

bus

Digitized by Google

A buſ eorum quas attulerant, & donariis quæ domum reverſi inſuper tranſmiſere, eccleſiam ſuam rapinis exhauſtam largiter ditavit, aureis & argenteis crucibus, planariis, caſulis, dalmaticis, tunicis, palliis, cappis, velis, cortinis & poſſeſsionibus auxit: monaſteria urbis rapina & provincialiũ prædis exhauſta recollectis ubiq; manu poteſtativa poſſeſsionibus reparavit: jejuniũ adverſus ſiccitatem terræ, & rogationes cruciumq; & ſanctarum reliquiarũ geſtationes per circuitũ vallis Trevericæ, ab omnibus qui ſunt in ſua parochia fieri præcepit, tertia à Paſchalibus ſeptimana. San-
B ctorum multa corpora reperit, nec pauca in Italia, quæ ad Treveros tranſtulit. Induſtria ſua Treverenſi eccleſiæ baculum ſancti Petri jaimdiu amiſſum recuperavit, perſuaſo in id Warino Colonienſium archimyſta, qui diſſecti baculi ſuperiore parte ſibi retenta reliquum remiſit Treverim. Hæc in geſtis Trever. lib. 2, cap. 19. longaq; & ſuavis admodũ narratio additur de baculo: quò inſuper Scheckmannus ait omnem poteſtatem & ſublimitatem Treveris datam dignoſci. Sed iſta relinqui poſſunt auctoribus. Jejunium ſeptimanæ tertiæ poſt Paſcha quod bannitum adhuc vocatur, ſiccitatis ergò Egbertum inſtituiſſe ann. Chri. 983. Indict. 11. memo-
C rat etiam Trittenh. Hirſaug. Chro. Diploma redditæ Abbatiæ S. Servatii Egberto conceſſum ab Ottone rege legitur in geſtis huiuſcemodi. In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis: Otto divina favente clementia rex. Omnium fidelium noſtrorum piæ devotioni pateat, qualiter vir venerabilis Egbertus ſanctæ Treverenſis eccleſiæ archiepiſcopus ad nos venit, ſecum deferens præceptum prædeceſſoris noſtri Arnulphi regis, in quo continebatur, quòd ipſe pro remedio animarum bonæ memoriæ avi ſui Ludovici regis, nec non Carlomanni genitoris eius patruorumq; ſuorum Ludovici vide-
D licet & Caroli Chriſtianiſsimorum regum, quandam ſuam Abbatiam in honore S. Servatii confeſſoris Chriſti in loco Trajectum vocato conſtructam juxta fluvium Moſam dictum ſitam, ad eccleſiam ſancti Petri principis apoſtolorum in civitate ſancti Petri Treveris ædificatam, ſua præceptione cum omnibus appendenciis ad eandem Abbatiam ritè pertinentibus donavit & tradidit, aliiq; ſucceſſores eius præfati ſcilicet reges ſuis præceptionibus idipſum confirmaverunt. Similiter etiam avus noſter Otto Imp. Auguſt. per ſuam præceptionem ut in ea ſcriptum invenitur prælibatam Abbatiam eidem eccleſiæ Treverenſi cum omnibus utenſilibus illuc aſpicientibus, innovando donationes prædeceſſorũ ſuo-

Digitized by Google

A rum, regum videlicet Arnulphi, Zuendeboldi, Ludovici & Caroli ad integrum corroboravit: ſed poſtea malorum hominũ conſultu, nefario facto, donationes & confirmationes prædictorũ regum, ſuamq́ ipſius proh dolor corroborationem, commutatione nulli probabili viro tunc vel nunc placita annullavit, ipſius ſanctæ jam dictæ Treverenſis eccleſiæ Abbatiã Horrea dictam, quaſi ſua propria eſſet, in concambium præceptionis ſuæ auctoritate dando pro Abbatia Trajectenſe, quæ à tot regibus ut prælibatum eſt, tradita & confirmata eſt. Pro hoc facto nefando nobis & aliis fidelibus noſtris omnibus qui aderant, majoribus & minoribus B inaudito, præfatus archiepiſcopus Egbertus flexis genibus & voce lachrimabili noſtram clementiam precatus eſt, ut pro redemptione animæ ipſius jamdicti avi noſtri, qui eandem Trajectenſem Abbatiam à jure ſancti Petri tranſtulit, & pro remedio animarum beatæ memoriæ eius æquivoci, genitoris noſtri Imp. Aug. noſtræq́ genitricis Theophaniæ Imp. Auguſt. Treverenſi eccleſiæ ablatam Abbatiam novo noſtræ Celſitudinis donativo redderemus & reſtitueremus. Nos verò divini timoris & amoris intuitu, ſimul etiam omnium fidelium noſtrorum conſultu archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, Ducum & Comitũ, piis eius C petitionibus aſſenſum præbentes, hac regia noſtræ majeſtatis & poteſtatatis munificentia ſanctæ Treverenſi eccleſiæ & prædicto archiepiſcopo qui ei præſidet, quòd incautè contra eam factum eſt ſatisfecimus, denuo ei dantes ac reddentes & reſtituentes ſupraſcriptam Abbatiam cum omnibus utenſilibus ad eam juſtè aſpicientibus, & hoc noſtro præcepto regio ad integrum confirmantes, ita ut nec regali potentia, nec alterius perſonæ præſumptione à ſancto Petro & eius eccleſiæ Treveris conſtructa, niſi ſub anathemate deinceps avelli poßit vel auferri. Et ut hæc noſtræ donationis, D reſtitutionis & confirmationis auctoritas præſenti ac futuro tempore inviolabiliter perſeveret, hoc regiæ magnitudinis noſtræ præceptum inde conſcriptum, manuq́ propria ut infra videtur corroboratum, ſigilli noſtri impreßione ſignari juſsimus. Signum Domini Ottonis glorioſiſsimi regis: Hildibaldus epiſcopus & cancellarius vice Willigiſi archiepiſcopi recognovi. Data 14. Cal. Maii, anno Dominicæ Incarnat. 993. Indictione 6. anno autem tertii Ottonis regnantis 10. Actum in Gilenheim fæliciter. Amen. Enimuero diploma hoc in geſtis ita legitur: cæterùm multis nominibus ſuſpectum vel certè per obreptionem obtentum videri queat: quam-

Digitized by Google

A *quamobrem & effectu caruit. Nam Trajectenſis hæc Abbatia S. Servatii ſeu jus patronatus in ea, nihilominus apud Reges & Imp. Romanos manſit: tandemq́ ſimul cum univerſa civitate* Trajectenſi *à Philippo rege per ſpeciem feudi conceſſa eſt Duci inferioris Lotharingiæ Brabantiæq́, ſicuti* Fridericus *Schenck Baro à Tautenberg* Commentario *ad lib. 3. feudorum ex* Oldradi *veteris jureconſulti 312. reſponſo memorat. Sed hæc hactenus. Et de Egberto 72. Treverorum Pontifice ſat dictum eſt. Poſt eum 73. fuit (anno* Chri. *995. quemadmodum* Chronica *Co-*
B *lonienſium teſtantur) Ludulphus, patria Saxo: qui ut in geſtis Treverorum lib. 2. cap. 20. ſcribitur, muris eccleſiam Sancti Petri ac fratrum tabernacula circumcinxit, & ut interiora canonicorum uſui cederent exceptis quæ ad epiſcopum pertinent, inſtituit, quatenus quomodo religione, ita & manſione à plebe ſequeſtrarentur. Id Scheckmannus li. 2. ca. 9. diſtortè ſic refert. Hic immunitatem fratrib. ſancti Petri conſtituens, habitaculis eorũ muros circumcinxit, ut ſicut clericali ordine, ita laicali converſatione ſeparati eſſent. Ludulphum an. Chri. 1008. deceſſiſſe prodit Hermannus Contractus: quo tempore 74. antiſtes epiſcopatum*
C *invaſit Adelbero, vir nobilis ac potẽs, de Lutzẽburgo ortus, Divi Paulini Trever. præpoſitus, & caſtellorũ Sarburgi, Berencaſtelli atq; Ruthiarum dominus, frater Cunigundæ Auguſtæ Imp. Henrici 2. Claudi conjugis: cuius affinitatis fiducia pontificatum affectans, milites ſacramenta ſibi dicere coëgit, palatium in urbe cum valido præſidio vi occupavit tenuitq́ adverſus Henricum Regem, qui* Megingaudum *75. ritè præſulem dixerat, inde cum infeſto exercitu Treveros adiit, palatium à dominica poſt Albas usque ad Calendas Septembris obſedit, oppugnavit, re tamen in-*
D *fecta diſceſſit, nec præter cladem agri finitimi atque ipſius urbis jam à vaſtatione Nordmandica rurſum ædificiis exornatæ. Sic Megingaudus dum vixit apud* Confluentes *ſedens, epiſcopum egit, Adelberone maximam epiſcopii familiam retinente: tametſi is circa finem Megingaudi ægritudine gravi afflictus omnia illi præterquam palatium reſtituit. Megingaudo dinde mortuo ſuffectus ei eſt ab Imp. Henrico 2.* Claudo *76.* Trver. *epiſcopus Poppo, nimirum anno* Chriſti *ut Contractus notat 1015. conſecratus ut ſcriptor geſtorum* Trever. *prodit anno Chriſti 1016. ſub die* Calen. *Januarii: tametſi Schaffnaburgenſis annum 1017. indicet, quo nempe palliũ impetravit. Patre natũ Luitpoldo liminis orientalis*

Digitized by Google

Bojariæ præfecto, matre Richarda, memorat Avent. lib. Annal. Bojo. Scriptor geſtorum Trever. patrem eius Lupoldum Marchionem Auſtriæ vocat, matrem Richezam. Sed Otto Friſing. epiſcopus & maximè Lazius lib. 7. Marchionum orientalium Bojariæ catalogo, ac rurſum lib. 8. in genealogia Comitum Sueviæ à Bamberga, variè admodum genus huius Popponis referunt. Scriptor geſtorum perhibet educatum ſub doctoribus juris Reginoburgii, moxq; cum adoleviſſet jam ſatis inſtitutum Henrico Imp. à parentibus exhibitum fuiſſe, breviq; tam charum illi factum ut Megingaudo è vivis ſublato Imperator ſtatim Treveros accedens, ipſum Popponem archiepiſcopum illi ſuffecerit. Additur „etiam converſio Danorum ad fidem Chriſtianam miraculis operata per hunc Popponem ante præſulatum : cuius rei nec tamen eodem modo meminere ſcriptores etiam alii: ſed operæpretium non eſt talibus immorari. Dictus ab Imperatore epiſcopus ſtatim Romam petiit ut in geſtis lib. 2. cap. 22. legitur : atq; ibi à Benedicto 8. Papa ſummo cum honore habitus, dein huiuſmodi diplomate donatus eſt. Benedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Beatiſſimo confratri & epiſcopo Popponi ſanctæ Trevericæ ſedis archiep. venerabili, æternam in Domino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ ſolicitudini convenit benignum erga fratres ſemper præbere affectum, eorumq; petitionibus quæ rata rationabileſq; eſſe videntur, commodare aſſenſum. Proinde dulciſſime frater quia poſtulaſti à me uti juxta morem prædeceſſorum tuorum uſum tibi palatii concederemus, libenter voto tuo annuimus ſolerter tuam commonentes fraternitatē, ut exterioris indumenti habitum morum probitate exornes, talemq; te in omnibus exhibeas ut creditæ diſpenſationis officiū paſtorali cura ſemper adminiſtrare ſtudeas. Tunc enim veluti lucerna quæ in domo domini lucet, cunctis apparebis conſpicuus, ſi uti exteriori habitu, ita & interiore fueris adornatus: crucem Chriſti quā ſub pallii ſpecie geſtas in corpore, intus decreveris portare in mente, clamans cum Apoſtolo, mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo : deſideranter quoq; & illud addens prophetæ, Confige clavis à timore tuo carnes meas. Debita igitur charitate te admonentes, apoſtolica ſede pallium tibi tranſmittimus, huius privilegii noſtri auctoritate ſtatuentes ut in celebratione miſſarum his tantūmodo ſolēnitatib. eo adornatus incedas, videlicet in Natali domini, in Epiphania

domini

Digitized by Google

A dominj, in Cœna domini, in Paſcha, Pentecoſte, & in aſcenſione domini, & feſtivitatibus ſanctæ Dei genetricis & perpetuæ virginis Mariæ, & in Natali ſancti Ioannis Baptiſtæ, & in ſolennitatibus omnium Apoſtolorum, & in ſolennitate omnium Sanctorum, in feſtis quoq; illorum ſanctorum quorum corpora & reliquiæ in tuo epiſcopatu requieſcunt, & in dedicatione tuæ eccleſiæ, & in die annuæ ordinations tuæ, & ſi quando ſacros ordines competenter facere decreveris. Concedimus etiam tibi chariſſime fili crucem ante te geſtari. Omnipotens dominus fraternitatem

B tuam dulciſſime frater hîc & in futuro cuſtodiat, ſicq; mentes noſtras in ſervitio ſuo corroberet, ut pro benè adminiſtratæ paſtoralis curæ officio in æterna beatitudine laborem noſtrum remuneret. Bene Vale. Data 6. Id. April. per manus Benedicti epiſcopi apoſtolicæ ſedis legati, anno Henrici inuictiſſimi Regis Romanorũ (17. imperii verò eius 3. Indictione (15.) Is annus Chriſti 1017. Scriptor geſtorum Treverenſium tradit Adalberonem pœnitentia ductum viribusq; Popponi inferiorem eidem ſupplicem factum, ſeſe & palatium & caſtella atque omnia ſua dedidiſſe, ac

C in monaſterio ſancti Paulini extremo tandem fato functum. Subjungit, Popponem ſæpius in expeditionibus & procinctu fuiſſe occupatum: Berencaſtellum à prædonibus inſeſſum ſubvertiſſe, pariterq; caſtellum quoddam aliud Schina, inſigni fraude Siconis captum, domino cum familia obtruncato. Deinde ſimili modo, inquit ſuavis iſte homo, per alios principes ſuos multa caſtella partim vi, partim dolo cepit. Additur etiam de venenatis eius caligis à virgine Palatiolenſis monaſterii, quò ipſum in amorem ſui atque libidinem concitaret, quibus & epiſcopus, & cæteri principes ſacerdotum nec non urbis Præfectus alii poſt alios induti mi-

D rificam veneris titillationem ſenſerint, atque ob eam rem moniales iſtas cœnobio ejectas: cæterùm Popponem inde conſcientia ceſſationis divini officii territum piacularem ad Hieroſolyma peregrinationem inſtituiſſe, fœliciſſimo ſucceſſu, ſiquidem Deo propitio Simeonem per ſanctum virum è vertice montis Synai anachoretam, rediens Treverim adduxerit, qui illic vetuſtæ turri incluſus toto ſeptennio cum malis geniis luctatus, atque poſt fata miraculis clarus in Divos relatus ſit. Hæc à ſcriptore geſtorum Trever. ſatis plolixè, ab aliis etiam peculiaribus libellis traduntur, & vulgò de Poppone verſiculus fertur Almum tutorem tulit huc Sanctum Simeonem. Sed iſta ſunt otioſorum: neq; tam longa narra-

Digitized by Google

narrationes ad hanc operam conveniunt. Scribit inſuper auctor A
geſtorum, peregrè agente Poppone Giſilbertum quendam Comi-
tem de caſtello Lutzenburgo cum filio Conrado tyrãnide, rapinis,
injuriisq́; Treverenſem diœceſin habuiſſe infeſtam: nec quidem
reverſum jam epiſcopum graſſatoribus reſiſtere potuiſſe, quippe
quibus univerſæ regionis potentiores qui iſta vindicare debuiſſent,
fœdere conjuncti erant: quapropter & Conrado Regi, & Roma-
no Pontifici de talibus ſæpe per literas conqueſtum, ſed fruſtra, niſi
quòd Pontifex Rom. Popponi juxtà ac petierat, legatum de ſuo
latere miſit cuius induſtria atque conſiliis adjuvaretur. Extant B
in geſtis epiſtolæ: Popponis una eſt hoc initio. Reverendiſſimo
patri patrum gratia & nomine Benedicto, Poppo licet indignus,
divina tamē largiente clementia ſanctæ Treverenſis eccleſiæ mi-
niſter, cum totius affectus dilectione debitam ſubjectionem. Su-
periore anno cùm annuente venerandæ memoriæ Domino Ioan-
ne (19.) in hac ſancta ſede apoſtolica prædeceſſore veſtro, amore
viſionis ſepulcri Dei hominis Ieſu Chriſti Ieruſalem peregrè pro-
fectus fuiſſem, in regione noſtra pravorum hominum ſupercrevit
iniquitas &c. adhuc omnia per circuitum diripientes & dava-
ſtantes. Super quo ſæpiſſimè deprecatus faciem domini mei Re- C
gis, quatenus manum mihi porrigeret ſuæ animadverſionis, nihil
profeci: ſæpe etiam ſupranominato prædeceſſori veſtro pro eodem
ſupplicavi, nec quicquam usq; adhuc conſolationis impetravi.
Quamobrem deſidero ut vel nunc ſolatietur mihi Deo amabilis
paternitas veſtra, mittatq́; virum de honoratioribus veſtris ac
prudentioribus, qui mihi in neceſſitatibus meis conſilio ſimul &
auxilio ſuffragetur &c.. Deinde perſcribit de Simeonis ſanctita-
te, obitu & miraculis, petitq́; quatenus nomen eius liceat cum San-
ctorum nominibus conſcribi &c. Finit: Honor veſter & meritum D
apud Deum ſemper & homines augeatur. Reſpondit Papa.
Benedictus (9.) ſervus ſervorum Dei, Popponi tam ſuis meritis,
quàm divino chariſmate Treverorum Archiepiſcopo ſalutem &
Apoſtolicam benedictionem. Sumptis reverentiæ veſtræ literis &
lectis atq; relictis, in imo cordis earum vim repoſuimus, ut uobis
petentibus deſiderata concederemus. Nam illius regulam magiſtri
nos oportet in quantū poſſumus imitari, qui ſe bene petentibus non
eſt obſtinatus, ſe in ueritate quærentibus, non eſt prolongatus, nec
ad fores ſuas perſeueranter pulſantibus ad apperiendum retarda-
tus: &c. Quod igitur meminiſtis ſedem apoſtolicam, cui ex
diuina

Digitized by Google

A divina dignatione præſidemus, totius eccleſiaſticæ paſtoralitatis eſ-
ſe refugiū, ut votis veſtris ad eam confugientibus annueremus me-
ritiſq; amplexibus, hæc ipſa verba donavimus. Quippe cùm ſit ori-
go & fundamentū eccleſiarū, Domino confeſsionem Petri taliter
compenſante, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petrā ædificabo eccleſiā
meam, dignum planè videtur ut omnis Chriſtiana fidelitas ad e- ,,
am concurſum habeat, & ipſa omnibus manum ſolatii porrigat. ,,
Vobis verò in congreſſu poſitis ad iniquitates pravorū hominū de-
bellandas, ac ſpirituali gladio puniendas, quum in rebus divinitus
B vobis cōmiſſæ vicis, coadjutorē præſulē à nobis popoſceritis, eū diri-
gimus &c. aptiſsimum &c. quem à corpore noſtro velut dextrum
ſeparavimus brachium &c. ut ſolacietur vobis in neceſsitatibus
veſtris, tam ſcilicet in opere conſecrationis, quàm etiam in unctio-
ne confirmationis, & ſi quid in neceſsitatibus aliis Deo favente va-
lebit, pro libitu veſtræ ſanctæ fraternitatis &c. De cætero ad vi-
rum illum Simeonem veniendum, quem numeroſis coruſcantem
miraculis, divinis præfulgentem virtutibus oſtenditis &c. Quia
igitur illam æternam beatitudinem illamq; ſummæ fœlicitatis per-
C petuitatē ad cœleſte conſortium perveniſſe creditur, ſicut opere ſig-
norum frequentiùs panditur, noſtræ apoſtolicæ auctoritatis ſen-
tentia judicium divini arbitrii ſecuta, & complurium fratrum
noſtrorum aſſenſu ſuffulta decernit, eundem virum Dei Simeonē
poſthac ſemper & ubiq; Sanctum debere nominari, eiuſq; Nata-
lem ſicut aliorum ſanctorū reverendiſsimè ſingulis annis celebrari.
Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed quem Do-
minus commendat dicit apoſtolus. Glorietur, laudetur, vigeat,
placeat, celebretur, ametur & colatur, nomenq; illius martyrolo-
gio inſeratur. Ipſe intercedat pro peccatis & negligentiis noſtris, & ,,
D commiſſorum nobis apud clementiſsimā divini numinis majeſta- ,,
tem (veniam impetret) ut mirabilia quæ viſibiliter exhibet circa ,,
infirmorum corpora, in animabus noſtris occulta virtute dignan-
ter exhibeat. Vale. De Giſilberto Comite Lutzenburgico quanquā
non proditur in geſtis Treverorum quamobrē hoſtiliter adverſus
Popponem egerit, obiter tamen animadvertere convenit fratrem
eum fuiſſe Adelberonis epiſcopi quem Poppo depreſsit, & quem
caſtella ſua hæreditaria Saroburgum, Berencaſtellum atq; Ru-
thias Popponi tradidiſſe dictum eſt. Unde admodum veriſimile
ſit ob iſta caſtella controverſiam & bellum ortū: uti etiā principa-
tus Lützenburgici pars in hunc uſq; diem manet caſtellū Ruthiæ,

Digitized by Google

A caſſa ceßione Adelberonis, quanquam Saroburgum & Berencaſtellum Treverenſi inde eccleſiæ relicta videantur: cum etiam Poppo Berencaſtellú vi cepiſſet evertiſſetq́; Lützenburgico Comite qui fratris alienationẽ non probabat, locum præſidio impoſito ſibi aſſerente. Probare hæc liceat argumentis monumentisq́; veterũ ſcriptorum pene indubitatis ſi ſit operæpretium: quanquam Giſilbertus Comes à quibuſdam pater Adelberonis vocatur, nec inter fratres D. Cunigundæ Auguſtæ nomen Giſilberti paßim notum ſit. Verum hæc hactenus. Poppo ob inſignem erga inopes liberalitatem cõmendatur à ſcriptore geſtorum: adeo quidem ut in ſumma annonæ caritate turbam egenorum ad levandã famem pingues ipſius equos B petentem, ſuo primùm, deinde & aliorum quos ipſe ad pietatẽ movere potuit tradito, tali laniena paſcere non ſit aſpernatus. Deniq; magna ſolicitudine ſacras ædes vel extruxit, vel vetuſtate labefactatas inſtauravit. Domum ipſam Sancti Petri, quæ major eſt eccleſia, ſedes archiepiſcopalis, ruinam minitantem eaq́; propter cultu divino dudum deſtitutã, adeo ut jam domus orationis non diceretur, ſed paſtores ibi pecus paſcerent, magna induſtria maximoque ſumptu fulſit atq; reſtituit, inſuper ingenti opere tertia parte ampliorem facere cœpit: ſed abſoluto necdum iſthoc ædificio, febre C correptus interiit, ſepulchro conditus in Porta civitatis quæ Nigra vocabatur, in quam ipſe prius beatum Simonem collocarat. (Sancti Simeonis fanum adhuc dicitur.) Hæc in geſtis lib. 2. cap. 30. Sed quod additur ſediſſe in epiſcopatu annos 30. menſes 5. dies 10. obiiſſe anno Chri. 1067. conſtare ſibi neutiquam poteſt, tametſi conſtanter ſic habeant antiqui codices. Uti neq; Trittenhemius errore vacat Hirſaug. Chron. Popponẽ annis uno et 40. præfuiſſe, mortuum anno Chri. 1057. Indict. 10. 6. Cal. Iul. annotans: ſiquidem prædictum certumq́; eſt Popponem an. Chr. 1015. epiſcopũ creatũ, D mox ſub die Calendarum Ianuar. an. Chri. 1016. conſecratum &, anno Chri. 1049. ſucceſſorem habuiſſe Everhardum: quamobrem fato functus intelligi poteſt an. Chri. 1046. 16. Cal. Iul. Scheckmanno teſte: quanquam Contractus apertè ſcribit, & Trittenh. alibi memorat, Avent. etiã Annal. Boj. lib. 5. confirmat. an. Chri. 1047. mortuum. Ita ſucceßit Popponi 77. epiſcopus Eberhardus, ex præpoſito Majoris eccleſiæ Wormatienſis, vir magnificus, Hetzelino patre natus Comite quondam Sueviæ: conſiliis rebusq́; magnis ab Henrico (3.) Imp. adhibitus, ac dein epiſcopatu Treverenſi donatus: cuius etiam poſſeßiones auxit & privilegia renovavit, inquit ſcriptor

A ſcriptor geſtorũ Trever. lib. 2. ca. 30. in fine, & Scheckmannus epit. lib. 2. ca. 9. Extant in geſtis ipſæ de hoc Pontificiæ bullæ, quarũ prima talis eſt. Leo epiſcopus ſervus ſervorũ Dei, dilectiſſimo Eberhardo Treverẽſi archiepiſcopo veſtriſq; ſucceſſorib. archiepiſcopis ſalutẽ in domino &c. Præfatur ſe ex epiſcopo Tullenſe Pontificẽ Romanũ factũ &c. quocirca pergit, veſtra fraternitas dulciſſimè frater nos eſt comitata, & Romæ nobiſcũ aliquantulũ remorata. Interea loci cum unicuiq; ſuum jus ſuumq; rectum quod vel ablatũ penitus, vel aliquatenus immutatũ eſſet, omnimodo reſtituere cuperemus, B dilectionis veſtræ privilegia nobis attuliſtis quæ primatum Galliæ Belgicæ ſubſcripto modo veſtris anteceſſorib. datum à noſtra apoſtolica ſede aſſerebant, pro eo quòd in exordio Chriſtianæ religionis veſtra Treverenſis eccleſia prima illis in partibus fidei rudimenta percepiſſet, per egregios dogmatiſtas Euchariũ Valeriũ, & Maternum, quos beatiſſ. Petrus apoſtolorum princeps inſtruxit, inſtructos ordinavit, & illuc ad prædicandum direxit. In quib. privilegiis etiam antiquiora privilegia incendio memorãtur conſumpta quæ p̃nominatis ſanctis eorũq; ſucceſoribus i. Agritio, Maximino, Paulino, Severo almificis utiq; viris à primordio authenticè conceſſa e- C rant de eodẽ primatu. Quæ ſiquidem privilegia Theoderico Trever. archiep. Ioannes 13. Papa & Benedictus 6. Papa, necnon alius Benedictus 7. Papa. Egberto ſimiliter Trever. Archiep, temporib. Ottonis primi & 2. pia diſpoſitione contulerunt. Nos autem ea intuentes & diligenter perpendentes dignum duximus cum conſilio & conſenſu totius cleri & populi Romani, idipſum de Primatu ſicuti conſtitutum erat confirmare, atq; noſtris apoſtolicis apicibus corroborare. Quod ubi in eccleſia S. Petri in dominica paſſionis cuncto clero cunctoq; populo nos ipſi ſurſum in ambone conſi- D ſtentes præſentia noſtra revelavimus, & eadem privilegia legi fecimus, pro amore diſcipulorum ſancti Petri quos prætulimus Eucharii, Valerii, Materni, ab omnibus acclamatũ eſt jure Primatum ipſum vobis veſtriſq; ſucceſſoribus deberi, qui in cathedra ſedetis eorum diſcipulorum ſancti Petri, quapropter omnibus ipſis laudantibus & reſpicentibus, pro inveſtitura ipſius Primatus Romana mitra caput veſtrum inſigniuimus, qua & ſucceſſores veſtri in eccleſiaſticis officiis Romano more ſemper utamini; ſemperq; vos eſſe Romanæ ſedis diſcipulos reminiſcamini. Quod etiam in Synodo noſtra quam circa 17. poſt ipſum paſchalem diem Deo præſidente celebravimus, epiſcopis & archiepiſcopis

Digitized by Google

necnon & aliis ordinibus conſentientibus melius, & firmius ſtabiliuimus: ea tamen ratione ut ſingulis annis vos veſtriq́; ſucceſſores ſemel legatos veſtros ad nos noſtrosq́; ſucceſſores mittatis, per quos vobis de noſtris utilitatibus in illis partibus agendis remittamus: & ſemper tertio anno vos ipſi Romam viſitationis gratia ut dulciſsimi fratres ad promogenitum fratrem veniatis, niſi fortè inevitabilis neceſsitas ingruerit. Quapropter deſideriis veſtris annuentes, ſecundum prælatorum privilegiorum tenorem, per hoc noſtræ apoſtolicæ auctoritatis privilegium decernimus & confirmamus ipſum vobis veſtrisq́; ſucceſſoribus Primatum hoc modo, ut &c. habeatis primum locum poſt legatum apoſtolicum in Galliam Germaniamve deſtinatum &c. & ſi miſſus Romanæ eccleſiæ defuerit, poſt Imperatorem vel Regem ſedendi &c. prout in bulla prima Benedicti ſeptimi Papæ Theoderico conceſſa, paulo ante poſitæ, de verbo ad verbum usque ad finem, qui hic talis eſt: Domino Deo conſequi mereantur. Bene Valete. Ego Halmardus Lugdunenſis eccleſiæ indignus archiepiſcopus, in prædicta Synodo reſidens ſalva priſcarum conſtitutionem firmitate & Lugdunenſis eccleſiæ auctoritate hoc decretum laudavi, manuq́; propropria roborans ſubſcripſi. Ego Ioannes Portuenſis epiſcopus in prædicta Synodo reſidens confirmavi & ſubſcripſi. Ego Cadalus epiſcopus ſubſcripſi &c. ſimiles inſuper 8. epiſcoporum ſubſcriptiones. Data Id. Apri. per manus petri diaconi bibliothecarii & cancellarii ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, anno Domini Leonis 9. Papæ 1. Indictione 2. Chriſti ille annus eſt 1049. Alia bulla Pontificis eiuſdem ſic incipit. Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei Chariſsimis nobis in fratribus univerſis epiſcopis &c. Quia licet indigni &c. Unde noſſe volumus omnes &c. forma verborum eadem eſt quæ in bulla Benedicti ſeptimi, altera, Theoderico epiſcopo conceſſa de Cella quatuor coronatorum Romæ, niſi quòd hic pro Theoderico nomen Eberhardi ponitur, & finis & huiuſmodi: Data 15. Calendas Maii per manus Petri diaconi bibliothecarii & Cancellarii ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, anno Domini Leonis 9. Papæ primo. Indict. 2. qui eſt idem annus Chriſti prioris bullæ 1049. Deinde tertia bulla Rom. Pontificis quam Eberhardus epiſcopus Trever. impetravit, huiuſmodi eſt. Victor epiſcopus ſervus ſervorum Dei, tibi dilecto confratri ac ſanctæ Treverenſis eccleſiæ archiepiſcopo tuisq́; ſucceſſoribus in perpetuum. Iuſtis ac Deo placitis petitionibus affectuoſius debetur effectus. Quid enim in præſentiarum tam

iuſtitia

A juſtum, tam Deo placitum, quàm ut reverendis locis ad laudē & gloriam nominis ipſius debita auctoritas, reverentia ſimul ac utilitas vendicetur & conſervetur. Quapropter ſolicitudini tuæ in confirmando ac perpetualiter retinendo jure ſanctæ Treverenſis eccleſiæ tibi temporaliter commiſſæ plurimum congratulamur, chariſſime nobis in Chriſto confrater & coepiſcope Eberharde, juxtaq; tuam ſucceſſionem ac privilegia prædeceſſorum noſtrorum Ioannis videlicet 13. Papæ, ac Benedict. 7. beatæ quoq; memoriæ Domini Leonis 9. per huius noſtri privilegii auctoritatem decerni-
B mus ac confirmamus tibi tuisq; per te ſucceſſoribus Primatum Galliæ Belgicæ hoc modo, ut poſt Legatum &c. ab apoſtolica ſede in Galliam Germaniamve directum tu tuiq; ſucceſſores poſt eum primum inter alios pontifices locum obtineatis, & ſi miſſus Romanæ eccleſiæ defuerit, ſimiliter poſt imperatorem ſive Regem ſedendi & ſententiam dicendi ac Synodale judicium canonicè promulgandi primatum habeatis, utpote in illis partibus Vicarii noſtræ ſedis apoſtolicæ meritò conſtituti. Neque enim dignum eſt ut illius eccleſiæ præſul aliquo tempore cæteris non habeatur prælatus,
C cuius honor in illis partibus ſub apoſtolorum principe extitit primitivus. Et quoniam eiuſdem archipræſulem beatum Eucharium ſcilicet à beato Petro apoſtolorum principe novimus ordinatum ſicut & beatum Apollinarem Ravennæ civitatis, placuit nobis tibi fratri Eberhardo ſanctæ Treverenſis eccleſiæ archiepiſ. cunctisq; per te ſucceſſoribus tuis permittere, quatenus ſicut & unius beati Petri ſcilicet Apoſtoli ordinatione, benedictione, directione ad prædicandum gentibus Chriſti evangelium, amborum civitatum prædicatores æquales extiterunt, ita & in miſſarum ſolenniis celebrandis, in equitando cum nacco per ſtationes & omni honore
D æquales exiſtant. Crux ante vos ſicut ante Ravennatem præſulem geratur. Cardinales quoq; & presbyteri tui te fratre noſtro celebrante dalmaticis, ac diaconi unà cum presbiteris ſadaliis utātur. Sed & Tu tuiq; ſucceſſores Rōana mitra ob inſigne Primatus in eccleſiaſticis officiis Romano more utamini, ſemperq; vos diſcipulos Romanæ ſedis reminiſcamini: eo videlicet pacto, ut tu tuiq; ſucceſſores ſingulis annis, niſi forte præter hoc canonica vocatio a ſede apoſtolica vobis venerit, legatos veſtros ad nos noſtroſq; ſucceſſores ſemel mittatis, per quos vobis de noſtris utilitatibus agendis illis in partibus remandemus, ac ſemper tertio anno, excepta ut dictum eſt canonica vocatione, vos ipſi Romam viſitationis

gratia abſque evitabili cauſa veniatis. Pari namque modo ſan- A
cimus &c. prout in diplomate primo Benedicti 7. Papæ quod ſu-
prà relatum eſt, usque ad finem: isq; talis hic habetur: Scriptum
per manus Gregorii notarii ac ſcriniarii ſanctæ Romanæ ſedis, in
menſe Apri. Indict. 10. Datum die 7. Calend. Maii per manus A-
rebonis diaconi, vice Annonis ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedis
archicancellarii, ſanctæ Colonienſis eccleſiæ archiepiſcopi, anno 3.
Domini Victoris 2. Papæ. Indict. 10. menſe Aprili die 25. Hoc inci-
dit in annum à Nativit. Chri. 1057. Præterea refertur in geſtis
Treveren. lib. 2. cap. 33. Eberhardum epiſcopum Treverenſem B
dum eccleſias & diœceſin obit, à Comite Lutzenburgico captum,
veſtimenta ſacerdotalia direpta, pallium diſciſſum, ſciſma un-
ctionis effuſum: quod ubi nuntiatum eſſet Treverim, omiſſa illic
fuiſſe omnia divini myſterii jura celebrari donec Papa Romanus
conſuleretur: qui Conradum Comitem & complures à commu-
nione movit, abſolutionem pœnitentis epiſcopo mandavit, palli-
um recens pro eo quod hoſtes laceraverant, miſit: atque interim
datis obſidibus à captivitate liberatum epiſcopum haud diu poſt
Comitem pœnitentem ſuſcepiſſe, injuncta illi propiaculo Hieroſo-
lymitana profectione, in qua perierit. Additur epiſcopum hunc C
poſtea Iudæis perſecutionem indixiſſe, niſi proxima ſabbato Paſ-
chæ Chriſtiani fierent, urbe pellendos decreviſſe, quamobrem per-
„ *imaginem ceream arte magica confectam & ſacerdote ad D. Pau-*
„ *lini baptiſatam veneficio Iudæorum extinctus ſit, dum in ipſo ſab-*
„ *bato ſancto luſtralibus aquis tingendo operaretur, imagine accen-*
ſa paulatim deficiente: ſic indutum ſacris veſtibus repente in ſa-
crario expiraſſe 17. Cal. Maii, ſepultum in baſilica ſancti Paulini.
Sheckmannus annum de hoc epiſcopatus eius addit 20. Chriſti ve-
rò 1067. uti & Sigebertus. At Contractus & Schaffnaburgenſis D
& Friſingenſis annum Chri. ponunt 1066. quod etiam rectius eſſe
ex ipſo Sigeberto deprehenditur. Poſt obitum Eberhardi Anno
Colonienſis archiepiſcopus regni tutelam ſub Henrico 4. Rege oc-
cupans, apud ipſum effecit ut propinquo ſuo Cunoni ſeu Con-
rado de Pfullingen, præpoſito majoris eccleſiæ Colonienſis, epiſco-
patus addiceretur, nec conſciis nec conſentientibus Treveris: qui
dum ſe per injuriam contemptos arbitrantur, præſidem ſuum
Theodericum (verba hæc ſunt ipſius vetuſti ſcriptoris geſtorum
Trever.) cum aliis Principibus evocatum ad ultionem inſtigant
coacto exercitu, nocte clara Maii menſis advenienti Cunoni cum
cohor-

Digitized by Google

A cohortibus militum, ipſi obviam procedunt, in pago Bedonico quieſcentes de improviſo circumveniunt, fundunt, in fugam agunt: multis captis, pluribus vulneratis ipſe etiam Cuno in manus hominum nefariorum incidit, ac rurſus deteriorum cuſtodtæ traditus, à quibus paulò pòſt de celſa rupe præceps datus peremptusq́; eſt Calend. Iunii. Sic in geſtis. At Scheckmannus Sigebertum ſecutus Cunonem dicit à ſatellitibus Theoderici Comitis Treverorum in ſylvam ductum, tertiò de rupe præcipitatum, ſed cum adhuc illæſus ſpiraret, gladio tranſuerberatum, corpus obtectum foliis B poſtea repertum & monaſterio Tollegio conditum miraculis ſtatim claruiſſe. Diem obitus 3. Calend. Iulii non habet Sigebertus, ſed de ſuo Scheckmannus addidit, cum tamen in geſtis Calendæ Iunii ponantur. Locum præcipitii Bruſchius in Tholegienſi monaſterio memorat Vrzeckam. Theodericum Comitem Treverorum quem in hac hiſtoria nec eodem modo ab omnibus prodita, quidam ſcriptores adoleſcentem, alii ferocem ætate & ingenio dicunt, Henricus 4. Rex anno Chriſti 1168. cum ſociis cædis proſcripſit quamobrem exuliter ad Hieroſolyma cepiſſe, nec deinceps C quicquam de ipſo compertū à Sigeberto, Trittenhemio, Aventinoq́; traditur. Marianus Scotus qui hoc ipſo tempore vixit, & anno pene 21. poſt obiit, in anno Chriſti 1064. rem totam breviter his verbis tradit. Sanctus Cono Treverorū epiſcopus martyrizatur in deſerto loco à ſcopuloſo monte ter precipatus à Theoderico Comite, eo quòd abſq́; electione conſtitutus eſt: & ſepultus eſt Doleiæ, ubi per illum Dominus multa ſigna tunc temporis fecit. Ipſe Comes pœnitentiam agens Hieroſolymam pergens vitam finivit, & omnes conſentanei eius mala morte perierunt. Pro quo Vdo conſtituitur. Hæc Marianus. In geſta inſuper ralatum eſt re-D gem Henricum fato Cunonis vehementer commotum, civitati Treverenſi excidium & deſolationem commintatum, attamen iram eius tandem à ſapientibus Deo propitio compreſſam, atq́; ſic electione cleri & prpuli deinceps electum epiſcopum 78. Vdonem, qui aliis Vdo, nonnullis Otto vocatur. Patre Eberhardo Comite Sueviæ, Bruſchius Nellenburgium dicit, matre Ida natus, qui monaſterium Sueviæ Schaffhuſium condidere. Romæ ſub Alexandro 2. Papa Simoniæ cum accuſaretur, juramento ſe purgavit in concilio, ſicuti Avent. lib. 5. Annal. Bojo. ſcribit. Deinde factionem Romani Pontificis adverſus Henricum 4. Regem veluti diris à Papa devotum ſectatus eſt, uti in anno Chri. 1076. Lambertus

Digitized by Google

Schaffnaburgenſis indicat. Baſilicæ Divi Petri amplificationem à deceſſoribus ſuis inceptam abſoluit: conprovincialium militum audaciam & tyrannidem compeſcuit. In expeditione Regis obſidioneq́, caſtri Suevorum quod vocatur Tuuingia, mortem obiit, unde Treverim relatus eſt ut habetur in geſtis. Et in expeditione Regis Henrici 4. obiiſſe Chri. anno 1077. ſcribitur etiã in Vrſperg. Chron. Succeßit Vdoni 79. epiſcopus Egilbertus, ex præpoſito & ſcholaſtico majoris eccleſiæ civitatis Bathaviæ, natus ibidem genere optimatum. Ob dißidia quæ tum eccleſias agitabant, quòd Gregorius 7. Papa myſtis connubia, Regi inveſtituras præſulum interdixerat, cùm Egilbertus regias partes adverſus Papam foveret, ab epiſcopo ſuo communione abdicatus, inde ad regem profectus, atq; à Rege tandem Treveris agente Vdoni mortuo ſuffectus, traditoq́, annulo & baculo die Id. Ianuarii anno Chri. 1078. inveſtitus ſcribitur in geſtis. Poſt integrum deinde triennium Moguntiæ tandem conſecratus eſt à Theoderico Virdunenſium epiſcopo: poſteaq́, per Theodericum ſcholaſticum monachum virum egregiè doctum quem ea de cauſa Romam miſerat, à Clemente antipapa pallium accepit. In eiuſdem Clementis & Henrici Imperatoris partibus conſtantißimè perſeveravit uſque ad extremum fatum: quamobrem Bruno ſucceſſor eius omnes quos ille ordinaverat ab officio ſuſpendit, neque niſi jurejurando ſolenniter in juſti Pontificis Romani obedientiam adactos reſtituit. Sub hoc Egilberto Comitiſſa quædam de caſtello quod vocatur Arlunum, vidua, liberis conſentientibus bona ſua propria Treverenſi eccleſiæ cum dediſſet, receptis invicem majoris pretii redditibus conditione ut vocant precaria, nimirum uti poſt obitum illius ſimul & data & accepta pleno jure eccleſiæ ac epiſcopo cederent, Henricus autem Dux caſtelli Limburgi quòd Comitiſſæ Arlunenſis neptem ex filia duxiſſet uxorem, eadem bona ſibi vendicare atque eccleſiæ Treverenſi adimere niteretur, Egilbertus Henricum primò communione privavit, deinde neque ſic à violentia ſibi temperantem anathemate maranatha devovit, & poſtremùm infeſto exercitu ad civitatem Treverorum contendenti ſuorum auxiliis contractis occurrit, hoſtem ſtatuto die D. Petro opitulante fortiter acie repreßit atq; cedere coëgit. Eius etiam temporibus cum frequens in Paleſtinam expeditio fieret, eaq́, occaſione Iudæi paßim ad internecionem peterentur, ii qui Treveris habitabant imminentibus jam urbi inimicis partim ſibi ipſis mortẽ conſcivere, reliqui

A liqui cum ad epiſcopum in palatio degentem tanquam ad aſylum confugerent, ab ipſo fidei Chriſtianæ doctrinam hauſerunt, ſacroq́; baptiſmate tincti ſunt. Hæc item in geſtis Trever. Æneas Sylvius hiſtoriæ Bohemicæ 147. cap. Gilbertum Treverorum archiepiſcopum anno Chri. 1086. cum Vratislao quem Henricus 4. Imperator Moguntiaci Bohemiæ Regem appellaverat, unà in Bohemiam miſſum ſcribit inungendi regis gratia. Scheckmannus Egilbertum annis 22. menſib. 8. dieb. 3. ſediſſe & in majori eccleſia ſepultum dicit, quippe hoc in geſtis traditur: ſed additus inſuper
B eſt annus Chriſti 1101. quo Nonarum Septemb. die deceſſerit, atq́; inde menſibus quatuor epiſcopatum vacaſſe legitur. Suffectus eſt 80. antiſtes Bruno, nobili origine Francus, patre Arnoldo Comite natus, majorum eccleſiarum Treveris & Spiræ, Divi etiam Florini apud Confluentes Præpoſitus, inſuper archidiaconatus dignitate inſignis. Cives Treverici anno Chri. 1101. quod antiſtite orbata erat eccleſia, Moguntiaci Henricum Imp. ibi Natalem Domini conventumq́; celebrantem adierunt: quibus petentibus unaq́; cum ipſis conſentientibus principibus, Imperator Bru-
C nonem hunc dedit: qui mox Idib. Ianuar. à cœtu epiſcoporum eodem in loco conſecratus, Treverim poſt dies aliquod acceſſit. Poſt tertium annum menſe Martio Romam profectus, quum Paſchalis (2.) Papa jam tum Pontificatus ſui anno 8. Chriſti is eſt 1107. univerſalem haberet Synodum, ab ipſo pro veteri dignitate Primatus totius Galliæ Germaniæq́;, perquam honorificè ſuſceptus eſt, ſed quòd epiſcopalia videlicet annulum & baculum à manu laica ſuſcepiſſet, & eccleſias conſecraſſet, clericos ordinaſſet necdum impetrato pallio, correptus acriter, epiſcoporum conſeſſu cenſente epiſcopatum abdicavit, triduoq́; pòſt denuò reſumpſit, accep-
D ta pœnitentia ne toto deinceps triennio celebrandis miſſarum ſolenniis dalmatica uteretur, quod humiliter implevit. Deinde cum „ benedictione & pallio domum dimiſſus magis quàm antea operib. juſtitiæ cœpit inſiſtere, & verbum ſacræ exhortationis quaſi menſuram evangelici tritici dominicæ familiæ fideliter erogare, & quod prædicavit ore ſtuduit operum executione confirmare, attentius illud beati Gregorii mente pertractans, Cuius vita deſpicitur, „ reſtat ut prædicatio eius contemnatur. „ Hæc ſunt ipſa ſcriptoris geſtorum eius verba qui tum vixit, neque ſolùm ob inſignem induſtriam regendæ eccleſiæ, tuendis ab injuria myſtis, verumetiam ob prudentiam & auctoritatem ſummā in Imperio ipſum haud vul-

gariter commendat. Addit, Henrico 4. Imp. mortuo, communi A
principum decreto Vuedoninum regię curię conſtitutum, & reg-
num ipſumq́; regem Henricum 5. adhuc adoleſcentem ei commiſ-
ſum, ea provincia ſtrenuè defunctum donec Adelberti cancellarii
poſtea Moguntini Archiepiſcopi injuriis exaſperatus, regni atq;
Regis curam proceribus reſtituit. In diſsidio quod tunc inter Re-
gem & Papam vigebat propter inveſtituras eccleſiaſticas, pru-
denter absque partis ullius offenſione ſe geſsit, auctorq́; tandem Re-
gi fuit Pontifici Romano obtemperandi & amplectendę concor-
dię. Fuerunt in eius diœceſi, oppido Iuodii, agri Lutzenburgenſis B
hęretici, panem & vinum conſecratione myſtarū non tranſmu-
tari veraciter in corpus & ſanguinē Chriſti, nec baptiſmum par-
vulis ad ſalutem proficere, aliaq́; tetra dogmata profitentes: ad-
verſus quos examen publicè peregit eventu vario. Duodecim
annis magna cum laude pontificatu adminiſtrato, deinceps in vi-
tia pręceps lapſus eſt, avaritię pręſertim & ambitionis. Ut e-
nim militum inexpiabili cupidini muneribus ſatisfaceret, non ſo-
lum clericorum & laicorum bona diripiebat, verumetiam eccle-
ſiarum villas & curtes alimentis famulorum Dei deputatas, in-
ſuper ornamenta pretioſa, vaſa aurea & argentea ſuos in uſus C
convertens, inde ſumptus faciebat, inde humanos ſibi favores
comparabat. Nihil enim laude fuit illi in vita dulcius. Itaque
villam Macharam cœnobio virginum Horrenſi, Leſuram autem
D. Paulino ablatam, aliasq́; complurimas ſine numero aliis a-
demptas epiſcopalibus redditibus addidit. Anno epiſcopatus 19.
Romam proficiſci cum inſtituiſſet, ob Adelberti Moguntini archi-
epiſcopi ſimulq́; Stephani Metenſis epiſcopi proteruiam, quorum
ille Legationis Romanę ſedis, alter ampliore pallii dignitate impe-
trata, ſeſe ad eccleſię Treverenſis detrimentū efferebat, Calixtū D
(2) Papā Rom. Auguſtoduni in itinere obuiū habuit, cum quo Clu-
niacū pergens ibi ſcriptū huiuſcemodi ab illo indulti obtinuit. Ca-
lixtus epiſcopus ſervus ſervorū Dei venerabili fratri Brunoni Tre-
verenſi archiep. ſalutē & apoſtolicā benedictionem. Et conſuetudo
ſedis apoſtolicę perſuadet, & ipſe rationis ordo expoſcit, ut in Ro-
manę eccleſię unitate atq; obedientia devotos exiſtentes honorare
amplius ac diligere debeamus. Proinde frater dulciſsime poſtu-
lationi tuę clementer annuimus, & perſonā tuam dilectionis bra-
chiis amplectentes, eam à cuiuslibet Legati poteſtate abſolvimus,
niſi fortè à noſtro latere dirigatur. Confidimus enim in Domino
quod

Digitized by Google

A quòd de ſapientia & religione tua & Deo & eccleſiæ honor magnus utilitasq́ proveniet. Data Cluniaci 3. Non. Ianuarii. Tandem Bruno epiſcopus ſenio ſimul & infirma valetudine deficiens, cum circumcirca ſurgerent homines improbi, & res eccleſiæ quæ ipſorum d ſenſioni atq; ut ita dicatur advocatiæ commiſſæ fuerant, depopularentur, Duce Wilhelmo Comite Lutzenburgico Conradi filio, iſtos fruſtra ſæpius æquitatis admonitos, tandem cum non haberet quo veſaniam illorum armata manu poſſet reprimere (ipſi enim ſi barbari provinciam hanc impetiſſent, hi iſtis debuiſſent
B reſiſtere) diris devovit, anathematis ultione utebatur, quod hiſce verbis die quadam Dominica publicavit & inflixit. Propter continuas oppreſſiones quas eccleſia noſtra patitur, decernimus & ſancti ſpiritus judicio & auctoritate nobis conceſſa confirmamus, ut quicunque ſive in rapinis rerum eccleſiaſticarum, ſive in combuſtione alicuius eccleſiæ, ſive in captione alicuius clerici, vel in quacunque indebita exactione, ſive in generalis vel ſpecialis violatione hactenus nos conturbaverit, ad ſatisfactionem canonicè vocetur, paſſurus ſententiam ſecundum merita, obediens judicium
C cum miſericordia, rebellis judicium ſine miſericordia. Ab hac autem die ulteriùs quicunque ſupradictorum violatorum inventus fuerit, hodierna excommunicatione prædamnamus, & præcipimus ut ab omnibus uti ſacrilegus devitetur, ſuſpenſo eius nomine in eccleſia ad indicium excommunicationis jam ſuper eo facta, & ſingulis dominicis diebus repetendæ: ita ut quicunque ei communicaverit, ſi laicus, eodem anathemate feriatur, ſi clericus, ab ordine deponatur. Spolia quoq; emens vel dono accipiens, eidem cui & ſpoliator damnationi ſubjaceat. Congregationibus autem licentiam damus ut quicunque eos in bonis ſtipendiorum ſuo-
D rum læſerit, eum quotidiè excommunicatione proſequantur. Porrò archidiaconis concedo ut ubi ego alius negotiis impeditus adeſſe non potero, pœnitentes eccleſiæ reconcilient, ſervato ordine in compoſitionibus & cæteris eccleſiaſticis conſuetudinibus. Ædium quoque ſacrarum ſtudioſus Bruno fuit. Monaſterium virginum in ſuo prædio diœceſis Spirenſis quod dicitur Odenheim fundavit. S. Eucharii cœnobium juxta Treverim religione rebusq́; jam pene collapſum reparari ex integro curavit per Eberhardum Abbatem, cuius tempore ſanctus Mathias Apoſtolus repertus miraculorum frequentia locum illum mirificè prouexit: ipſa etiam Treverorum urbs per meritū beati Mathiæ melioratio-

tionis

tionis ſuæ plurima indicio monſtravit. Atq; exinde monaſterio huic Abbatiæ ſancti Mathiæ nomen quod nunc celeberrimum eſt, manſiſſe teſtatur in Hirſaug. Chron. Trittenhemius, quanquam eodem libro alibi ſcribit anno 1135. corpus Divi Mathiæ repertum ſub epiſcopo jam tum Adelberone Bruno inſuper apud Confluentiam beati Florini templum vetuſtate conſumtum meliore atque ampliore forma nobili opere reſtituit. Treveris beati Paulini fanum quod aliquoties olim refectum poſtremò ignis hauſerat, datis ſumptibus ut inſtauraretur effecit. Atque tandem à Nativitatis Chri. anno 1124. epiſcopatus ſui 23. die 7. Calend. Maii. fato functus, tumulo juxta deceſſorem Egilbertum in eccleſia majore poſitus eſt. Hæc ſcriptor geſtorum eius æqualis illorum temporum prolxè narrat, ſeq; partim vidiſſe, partim certa relatione comperiſſe teſtatur: quamobrem etiam ipſius fere verbis quanta fieri potuit brevitate deſcripta ſunt: uti & Scheckmannus nonnulla inde pariter retulit Sed & in Hirſaug. Chron. Trittenhemius Brunonem anno Chriſti 1124. mortuum teſtatur. Vrſpergenſis Abbas in ſuo Chron. multis narrat anno Chriſti 1106. Brunonem hunc Trever. epiſcopum de Lotharingia, Moguntiaci frequentibus Comitiis Henrici quinti Regis legatum cum aliis epiſcopis ad ſanctam matrem eccleſiam Romanam deſtinatum, deinde Tridenti à præfecto Henrici 4. Imp. captum ac rurſum ad Imperatorem dimiſſum, quod & Avent. lib. 5. Annal. Bojo. & Richardus Waſſenb. commemorat. Poſt obitum Brunonis epiſcopatum vacaſſe tradunt duobus menſibus & totidem diebus: tandemq; Godefridus eccleſiæ majoris decanus in ordine 82. antiſtes ſucceſſit, de parochia Leodienſe ortus, & plurimis antea dignitatibus in eccleſia Treverenſi poſitus. Hic cùm primum in epiſcopatu annum exegiſſet, calumniis quorundam de clero pulſatus, ſimul tantæ curæ ſuas vires ſuam imbecillitatem haud ſufficere reputans, poſtremũ ne fraterna charitas in eccleſia propter ſe ſcinderetur, ultro pontificatu abiit, cùm haud amplius annis 2. menſibus. 10. diebus 11. præfuiſſet ac menſibus inde 17. diebus 16. ſuperſtes, à ſucceſſore ſepultus eſt in majore baſilica ſancti Petri, ut in geſtis ſcribitur, & repetit Scheckmannus lib. 2. cap. 9. ſimulq; Trittenhem. Hirſaug. Chron. Succeſſit autem 38. epiſcopus Meginherus, Leodienſe quoque parochia genere nobili ortus: qui cum menſe Iunio fuiſſet electus, ſequenti autumno copiis contractis novum caſtellum Neumagen dictum primo impetu cepit: Wilhelmum

A helmum Comitem (Lutzenburgicum) ad pacis conditiones adegit: patriæ pacem brevi reformavit. Deinde Roma cum pallio reverſus clericorum incontinentiam ſeverius inſectando ſummam ſibi invidiam conflavit. Et quia poſt obitū Henrici 5. Imp. Francorum proceres (ipſa illorum temporum ſcriptoris qui conſiliarius epiſcopi Adelberonis fuiſſe videtur verba ſunt.) Lotharium Ducem Saxonum in regnum eleuauerant, eorumq́ decretum Romani laudaverant, Fridericus autem Dux Alemannorū Imp. Henrici ex ſorore nepos, cum quibuſdam ſibi faventibus fratrem ſuum
B Conradum regno ſubſtituerat, ea propter Honorius Papa Roma. Conradum excommunicaverat, ipſiq́ Meginhero ut idem in ſua ſede faceret mandarat. Itaque cum Meginherus poſtea Conrado Rege jam in Italia cum exercitu agente, denuo Romam proficiſceretur, epiſcopatus ſui anno altero, captus eſt & Parmenſibus cuſtodiæ traditus, ſeu ut alibi proditur pro magna pecuniæ ſumma pignori relictus, ſequenti etiam anno jam oculorum lumine ex afflictione amiſſo, Cal. Octob. obiit, atq́ ibidem ſepultus, uti geſtorum ſcriptor & inde Trittenhemius Hirſaug. Chron. Scheckmannus etiam in epitome refert. Deinde Treveri Brunonem
C quendam ſuperioris epiſcopi Brononis nepotem elegerunt: ipſo tamen favore Rom. Pontificis ſummopere renitente, præſertim cauſa inopiæ huius eccleſiæ, re autem vera majoris Epiſcopatus gloriam affectans, inquit ſcriptor geſtorum qui pars horum fuiſſe videtur. Romæ tum ſciſma teterrimum vigebat inter Innocentium " & Anacletum duos Papas: quorum poſterior alterum ex æde Divi Petri tormentis bellicis admotis, & cum infeſta manu armatorum ab ipſa etiam urbe fugere compulerat anno Chriſti 1130. " Gallias adiit Innocentius: atque ubi cum Rege Lothario Leodii
D degeret, Treveris electionem ſuam confirmari poſtulantibus, Brunonem ipſis negavit, & ut alium crearent reſpondit. Itaque cum ſequente Paſchate (Chri. anno 1131.) Rex Lotharius omnesq́ principes Treverorum, in urbe Treveri conveniſſent, pars cleri primiceriū Metenſem Adelberonem elegit, repugnantibus acriter principibus & populo: cæterùm contentione demum poſt integrum annum auctoritate Regis atq́ Papæ ſublata, ſequentibus Paſchalibus anno Chriſti 1132. intronisatus eſt Adelbero 83. epiſcopus. Hic ſtudium ſuum ad hoc omnino adhibuit, ut redditus epiſcopales abſolutos faceret. Curiā Humbach aliaq́ vel inuadiata, vel in beneficiū data per deceſſores ſuos Godefridū & Meginhe-

rum

Digitized by Google

rum, redemit. Lotharius Rex quòd prius epiſcopalem benedictionem quàm ſuam inveſtituram requiſiviſſet, offenſus, omnino ſeſe illi oppoſiturus credebatur, niſi quod talem virum eſſe ſciebat, qui facilè totum mundum ſui imperii contra ipſum commoveret: ideoq; leviter ſibi ſatisfieri paſſus eſt. Simonem Lotharingiæ Ducem, cui ſoror Regis Lotharii nupta erat, Adelbero in ipſa Regis curia die Paſchæ pronunciavit excommunicatum, & exire ab eccleſia compulit. Palatiolum Iulii Cæſaris caſtrum juxta Treverim, tunc tẽporis ſitu & vetuſtate collapſum & inhabitabile, multis ſumptibus reſtruxit, & victualia ſua illuc deferri juſsit. Metenſem epiſcopum in ordinem redegit, ut ſibi obediret ſubſcriberetq;. Diebus his Dominus Archiepiſcopus multa colligendo factus eſt valdè abundans in rebus, & undique corraſit ſibi quod mens utile ſuaſit: nec cœnobiis propriis pepercit: eccleſiam ſancti Mathiæ nimis attriuit, plurimumque gravavit, & quotidie ſuccreſcens ad quadam magna quæ mente conceperat præparationem faciebat. Abbatiam S. Maximini ex antiquis privilegiis eccleſiæ ſuæ in fundo beati Petri ſitam, & de jure antiquo ad ſuam pertinere diſpoſitionem intelligens, omnino animũ advertit ut à poteſtate Regis eriperet, ſuæq; eccleſiæ reſtitueret. Quapropter in Italiam adverſus Rogerium Siculum cum Rege Lothario profectus eſt, adductis centum militibus, ſecundum æſtimationem, ſed vero numero tantum 67. qua expeditione Lotharius Imp. ex Italia rediens in Alpibus Tridentinis obiit anno Chriſti 1138.) Adelberonem Innocentius Papa Legationis dignitate ornavit: iſque in itinere domũ verſus, cum accepiſſet Wernherum & Ioannem de Nantirſsburg juſſu Ottonis Comitis de Reinecka caſtrum ſuum Arram per inſidias occupaſſe, forti animo per coronam ſuam juravit, ſe nunquam barbam ſuam raſurum, niſi & ſuo caſtro Arra prius recuperato, & Nantrisburgo deſtructo. Collectis igitur omnibus Tullenſis & Metenſis terræ principibus, cum magna militum vi Treverim venit, dein, utrumq; caſtrum Arram & Nantisburgũ ſimul obſidione cinxit: uno recuperato, altero deſtructo triumphantis more Treverim rediit. Conrado Regi intima familiaritate atque amicitia conjunctus fuit, adeo ut poſt mortem Lotharii contradicentibus ferè omnibus Regni principibus Adelbero tamen induſtria ſua Conradum ipſum in Regem creari effecerit, accitis in colloquium ad Confluentiã Friderico Duce, Conradi frtare Bochoq; Vangionum epiſcopo, accedenteq; Colonienſe archimyſta

Arnoldo

A Arnoldo, quorum votis Conradus Rex dictus & mox Aquis graneis eſt confirmatus. Henrico deinde Saxonum Duce, Lotharii genero ſeſe opponente, cum ad Herſueldam dies indictus eſſet acie de regno decernendi, & Adelbero in id Conrado Regi militum duntaxat viginti auxilium pollicitus eſſet, quingentos adduxit, cum 30. vini plauſtris & annona infinita, vinumq́ ſingulis Principibus maximè Saxonibus largitus eſt: unde pax illius potiſsimũ opera convenit. Ob hæc à Rege Conrado Abbatiam S. Maximini recepit, Rege Patronatum eius eccleſiæ diu ab Auguſtis poſſeſſum

B reſtituente. Qua de cauſa monachi convaſatis loci ornamentis, auro, argento, gemmis rebuſq́ pretioſis quibus tunc abundabant, Namurenſis Comitis opem, ſui ſcilicet Advocati quòd ditionem Lutzenburgicam tenebat, adverſus Epiſcopum pararunt: unde bellum exortum. Comes repente nec renuntiata domino ſuo fidelitate, cum infeſto exercitu M. D. militum ad civitatem contendit. Et Treveri non erant præmoniti, nec vallo nec muro adhuc cincti, & longa pace bello deſueti. Ipſe archiepiſcopus aberat, in curia Regis agebat: cæterùm Comes Fridericus de Vienna tunc fortè Tre-

C veris degens, Namurenſi occurrit, recedere perſuaſit. Epiſcopus à curia reverſus cum fruſtra priùs tentaſſet pacem, hoſte per diœceſin incendiis, rapinis cædibuſq́ graſſante, demum defenſionem parare cogitur. Rodulphimontem bis obſidione cingit, expugnat, evertit, caſtrum opinione invictum. Novum caſtrum quod dicitur Mons Mercurii condidit, ne Namurenſis eum locum pene in meditullio terræ ſuæ ſitum firmaret. Manderſcheid/ natura loci munitiſsimum cepit: usq́ ad extremum fatum retinuit: Garlandam Zolueramq́ cepit, & triginta munitiones Comitis Namurenſis aut expugnavit, aut deſtruxit. Epternacum quoq́ cepit,

D ubi Comes militiam tenere ſolebat. Sub prima Montis Rodulphi obſidione, quia Comes Palatiolum inuaſerat, eccleſiam S. Mariæ ſuccenderat, ut epiſcopi quoq́ munitionem cremaret, epiſcopus repente ſoluta obſidione, nocte cum copiis ſuis aduolat: Comes eius adventu cognito fugit, villam epiſcopi Witlich, Vitelliacum eſt, igni tradit: ad Abbatiã quæ Clauſtrum dicitur (Himerede) quietem cibumq́ capturus pergit: ſed inſequente hoſte famelicus & inde ſe proripit, tandemq́ commiſſa pugna funditur, Equi velocis beneficio evadit, multis ſuorum captis, pluribus cæſis: qui tandem cladibus præliisq́ feſſus, & Comitatu ab epiſcopo pulſus ſupplex pacem conſecutus eſt. Anno Chri. 1148. Adelberone invitante Pon-

Digitized by Google

tifex Rom. Eugenius 3. Treverim venit: maximis honoribus exceptus eſt cum Cardinalibus duodeviginti & plurimis epiſcopis Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Angliæ variarumq; nationum, quibus omnibus Adelbero ſeptimanis duodecim ſumptus abundè fecit. Venerunt etiã tunc ad Papam Treverim quamplurimi Archiepiſcopi, Abbates, Archidiaconi, Præpoſiti, Duces, Comites. Incredibili pompa proceſſionis Natalẽ domini celebravit Papa, cum nacco equitans, antecedentibus Cardinalibus & epiſcoporũ multitudine in equis albo tectis ad eccleſiam S. Paulini, indeq; reverſus miſſam operatus eſt mirifica hominũ frequentia in æde D. Petri. Peracto ſolẽni officio ex una parte dominus Papa cum Cardinalibus, ex altera dominus Archiepiſcopus cum cæteris præſulibus infulati in menſis ex adverſo ſederunt: nec tot tantasq; rei huius expenſas ulla quiſquam arte exprimat. Papa tunc eccleſiam S. Eucharii ſanctiq; Mathiæ conſecravit in honorem. S. Ioannis Evangeliſtæ, nec diu poſt etiam S. Paulini ſanum. Deinde concilium Rhemis agente Pontifice, Adelbero lectica eò ſumma cum magnificentia ſplẽdoreq; vectus, primum inter omnes epiſcopos locum ſortitus eſt. Primatus eccleſiæ ſuæ ſuper omnem Galliam & Germaniam privilegia recitari curavit: unde Remenſis antiſtes conturbatus eſt: inter illius & Treverenſis præſulis comites tumultus ortus, Treverenſium plerique vulnerati. Adelbero indignabundus ſuodii ſeſe capturum ſedem, atque inde Rhemenſem archiepiſcopatum vaſtaturũ minatur. Tandem deditione percuſſorum à Rhemenſe facta, ceſſerunt iræ. Cum eodem anno Palatinus Comes Hermãnus caſtrum Triß occupaſſet operibusq; munivíſſet, id cum attinente terra Comes Otto de Reinecka ceßit Adelberoni & eccleſiæ Treverenſi recuperandum: quamobrem mox ab Adelberone obſideri cœpit. Adducente autem cohortes ſuas Palatino, Epiſcopus triduo pugnandi copia facta talem ad milites orationem habuit. O vos amici beati Petri, ô ſanctæ defenſores eccleſiæ qui hodie pro Deo atque pro juſtitia mortalia corpora veſtra hoſtili gladio oppoſuiſtis. Nunc veniat vobis in mentem beatus Petrus, cuius milites hodie exiſtitis; credatis eum cum magna Sanctorum caterva inviſibilibus clipeis hodie vos protegere: certi eſtote de victoria. Reſpicite hoc ſignum crucis, hoc inquam ſignum terribile adverſariis Ieſu Chriſti. Hæc eſt crux in qua Hermannus Comes Palatinus mihi juravit fidelitatem die illa, qua advocatum eccleſiæ noſtræ ipſum conſtitui, die qua illas vires illãq; potentiam

A tiam ei contuli per quam me modò infeſtat. Tunc prædixi ei in
hac cruce eſſe de ligno Domini, in quo ille cuius hæc ſacroſancta re-
fulget imago, de hoſte humani generis triumphavit, multorumq́
ſanctorum venerabiles reliquias in hac cruce indicavi contineri.
Ipſe verò Palatinus tenens manum ſuper hanc ſanctam imaginē
juravit mihi in hac verba: Hunc Dominum, hunc pro nobis cru-
cifixum do vobis domino Archiepiſcopo fidejuſſorem, & juro vo-
bis per eius virtutem, quòd nunquam aliquid contra vos faciam,
& quòd in omnibus veſtris neceſsitatibus cunctis viribus meis om-
B nique potentia mea vobis fideliter aſsiſtam. Nunc ergo ſciatis om-
nes quòd hunc fidejuſſorem, Chriſtum ſcilicet Dominum, in hac
ſua ſacra imagine portabo ante illum, oculis illius eum ingeram,
hunc ſui juramenti teſtem illi demonſtrabo. Sed nunc ô fideles Ieſu
Chriſti qui vitam & ſanguinem veſtrum pro defenſione eccleſiæ
ſuæ offertis, præparate corda veſtra Domino, mundate conſcien-
tias veſtras, & quia non vacat ut ſigillatim faciatis confeſsionem,
ego poteſtate nobis à Deo tradita faciam vobis per officium noſtrū
indulgentiam & remiſsionem omnium delictorum veſtrorum, ut
C ſi quis hodie ex hac temporali & incerta vita evocatur, tranſeat
ad meliorem vitam, ſcilicet æternam. Tunc cùm accepiſſet om-
nium communem confeſsioem, indulgentia facta & abſolutione,
benedictionem ſuper eos faciens ita omnes animavit, ut in nemine
timiditatis ſignum appareret. Comiti Namurenſi vexillum com-
miſit: ipſe ſuis manibus crucem geſtabat. Hæc cum nuntiata eſſent
Palatino, legatos de pace miſit, & uti præſidium ſuum caſtro a-
bire permitteretur obtinuit, epiſcopus caſtro potiretur. Uni (in-
quit auctor horum) Curiæ interfui, quum Adelbero Francofurtū
petiit ſub Rege Cunrado, navibus cameratis 40. liburnicis & one-
D rariis & coquinariis ratibus exceptis. In qua curia octo Comites
& ducem Lotharingiæ Mathæum Ducemq́ de Lemburgo, cleri-
corum autem & militum tantam ſecum multitudinem habuit ut
omnibus eſſet admirationi. Moguntinis erat infenſus: ideoq́
Francofurdto domum repetens è navibus claſsico edito atq́ hoſti-
li oſtentatione ipſos terruit. Poſtremò curiam frequentem cum
apud Confluentes habuiſſet, inter Comites de Molbach & de Sei-
ne qui ob Bonnenſem Comitatum diuturne bello contenderant,
omni pene inferioris regionis nobilitato in partibus hærente, in-
ducias compoſuit. Siquidem in uſu habebat frequenter ſuffraga-
neos ſuos & principes ac nobiles de provincia ſua congregare, &

ſtipendia largiter illis adminiſtrare, deque ſtatu eccleſiæ ac pace patriæ cum ipſis tractare. Tandem igitur habita iſtac curia febre acuta correptus anno Chriſti 1152. 18. Cal. Febr. deceſſit. Teſtamento curiam Thure, quam à Comite VV. de Glitzberg emerat, fratribus eccleſiæ S. Petri Trever. legavit ad refectionem in eius Anniverſario. Patrimonium ſuum Sule & Curiam & Bridal iiſdem dedit, ut inde crux aurea reſtitueretur quam bello ſuperiore decruſtaverat, & ornamenta quædam oppignorata redimerentur. Horrenſi eccleſiæ quod ei belli quoq; tempore ornamenta pleraq; abſtulerat, vineas dedit pro reparatione. Exta eius in Clau- B *ſtro (Himerode) condita marmoreq; tecta ſunt: corpus Treverim delatũ ampliſſimis exequiarũ honoribus cum ad ſingula monaſteriorũ pulvinaria quotidie ſupplicationes ductæ actaq; fuiſſent, undecimo à morte die tumulatum eſt in eccleſia Majore S. Petri omnibus qui magna frequentia confluxerant antiſtitib. principibusq; fatentibus tam honorabiles exequias ſe nunquam vidiſſe. Sedis annis XIX. menſes. X. Hæc ſcriptor geſtorum, æqualis eius, & uti cernere licet familiaris, multo pluribus narrat, iiſdem plerunq; verbis, gloriæ domini præco ſatis egregius, adeo quidem ut in nonnullis mo-* C *dum veri excedere videatur: cæterùm non obſcurè quæ tum fuerit eccleſiæ ſuperficies, quantopere conſueverint illo ſeculo divina profanaq; miſceri indicat. Perpauca horũ in Epitomen retulit Scheckmannus: attamen Adelbero, inquit, cum eſſet induſtrius ultra modum, plurimum etiam diœceſin prædiis auxit. Trittenh. Hirſaug. Chron. plura ex iis quæ cõmemorata ſunt, propemodum de verbo ad verbum tranſcripſit, quæ proinde non eſt operæpretiũ repetere. Otto Friſing. epiſcopus lib. 1. de rebus geſtis Friderici I. Imp. cap. 29 circa initium Conradi regis tum ubiq; terrarum, ſcribit, bellorum turbine orbem replente, fermeq; totum Imperium ſeditionum mo-* D *tibus involuente &c. in Belgica Gallia viris magnis & egregiis Alberone Treverorũ Archiepiſcopo, & Henrico Namurenſe Comite debellantibus, omniaq; præda & incendio commiſcentibus maximum reipublicæ diſpendium expectabatur &c. Mortuum Adelberonem anno Chri. 1152. annotavit quoq; vetus Sigeberti ſupplementarius, virum magnanimum & ſingularis cenſuræ vocans.*

Succeſſit ab obitu Adelberonis die 14. 84. epiſcopus Hillinus, unanimi conſenſu tam cleri quàm populi electus, ex Decano majoris eccleſiæ, vir doctus & modeſtus, inani ambitione vacuus, qui

optimè

A optimè noſſet ad hoc ſe vocatum, ut populo Dei ſtuderet non tam "
præſſe quàm prodeſſe. Fumantem adhuc titionem ſuperioris belli
quod inter Henricum Namurcenſem Comitem & Adelberonem
epiſcopatum flagraverat, omnino extinguere non armis, ſed pace,
non animoſitate, ſed lenitate, non temeritate, ſed ratione tota men-
te contendit. Ita tyrannis occaſionem nocendi prudenter adime-
bat, & ubi aliter non poſſet, pacem eccleſiarum & populi Dei per
ſpeciem honeſtam redimebat. His artibus apud Fridericum Imp.
cum eſſet Treveris, Abbatiam S. Maximini, cuius occaſione plu-
B rimæ calamitates evenerant, diplomate & aureo ſigillo confirma-
tam ſibi & ſucceſſoribus ſuis obtinuit. Henricum Comitem Na-
murcenſem & Lutzenburgenſem ob caſtrum Manderſcheid epiſ-
copatui timendum, conceſſa illi viciſſim donec viveret Machera
placuit. Caſtrum Schura mortuo Guilielmo qui illud S. Petro
cum allodio, miniſterialibus & omni familia donaverat, quod
Mathæus Dux (Lotharingiæ) per fraudem occuparat, Friderici
Imp. ope ex integro obtinuit. Caſtrum Seine cum finitimo prædio
tempore Comitis Euerhardi acquiſivit, pariterq; caſtrũ de Naſ-
C ſovve Wormatienſis eccleſiæ proprium, parte cenſuum de Parde-
nen pro hoc commutata. Munitionem Bruich & Billiche obti-
nuit. Inveſtituram & electionem paſtoris eccleſiæ de Logenſtein, à
Comite Palatino de cuius beneficio erat, coram Friderico Imp. re-
cepit, eiusque tertiam decumarum partem haud modici proven-
tus ad epiſcopalem menſam perpetuò delegavit: pariterq; à Pala-
tino jus eccleſiæ de Chemitam ad illius item beneficium ſpectans
nactus, monaſterio Sprenckersbachio contulit. Turrim in E-
rinbreiſtein perfecit: ciſternam ibidem magnis ſumptibus effo-
di, ædes epiſcopales reparari, vallem etiam in rupes ſolidas excidi
D curavit. Turrim in caſtro Triß à fundamento extruxit, atq;
item in caſtro Manderſcheid. Anno Chriſti (1159.) poſt exceſ-
ſum Hadriani (4.) Papæ ſciſma denuo pernitioſum Romæ ortum
erat inter Victorem (4) & Alexandrum (3.) duos pontifices, an-
niſque (16.) ſtetit. Inter hæc tanta fuit Hillini ſolertia, ut qui
eſſet apoſtolicæ ſedis Legatus, id ſuaderet, id ageret, quod ſalva
conſcientia majorumque gratia cenſebat utilius. Cùm omnia
prudenter ageret ob tria tantummodo minus commodè audivit,
nempe de commutatione caſtri Naſſavve, de Machera Comiti
Namurcenſi conceſſa, deque beneficio plauſtrorum vini ſex Rein-
hero do Berge præſtito, quòd ſeſe in Italiam magnis ſuis ſumptibus

Digitized by Google

fuiſſet comitatus: cæterùm ſicuti hoc poſtremum, ita nec primum A
nec ſecundum ſumma ratione caruit. Conſentire tamen, inquit
ſcriptor geſtorum non illis oportet qui affirmant eum quoſdam con-
ſiliarios elegiſſe, qui frequenter mentis eius propoſitum manſuetum
& pium à ſtatu rectitudinis averterunt, & pro commodo utilita-
tis ſuæ ſinceritatem intentionis eius in multis exorbitare coegerunt,
non metuentes illam ſententiã beati Jobi qui comminatur eis &
eorum ſimilibus, dicens: ipſe novit & decipientem, & eum qui
decipitur: propterea adducet conſiliarios in ſtultum finem, & ju-
dices in ſtuporem. Idem Epiſcopus tranquillitate rerum potitus B
novum opus in orientali parte baſilicæ S. Petri inchoavit: at fato
præventus non abſoluit. Anno pontificatus IIXX. obiit. 10. Cal.
Novemb. Hæc iiſdem pene verbis ſed copioſè tradita ſunt in geſtis
Hillini ab erudito viro eiuſdem ſeculi conſcriptis: quanquam
Scheckmannus Hillinum electum, & non tam præfuiſſe quàm pro-
fuiſſe, atque mortuum ferè non pluribus refert. Otto Friſing. e-
piſcopus de rebus geſtis Friderici 1. Imp. lib. 2. cap. 4. ſcribit, à Fri-
derico Rege jam coronato ſtatim legatos ad pontificem Romanum
Urbemque ac totam Italiam miſſos Hillinum Treverenſem ele- C
ctum & Eberhardum Babenbergenſem epiſcopum, viros pruden-
tes & literatos. Hoc accidit anno Chriſti 1152. ac deinde (Chriſti
anno 1156.) Hillinum cum aliis epiſcopis & principibus magno nu-
mero Fridericum Imp. in Italiam comitatum prodit Radevicus
de rebus geſtis Friderici Imp. lib. 1. cap. 25. Hillinum præfuiſſe Tre-
verenſi eccleſiæ IIXX. annis teſtatur Trittenh. Hirſaug. Chron.
ſed intelligendum eſt de anno currente, non de completo: nam an-
no Chriſti 1169. deceſſit. Tum primores cleri & populi eccleſiæ
Treverenſis cùm conveniſſent, Imp. Friderici ſuggeſtione Præpo-
ſitum ad D. Andreæ Colonienſis *Arnoldum virum ſtrenuum, pru-* D
dentem atq; nobilem, inſuper opulentum communibus votis 85. E-
piſcopum crearunt. Is publicæ quietis tam ſtudioſus fuit ut omnem
ferè nobilitatem regionis ad pacem & concordiam redigeret, non
ſolum frequenti admonitione, ſed etiam muneribus ampliſſimis &
largitione: atque ob id à ſuis reprehenſus Deum teſtabatur quòd e-
jus gratia diſpendium ſuarum rerum facere mallet, quàm ſe bellis
implicare, quibus daretur occaſio cædibus, latrociniis, rapinis ac
prædis adverſus eccleſias & pauperes Chriſti *: quin ſe profundere*
dicebat facultates ſuas, ut hos qui facerent, & hos qui paterentur
injurias redimeret, quos Chriſtus eſſet dignatus ſuo ſanguine re-
dimere.

A dimere. Neque tamen vel ſic liber omnino à bellis eſſe potuit: ſiquidem Fridericus Mathæi Ducis (Lotharingiæ) filius ex ſorore Friderici Imp. nec conſilio, nec muneribus à direptione rerum epiſcopalium contineri poterat. Quamobrem Arnoldus valido exercitu contracto ipſum apud Sirsbergam obſedit, & ut proprietatem eiuſdem caſtri cum omnibus attinentiis Sancto Patro addiceret, compulit. Similiter hæreditarium jus allodii ſui quod habebat in caſtro Norberg, S. Petro contulit. Eius etiam tempore caſtrum Moncler dictum Schina, conſtructum eſt per archiepiſ-
B copi advocatum Maceti, quod ligium eſt eccleſiæ Trever. Idem archiepiſcopus fortiter repreſſit Comitem de Naſſovve, jura eccleſiæ ſibi uſurpantem in argenti fodina de Homecen & eadem villa. Cum Imp. Friderico magnis copiis & inſigni apparatu adverſus Longobardos in Italiam profectus eſt: nec unquam ſuper his aliquam exactionem eccleſiæ vel civibus imponere Imperatorem ſivit, neque ſibimetipſi quæſivit, ſed ex ſuis facultatibus ſeſe cum omnibus comitibus aluit. Cardinales qui de more antiquo ſubinde Roma mitti ſolebant ad conſolandas & corrigendas eccleſias,
C ne prout erat in uſu, ipſas eccleſias frequentibus angariis gravarent, extra diœceſin maturè occurrens honorificè excipiebat, deq; ſuo cenſu muneribus ornatos quò alio avertebat. Initio Pontificatus ſui luſtratis eccleſiis cum eſſent à temporibus Adelberonis omnes pene aut deſolatæ, aut ære alieno oppreſſæ, juxta modum ſingularum de ſuo brevi illas debitis expedivit. Duo millia marcarum eccleſiis erogaſſe compertum eſt cum moreretur. Obiit 8. Calend. Iunii, (anno Chriſti 1183.) Treveris ſepultus. De maximis illius opibus quas in urbe caſtelliſve reliquerat, nihil pene pro ipſius ultima voluntate actum eſt, niſi quòd Abbatum quorundam indu-
D ſtria qui morienti adfuerant, quæ eccleſiis in eleemoſynam conceſſit rata permanſere: cæterùm Wernherus de Bolandia ac alii Imperatoris Legati omnia paſſim invaſerunt, & divitias eius maximas in poteſtatem Auguſti redegerunt. Hæc de Arnoldo ſcriptor quidam eiuſdem ſæculi nec vulgaris prodidit, Schekmannus verò nulla parte attigit, uti neq; Trittenhemius.

Poſt obitum Arnoldi, quemadmodum ſcriptor geſtorum Treverenſium eiuſdem ætatis narrat, gravis in eccleſia Treverenſi oborta eſt diſſenſio de ſucceſſore, tametſi initio maxima cleri pars & Decanus eccleſiæ majoris Rodulphum eiuſdem fani Præpoſitum expeteret. Itaque cum Wernherus de Bolandia Palatino

Comite annuente referri ad Imperatorem de electione poſtularet, A
Henricus autem Dux de Lemburgo cum aliis nobilibus, liberis,
miniſterialibus atque civibus moram omnem diſſuaderet, pars
iſta quanquam digreſsis & abſentibus iis qui erant partis alterius,
Volmarum archidiaconum raptum potius quàm electum in ſe-
dem epiſcopalem traxit. At juxta condictum deinde reliqui cum
Palatino Comite & Wernhero Bolandino convenientes, iſtam
electionem irritam cenſent: Imperatori legatos rem nuntiant: qui
vocatis partibus ad ſe Conſtantiam, denuo ſi vellent poteſtatem
eis fecit epiſcopum creandi quem liberet. Volmarus conditionem B
aſpernatus diſceſsit: alii licet pauci Rodulphum rurſus electum
Imperatori præſentant, à quo mox inveſtitus eſt. Interea
Volmari factio Domum Sancti Petri occupat, foribus clauſis
obſtructisque præſidio atque armis eò aditum Rudulpho prohibet:
quapropter is in æde Sancti Simeonis Epiſcopatum iniis. Vol-
marus Romam proficiſcitur, Lucium Pontifex Max. contra Ro-
dulphum adit. Lucius ſuſcepta cognitione cùm de more curiæ
negotium de die in diem protraheretur, idque tam perplexum
videretur ut hinc Imperatorem qui cauſam Rodulphi ſuam fece-
rat, inde Papam graviter tangeret, quanquam confectis actis C
ſententiam ferre ſatis multo tempore diſtulit. Tum Henricus
Rex filius Imperatoris Treverim cum multitudine gravi venit:
pravorum quorundam uſus conſilio, immunitatē cleri & liberta-
tatem civium quam deceſſores ſui glorioſiſsimi Principes iis contu-
lerant, & inviolatam uſque ad illam diem ſervaverant, infregit.
Nam milites in domos clericorum qui Volmari partium erant
irruentes, eas diripiunt, ipſius Volmari domum ſolo æquant. Si
quis civium delatus eſſet, vel in vincula rapitur, vel vitam for-
tunasq; pecunia redimere cogitur. Pontifex Rom. clericorum que- D
relis pulſatus, legatos ad Imperatorem miſit qui ipſis ablata reſti-
tui poſtularent: quibus Imperator reſpondit: Immunitates clericis
ideo conceſſæ ſunt (ipſius auctoris verba ſunt) ut ſequeſtrati à fo-
renſibus cauſis & tumultu populi cum humilitate & devotione
Deo in pace deſerviant. Si autem quæ Dei ſunt relin-
quentes, ea quæ ſibi conceſſa non ſunt uſurpaverint, privile-
gio libertatis ſuæ gaudere non debent, niſi reſipiſcant. Quia igi-
tur Treverenſes clerici jura Imperii quæ ab anteceſſoribus no-
ſtris Divis Impp. uſque ad tempora noſtra illibata permanſe-
rant, attingere præſumſerunt, juſtè à filio noſtro glorioſo Rege
Henrico

Digitized by Google

A Henrico ut hoſtes Reipub. habiti ſunt. Si autem dicis ſine ſententia curiæ noſtræ & Principum contra illos eius emanavit edictum, non commendamus, & ut in priſtinum ſtatum reſtituantur volumus. Hæc ille. Pergit deinde commemorare prolixiùs quorſum iſtâ contentio proceſſerit: quodq; Fridericus Imp. rebus in Italia compoſitis ad Germanos Galloſq; reverſus, apud Lutram, caſtellum conventum Principum indixerit, Treveros eò etiam venire juſſerit, unaq; Rodulphum antiſtitem electum, ſed à Papa jam deſtitutum, Volmaro ad contumeliam Imperatoris probato, inſuper
B etiam ab ſede apoſtolica Legationis dignitate aucto. Id anno Chriſti 1186. factum eſt, nimirum ab Urbano 3. Papa ex archiepiſcopo Mediolanenſe, quem multi, inquit Urſpergenſis Abbas æqualis illorum temporum, Turbanum vocaverunt, eò quod „ cum eſſet Mediolanenſis natione, in odium Imperatoris volebat turbare eccleſiam: ſed nutu Dei percuſſus interiit, nec dum biennio Pontifex. Tandem verò Urbani alter ſucceſſor Clemens 3. uti ſcriptor geſtorum tradit, controverſiæ Treverenſi finem impoſuit: Cardinalem Legatum Treverim ire, ſententiam publi-
C care juſſit, qua Volmaro depoſito Treverenſem eccleſiam in integrum reſtituit: liberam denuo poteſtatem eligendi antiſtitem conceſſit. Volmarus hactenus extra diœceſin Treverenſem apud Mediomatricos & in occidentali regno Franciæ, demum etiam in Anglii regis tutela ſeſe continens, ingentes turbas Archiepiſcopi Treverenſis & Apoſtolici Legati titulo atque auctoritate ſubnixus agitaverat. Treverorum quoſdam myſtas edictis ſuis ab officio ſuſpenderat, quoſdam uti & laicos diris devoverat: anathemata ſine diſcretione vibrarat: unde contemptus & ſcandalum factioque omnium deterrima poſt homi-
D num memoriam. Volmarini enim Rodulphinos tanquam impios vitabant, decreta Volmari clanculum vulgabant. Rodulphini adverſarios ſuos præſidio regiorum militū infeſtabant: monachum quendam Ciſtercienſem deprehenſum qui ſe nuntium Volmari erat profeſſus, in cuſtodia palatii donec conſuleretur Imperator aſſervarunt. Sacra interim deſpecta, prophanata: populares ubi corriperentur à Prælatis, eos excommunicatos arguebant: ſi qui modeſtius ſeſe gererent, Volmarini eſſe dicebantur, inſidiis opportuni erant. Et completa eſt prophetia in prælatis eccleſiæ Treverenſis, erit ſicut populus, ſic & ſacerdos. Qui enim

Digitized by Google

nim antehac ſpiritualis gladii terrore inimicos ſuos & invaſores A
eccleſiarum ferire ſolebant, nunc in deriſum & opprobrium facti ſunt, inimicis ſubſannantibus eos & dicentibus, excommunicationes veſtras non timemus, anathemata veſtra non pertimeſcimus, quia vos in eadem damnatione poſiti eſtis. Per hac impunè res eccleſiarum diripiebant, & non erat qui reſiſteret, &c. Poſt tantam calamitatem demum uti dictum, pacatæ res ſunt, nimirum Pontifice Romano ſponte ad id propenſo, quò magis Imperatoris animum ad expeditionem Aſiaticam incitaret: ſiquidem hac tempeſtate Saraceni Paleſtinam & ipſas Hieroſolymas ceperant, im- B
menſa clade populum Chriſtianum affecerant: quamobrem & Imperator ſupremam eò expeditionem fecit: nec diu pòſt Treverenſe negotium Henrico rege annitente terminatum eſt. Tunc itaq; Treveri ſuggerente Rege qui in civitate præſens erat, Dominum Ioannem Imperialis aulæ Cancellarium unanimiter elegerunt, ſimul Regi inveſtiendum præſentarunt, perfectiſq; ſolennibus electionis à Cardinale apoſtolico Legato Ioannes mox confirmatus eſt, anno Chriſti 1190. qui Imp. Friderico fatalis fuit. Prolixè hæc tradit ſcriptor geſtorum Treverenſium, & pars horum fuiſſe vi- C
detur, atque item ſuperioris epiſcopi Arnoldi res memoriæ prodidiſſe. Scheckmannus nihil pene attigit: Trittenhemius minus, quaſi hoc autore caruerit, ideoque nec Arnoldi res memorat. Ioannes igitur 86. epiſcopus cenſetur: de quo poſtea catalogo Auguſtorum ulteriùs producto plenior mentio fiet.

PARS. XII.

ENIMVERO ex ſuperioribus tam Imperatorum Regumque ac Præfectorum, quàm Epiſcoporum etiam D
Treverenſium rebus geſtis, atque recenſione temporum quis fuerit Imperii Romani, regni Francorum orientalium, regni Lotharii, ac Auguſtæ Treverorum Belgicæ primæ metropolis, eccleſiarum quoque Romanæ atque Trevericæ ſtatus poſt Carolum Magnum uſque ad Friderici primi exceſſum, quæ clades, quantæ viciſſitudines interim acciderint, utcunque animadvertere licet. idipſum tamen aliquanto clariùs cognoſcere haud oberit. Et quia turbato veluti ordine hoc ævo dominari cœptum, ideo quæ fuerit Eccleſiæ ſuperficies primùm, deinde quæ regni & Imperii forma ſigillatim videatur.

„ Romanus Pontifex Max. non ſolum ſupra reliquos pontifices & oēs eccleſias, ſed

A ſed ipſam quoque Majeſtatem imperii dignitate atque auctoritate crevit. Lothario regi Lotharii primi Imp. filio Nicolaus Magnus Papa cõmunione interdixit, an. Chri. 864. Qua de re Vide inquit Otto Friſing. Epiſcopus lib. 2. Chron. cap. 3. jam Regno decreſcente, Eccleſiam tantæ auctoritatis factam ut etiam Reges judicet. Deinde circa Chriſti annum 1077. Gregorius 7. Papa, Imperatorem Heinricum 4. excommunicavit, uti idem Friſingenſis lib. 6. Chron. ca. 35. ſcribit. addens & hæc: Lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum geſta, & nuſquam invenio quenquã eorum ante hunc à Romano Pontifice excomminicatum, vel regno privatũ: niſi forte quis pro anathemate habendũ ducat, quòd Philippus ad breve tempus à Romano epiſcopo inter pœnitentes collocatus, & Theodoſius à beato Ambroſio propter cruentã cædem à liminibus eccleſiæ ſe-B queſtratus ſit. Repetit hanc quoque ſententiam Abbas Vrſperg. nec validè ſatis tametſi niſus ſit, oppugnat. Idem ex epiſtola Gregorii 7. Papæ cui priùs Hildebrandi nomen fuit, verba hæc ad univerſos Teutonici regni Principes refert. Pro his illum (Imp. Henricum) cauſis, primùm videlicet quòd ab eorum cõmunione qui pro ſacrilegio & reatu Simoniacæ hæreſis excommunicati ſunt ſe abſtinere noluit, deinde quòd pro criminoſis actibus pœnitentiã non dico ſuſcipere, ſed nec promittere voluit, ſynodali judicio excõmunicavimus. Itẽ ex alia ejuſdem epiſtola poſt datam reconciliationẽ hæc memorat. Solam ei, inquit Papa, cõmunionẽ reddidi, non tamen in Regno à quo eum in Romana ſynodo depoſueram, reſtauravi. Sed & alii Pontifices Romani Imperatorem eundem diris devoverunt, uti ex decreto Paſchalis 2. Papæ liquet, quod Vrſpergenſis Abbas anno Chri. 1102. ſeſe ex ore ipſius Paſchalis Romæ audiſſe teſtatur. Verba ſunt hui-C uſmodi. Quia primò à beatæ memoriæ Gregorio Papa, deinde à ſanctiſſimo viro Vrbano prædeceſſore meo propter ſuam inobedientiam excõmunicatus eſt atque condemnatus, nos quoq; in proxima ſynodo noſtra, judicio totius eccleſiæ perpetuo eum anathemati tradidimus. Id notum volumus omnibus & maximè ultramontanis eſſe, quatenus ab ipſius ſe contineant iniquitate. Conſtat etiã tũ ipſo Vrſpergenſe, tum aliis tradentibus, Henricum 5. Imp. ab eccleſia Romana, ſub Paſchale 2. Gelaſio 2. & Caliſto 2. communione motũ, nec priùs expiatum quàm ut ait Vrſpergenſis, ipſe Deus omnem animoſitatem Auguſti ſub Apoſtolicæ reverentiæ obedientiam cauſa matris eccleſiæ flexit, adeo ut Imperator in univerſali conventu apud urbem Vangiorum eccleſiaſticas inveſtituras cæteraque ſpiritualia negotia, quæ tanto tempore Reges Teutonici adminiſtraverant, quæque ipſe ne Regni diminueretur honor, nunquam vita comite ſe dimiſſurũ D propoſuerat, humiliatus pro Chriſto coram multitudine maxima abnegaverit, eccleſiæ Chriſti in perpetuum ceſſerit, quibuſdam ſibi honorẽ Regni conſervandum auctoritate Apoſtolica conceſſis: quæ res hujuſmodi ſcriptis peracta promulgataque eſt. Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imp. Aug. pro amore Dei & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & Domini Papæ Caliſti, & pro remedio animæ meæ dimitto Deo & ſanctis ejus Apoſtolis Petro & Paulo, ſanctæ catholicæ eccleſiæ omnem inveſtituram per annulum & baculum, & concedo in omnib. eccleſiis fieri electionem & liberam conſecrationem. Poſſeſſiones & Regalia beati Petri quæ à principio hujus diſcordiæ uſque ad hodiernam diem ſive tempore patris mei, ſive etiam meo ablata ſunt, quæ habeo, eidem ſanctæ Romanæ eccleſiæ reſtituo. quæ autem non habeo ut reſtituantur fideliter juvabo. Poſſeſſiones etiam omnium aliarum eccleſiarum & principum & aliorum tam clericorum quàm laicorum conſilio Principum & juſticia quæ habeo, ut reddantur fideliter juvabo: & do veram pacem Caliſto, ſanctæ Romanæ eccleſiæ & omni-

& omnibus qui in parte ipſius ſunt vel fue unt: & in quibus ſancta Romana ec- A
cleſia auxilium poſtulaverit, fideliter iuvabo. Ego Caliſtus ſervus ſervorum Dei,
dilecto filio ſuo Henrico Dei gratia Romanorũ Imp. Aug. Concedo electiones
epiſcoporum & abbatũ Teutonici Regni, qui ad Regnum pertineat, in præſen-
tia tua fieri abſque ſimonia & aliqua violentia, ut ſi qua inter partes diſcordia
emerſerit, metropolitani & provincialiũ conſilio vel judicio ſaniori parti aſſen-
ſum & auxilium præbeas. Electus autem regalia per ſceptrum à te recipiat, ex-
ceptis omnibus quæ ad Romanam eccleſiam pertinere noſcuntur: & quæ ex his
jure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus Imperii conſecratus infra ſex men-
ſes regalia per ſceptrum à te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam fece-
ris, ſecundum officii mei debitum auxilium meum præſtabo. Do tibi veram pa-
cem & omnibus qui in parte tua ſunt vel fuerunt tempore huius diſcordiæ. Data
anno 1122. 9. Calend. Octob. Diſcordia porro hæc ab Hildebrando qui Gregori- B
us 7. Papa fuit, an. Chri. 1073. creatus, initium ſumpſerat. Is non modò ſeveriſſi-
mè ſacerdotibus interdixit conjugia, ſed etiam Romani Pontificis creationem
pariterque reliquorum epiſcopatuum & eccleſiaſticorũ beneficiorum collatio-
nes Imperatori ut extorqueret primùm pertinaciſſime conari, Henrico etiam 4.
Regi communione interdicere, Imperiũ abrogare auſus eſt. Tametſi verò deſer-
tus tandem etiam à ſuis, & ab Imperatore pulſus in exilio extremum ſpiritum
poſuerit, nec abſq; pœnitentia cœptorum uti Sigebertus perhibet, nihilominus
hoc effecit, ut exemplo ſuo ſucceſſores animati, non prius quam veluti extorta
Herculi clava quieverint, quod de Henrico 5. Imp. & Caliſto 2. Papa jam indica-
tũ eſt. Quæ res ſiquidẽ ad ſpeciem Eccleſiæ ſimul & Imperii cognoſcendã maxi-
mè conducit, ex Aventino luculenter percipi poteſt. Carolus Magnus cùm à Ro-
manis auxilio accitus regem Longobardorum Deſiderium viciſſet, eaq; prop- C
ter Hadrianus Pontifex Rom. concilium 153. epiſcoporũ convocaſſet, perpetu-
um patrum conſultum inquit Aventinus lib. 4. Annal. Bojo. factum eſt, & in ver-
ba Caroli juratum nullum poſthac fore neq; Romanum neq; aliorum templo-
rum antiſtitem, niſi quem Carolus ſucceſſoreſq; eius ſciverint & juſſerint. Re-
fragantes huiuſcemodi decreto diris devoti ſunt, & niſi reſipuerint adjecta pro-
ſcriptio. Defuncto igitur præſule quopiam, ſacerdotes lituum cum annulo au-
lã mittebant: cui ea Princeps ſolenni ritu tradebat, is eiuſdem fani rector deſig-
natus erat. Ita obſervatum eſſe ſine controverſia ad Henrici 4. imperium legi-
mus. Clariſſimi quiq; ac ampliſſimi viri, advenæ etiam ultro aulam frequenta-
bant, ſpe dignitatis augendæ & adipiſcendi ſacerdotii illecti abſque ſtipendio in
omnibus Principi dicto audientes erant, quemadmodum noſto ævo Romæ fieri
ſolet. Sub Henrico 4. & Gregorio 7. cum maximo reipub. Chriſtianæ detrimen- D
to de hoc aucupio armis non citrà ſanguinẽ decertari cœptum. Imperatores ve-
terem morem à tot ſanctiſſimis Pontificibus traditum comprobatumq; mordi-
cus retinere, Max. Põtifices jam pares opibus Cæſareis in ſe trahere conabantur,
nec amplius ferre parem nedum ſuperiorem ditati ab Imperatoribus noſtris, &
ad id faſtigii perducti poterant. &c. Diutius in ſe Romani principes ſumma pie-
tatis & religionis jactura debacchati ſunt. Vicit tandem Romanorũ flaminum
fortuna &c. Hæc ille. Deinde libr. 5. ſpondet ſeſe publicorum inſtrumentorum
auctoritate Henrici 4. Imp. & Gregorii 7. Papæ cauſam ex fide ſedulò perora-
turum: pauloque pòſt his verbis utitur. Gerochus (Reicherſpergenſis antiſtes)
quo nemo acriùs ſcriptis libris Hyldebrandũ tutatus eſt, tandẽ ſuæ partis pertina-
ciam ne dicam tyrannidem, hiſce verbis coactus veritate, notat. Romani inquit,
ſibi divinum uſurpant honorem, rationem actorũ reddere nolunt, nec ſibi dici

æquo

Digitized by Google

A æquo animo ferunt cur ita agis? illud Satyricum juculcant, ſic volo, ſic jubeo, ſit
pro ratione voluntas. Quænã fœlicitas eius temporis fuerit vel hinc æſtimari li-
cebit, quòd eius tempeſtatis illuſtris & gravis inprimis ac eloquentiſſimus ſcrip-
tor nomen ſuum prodere non audet: & admodum ſcitè acriterq;, ad factiones,
ad fraudes, ad ſcelera inquit, peruentũ eſt: vera ſcribere periculum, falſa crimen.
Hactenus Pontifices Romani comitiis curiatis, calatis, à ſacerdotibus, equitatu,
plebe, ſenatu, per omnium generũ ſuffragia electi fuerant: id tum ratum fuiſſe
reperio ſi Imperatores Romani auctores fierent, qui illos ſicuti alios epiſcopos
ad concilia jure ſuo evocabãt. Cæteros quoq; univerſos Pontifices, monachorũ,
myſtarum magiſtros ex concilii decreto comitiis centuriatis per ſuffragia purpu-
ratorum more majorum Imperatores per Germanias, Galliã Teutonicam, Ita-
B liam, Romanum orbem ſicuti in Carolo Magno cõmemoravi, capiebant. San-
ctiſſimi patres quemadmodũ Chriſtus Dominus & Deus noſter, comites & lega-
ti eius fecerunt, & alios docuerũt, Cæſares in terris à Deo ſecundos, ante omnes
mortales primos, à ſupremo numine datos, divinitus conſtitutos, ab immortali
Deo electos, & ut illi vocant, coronatos venerabantur, Dominosq; ſuos vocare
ſolebant. Eiſdẽ tributum, cenſum non denegabant: pro eorum ſalute quotidie
cõprecabantur: imperata detrectantes tanquam cœleſti provinciæ reſiſtẽtes vi-
deri contra pietatẽ Chriſtianam feciſſe decernebant. Grande nomen eſſe Impe-
ratoris à Deoque tradi prædicabant. Reipublicæ turbellis nedum armis, ut mili-
tes Chriſti ſe non immiſcebant: paupertate & modeſtia cum cæteris Chriſtianis
decertabant: quo quiſq, ſubmiſſiùs ſe gereret, hoc majorem eſſe ſentiebant. En-
ſem ancipitem, gladium duplicẽ Chriſtianæ civitati datum ad ſervandum vivi-
C ficandumq;, non occidendum eſſe putabant, eundemq; ſpiritualẽ appellabant,
qui eſt ſermo Dei, vita & lux hominum, mortuos ad vitam revocat, ex homini-
bus Deos, ex mortalibus æternos facit: tantum abfuit ut illi vel Regum quem-
piam, vel impium, vel Arrianũ regno pellere, eidem ſacrificiis interdicere, popu-
lum ſacramento ſolvere tentarẽt, atq; regna evertere, ſanguine humano ſe pol-
luere, pro principatu cum Chriſtianis decertare ſibi permittant. Viciſſim hos,
Principes ſicuti parentes animorum cõmunes amabant. Gregorius 7. qui & Hyl-
debrandus, fretus armis Nordmannorũ qui tum per Apuliam, Calabriã, Cam-
paniam quas vi occuparant debacchabantur, confiſus etiam opibus Machtyl-
dæ mulieris impotentis, & diſcordia Germanorum, primus contra morem ma-
jorum contempta Imperatoris auctoritate Pontificatũ Max. occupavit. Vtram-
que perſonam ſibi impoſitam eſſe à Chriſto, ſe quodcunq; ut liberet ligare, ſol-
D vere poſſe jactare, utramq; perſonã agitare, Occidentem aſſerere, omnem pote-
ſtatem in ſe transferre, neminem parem nedum ſuperiorem ferre, juſta aliorum
diminuere, cæteris jus atque honorem præripere, cuncta in ſe transferre, Cæſa-
res, Reges, Auguſtos ut precario regnantes floccifacere, pontifices, epiſcopos in
ordinem redigere, devovere, capite diminuere, lites, bella concitare, diſcordias
ſerere, factiones confirmare, jusjurandũ, pacta, ſacramenta ſolvere cœpit. Etiam-
ſi injuria vel ipſum Cæſarem affecerit, tamen ſe metui oportere in quadam glo
riatur epiſtola, utpote qui errare non poſſit, & à Chriſto Domino ſervatore no-
ſtro Petroq; acceperit poteſtatem ut ſolvat ligetq; utcunque libeat. Sacerdotes
illa tempeſtate publicè uxores ſicuti cæteri Chriſtiani habebant, filios procrea-
bant, ſicuti in inſtrumentis Donationũ quę illi templis, myſtis, monachis fecere,
ubi hæ nominatim cum conjugibus teſtes citantur, & honeſto vocabulo Presby-
teriſſæ nuncupantur, invenio. Cæſar tum quemadmodũ in Carolo Magno etiã
explicavi, epiſcopos, pontifices, antiſtes, monachorum magiſtros, virginũ maxi-

Digitized by Google

mas ſuo iure capiebat. Et vt homines nō Dii ſumus, nihilq; eſt ex omni parte beatum. eveniebat interim vt & honorarium ſcribis pro diplomate, xenium ſuffragatori cōdonare neceſſe foret. Sacerdotes illos (Hildebrandus) Nicolaitas, hos Simoniacos appellat: coīdē devovet, ambitus, inceſtus condemnat. curia ſacerdotum movet. Scribit deinde Cæſari, Ducibus, Principibus, Dynaſtis, Tetrarchis &c. & vxoribus eorum, atque mulieribus cæteriſque quoſcunque idoneos credidit, item epiſcopis, ſacrificulis, populo, vt ſuperiores myſtas veluti ſceleratos atque impios devitent, eorum ſacrificia, colloquia, ſermones, convivia haud aliter quàm contagionem fugitent: illos ſalutare reſalutareve maximam impietatem eſſe docet: iiſdem parere ſi ſibi non pareant, æs eccleſiaſticum reddi vetat. Graviſſima itaque ſeditio gregem Chriſti perculit: nec vnquam talis lues populū Chriſti afflixit. Myſtæ adverſus pontifices, populus adverſus ſacerdotes, B profani adverſus initiatos ſævire, omnia divina, humana permiſcere cœperunt. Viri, mulierculæ vt quiſque maximè avarus, ambitioſus aut invidus erat, bella & lites, odia amabat: levi admodum ſuſpiciuncula excitatus ſacerdoti ſuo reſiſtēdi bona templi diripiendi anſā præripiebat: populares, ſacerdotusſlos qui vxores habebant. floccifaciebant, religionem polluebant, ſacra temerabant, luſtrica aqua paſſim expiabant, decimas igni concremabant, ſacroſanctam hoſtiā (horreſco referens) à myſtis qui conjuges habebant conſecratam, in lutum abiiciebant, pedibuſque conculcabant: tales enim non eſſe ſacerdotes neq; ſacrificare Hyldebrandus docebat. Hincq; occaſione arrepta multi falſi prophetæ nebulas offundunt, fabulis, miraculis, exempla vocant, à veritate plebem Chriſti avertunt: ſacras literas interpretando ſuo negotio ſervire cogunt. Porro pauciſſimis veneri bellum indicentibus, qu buſdam caſtitatē jactantiæ, quæſtus ergo ſimulātibus, maxima pars ſub honeſto caſtimoniæ nomine ſtupra, inceſtus, adulteria paſſim & impune committunt. C Alii verbis quidem ambitus crimen abominabantur, ſed plus auri ſub magna pietatis ſuperficie dum ſe gratis dare cūcta jactant corraſere, pluriſq; ſacra venum dedere. Hactenus Aventinus. Atque inde temporum iſtorum conditio ſatis manifeſta fit. Iis calamitatibus Imp. Henricus 5. tandem ſuccubuit: manus uti prædictum eſt, dedit: ipſe triumphatus eſt: Caliſtus 2. Papa victor abiit. Romana deinde curia frequentari maximè cœpit: frequentia corruptelam rerum auxit. Quamobrē poſt annos ferè triginta, Conrado 3. Suevo regnante, D Bernardus Clarevallenſis Abbas de conſideratione ad Eugenium 3. Papam Rom. an. Chri. 1145. creatum, lib. 1. & 4. circa finem graviter conqueritur Romam ex toto orbe confluere ambitioſos, avaros, ſimoniacos, ſacrilegos, concubinarios, inceſtuoſos, & quæq; iſtiuſmodi monſtra, ut Apoſtolica auctoritate vel obtinerent honores eccleſiaſticos, vel retinerent: fraudem D & circumventionem & violentiam invaluiſſe. Eum judicandi modum qui tunc uſitatus erat, execrabilem eſſe dicit, nec modò eccleſiæ, ſed foro indecorum. Clamat plenam eſſe ambitioſis eccleſiā: neceſſe qui magis exhorreat flagitia perpetrare, quàm latrones in ſpelunca quum ſpolia viatorū diſtribuunt. Pauci inquit lib. 4. ad os legiſlatoris, ad manus omnes reſpiciunt. nō immerito tamen: omne Papale negotium illæ agunt. Quale eſt quod de ſpoliis eccleſiarū emuntur, qui dicunt tibi Euge Euge? Pauperum vita in plateis divitum ſeminatur: argentum micat in luto: accurritur undique, tollit illud non pauperior ſed fortior, aut qui fortè citiùs præcurrit. A te tamen mos iſte vel potius mors iſta non venit: utinā in te deſinat. Inter hæc tu paſtor procedis multo & pretioſo circundatus ornatu. Si auderē dicere, dæmonū magis quàm ovium paſcua hæc. Scilicet ſic factitabat Petrus, ſic Paulus ludebat. Curia tua recipere bonos magis quàm facere conſuevit:

Digitized by Google

A ſuevit: mali enim illic non proficiunt, ſed boni deficiunt &c. Tandem de effræni
illa Romanæ ſedis cupiditate in juriſdictiõe uſurpanda, ſic concludit lib 3. Murmur
loquor & querimoniam communem eccleſiarũ: truncari ſe clamitant ac
demembrari: vel nullæ vel paucæ admodum ſunt quæ plagã iſtam aut non doleant,
aut non timeant. Quæris quã? Subtrahuntur Abbates Epiſcopis, Epiſcopi
Archiepiſcopis &c. Mirum ſi excuſari hoc queat. Sic factitando probatis vos habere
plenitudinem poteſtatis, ſed juſtitiæ non ita. Facitis hoc quia poteſtis: ſed utrum
etiã debeatis quæſtio eſt. Ad honorẽ quibuſq; ſuum gradũq; conſervandũ
poſiti eſtis, non invidendum. Hæc Bernardus. Nec veretur alibi, ut hoc obiter
dicatur, ſanctè admonere Eugenium, judicia civilia ſeu gladium temporalẽ, regna,
ſatrapias &c. Pontifici Romano nõ competere. Nam lib. 2. de conſideratione
B ſcribit: Eſto ut alia quacunq; ratione hoc ſibi vendicet, nõ tamẽ apoſtolico jure.
Neq; n. Petrus quod nõ habuit dare potuit: ſed dedit ſucceſſorib⁹ quod habebat,
ſolicitudinẽ eccleſiarũ. Quũ verò dicat Dominus ac Magiſter ſe non eſſe conſtitutum
inter duos judicẽ, non debet ſervo ac diſcipulo indignũ videri ſi non judicet
univerſos. Subjungit poſtea. Ergo in criminibus, non in poſſeſſionibus poteſtas
veſtra: quoniam propter illa, non propter has accepiſtis claves regni cælorũ.
Quænã tibi videtur major dignitas, dimittendi peccata, an prædia dividendi?
Nulla comparatio. Habent hæc infima & terrena judices ſuos, Reges & Principes
terræ. Quid fines alienos invaditis? &c. Item, Factus es ſuperior (Eugeni:) ad
quid? non enim ad dominandũ opinor. Nos igitur ut multũ ſentiamus de nobis,
meminerimus impoſitũ miniſteriũ, non dominiũ datum. Diſce ſarculo tibi opus
eſſe non ſceptro, ut opus facias prophetæ. Item, Planum eſt. Apoſtolis inter-
C dicitur dominatus. I ergo tu & tibi uſurpare aude aut dominans Apoſtolatum,
aut Apoſtolicus dominatum. Et pòſt. Forma apoſtolica hæc eſt, dominatio interdicitur,
indicitur miniſtratio. Sed hæc miſſa facere oportet: nec enim demõſtrandis
temporibus de jure magnopere, ſed de facto quærere convenit.

Extat apud Radevicum de geſtis Imp. Friderici primi lib. 1. cap. 10. Romanæ
cujuſdã picturæ de Lothario 2. Imperatore hujuſcemodi inſcriptio. Rex venit ante
fores, jurans prius urbis honores: Pòſt homo fit Papæ ſumit quo dante coronã.
Et Hadrianus 4. Papa Chr. ann. 1159. mortuus, Fridericum Imperatorẽ in epiſtola
tanquã ſuum beneficiariũ appellaverat: quas literas idem Radevicus eod. lib.
ca. 9. ponit. Sed & Aventinus Annal. Bojo. lib. 6 ejuſdem Hadriani Pont. epiſtolam
ad Hillinũ Treverorum, Arnulphum Moguntinũ & Fridericum Colonienſem
archiepiſcopum refert, in qua hæc verba ſunt. Romanum, inquit Hadria-
D nus, imperium à Græcis tranſlatum eſt ad Alemannos, ut Rex Teutonicorum
non ante quã ab Apoſtolico corõaretur, Imperator vocaretur. Ante conſecrationem
Rex, pòſt Imperator. Vnde igitur habet Imperium niſi à nobis? Ex electione
Principum ſuorũ habet nomen Regis: ex conſecratione noſtra habet nomen
Imperatoris, & Auguſti, & Cæſaris. Ergo per nos imperat. Recolite antiqua: Zacharias
promovit Carolũ, fecit ei nomen grande ut eſſet Imperator, & ut poſthac
perpetuò Rex Teutonicus eſſet Imperator, & Advocatus ſedis Apoſtolicæ: ut
Romano epiſcopo Apulia per eũ pacata eſſet ſubjecta, quę noſtra cũ urbe Romana
eſt, nõ Imperatoris. Romę noſtra ſedes eſt: Imperatoris eſt Aquis, in Arduẽna,
quæ eſt ſylva Galliæ. Imperator quod habet, totũ habet à nobis. Sicut Zacharias
trãſtulit Imperiũ à Gręcis ad Teutonicos: ita nos poſſumus ab Alemãnis trãsferre
ad Græcos. Ecce in poteſtate noſtra eſt ut demus illud cui volumus. Propterea
conſtituti a Deo ſuper gentes & regna, ut deſtruamus & evellamus & ædificemus
& plantemus &c. Sic tum Hadrianus Papa, pluribus in unã ſchedam connexis

Digitized by Google

erroribus: cæterùm graviter iſta ferenti Imperatori Friderico tandē majori mo- A
deſtia ſatisfecit, quēadmodum Radevicus lib. 1. ca. 22. memorat. Hunc tamē exi-
miū Majeſtatis vindicē qualis & ab Ottone Friſingenſe & Gunthero poeta prę-
dicatur, ſunt præſertim Itali, qui poſtea nō modo diris devotū ab Alexādro 3. Pa-
pa ſed etiam pedibus deſpectiſſimè conculcatū ſcripſerint, quos Ioannes Cariō
ſequitur, quanquā nihil prorſus de tanta re meliores hiſtorici & æquales illorū
temporū memorant: & Avent. Annal. Boj. lib. 6. nō Venetiis, uti Vrſpergēſis Ab-
bas & Sigeberti vetus ſupplementū habet, ſed Moguntiaci coacta concilio Impe-
ratorē Fridericū & Alexandrū Papā, decreta omniū rerū oblivione recōciliatos;
& veteres inimicos ex republica, quā ſumma hactenus diſcordia geſſerant, ami-
ciſſimos factos tradit. Non eſt nunc locus iſta diligentius examinādi, quanquam
multa concurrunt quæ ſcriptoribus Italicis fidē in hoc adimunt, Aventino ſuf-
fragantur. At animadvertere nōnihil refert Pontifices Romanos hoc ævo & ar- B
bitriū Imperii Romani, & ipſam urbē Romā cum omnibus Magiſtratibus atq;
Regalibus apertè ſibi vendicare, Imperatoribus excutere conatos: ſed Fridericū
Aug. id haud quaquā ferendū cenſuiſſe, veluti diſertē Radevicus lib. 2. ca. 30. & 41.
cōmemorat. Quorſum iſta demū poſt Fridericū evaſerint, ſequentibus tempo-
ribus dicetur: hactenus breviter indicaſſe ſufficit, qualiter ante exceſſum eiuſdem
Imperatoris eccleſia Romana in ipſos Reges, Imperatores, Auguſtos, ipſam Im-
periū Romanū & ipſam imperialē urbē Romā Auguſtorū ſedē exordium domi-
nationis ſumpſerit: unde ſimul æſtimare facile foret etiam D. Bernardo tacen-
te, quantā in alias eccleſias poteſtatē atq; vim exercuerit. Mirū itaq; non eſt Tre-
verorū archimyſtas ob conſecrationē & palliū & alia quæ neceſſe erat à Roma-
nis Pontificibus impetrare, ac ſimul cum bona illorū gratia retinere, plerumq; C
licet ipſis Auguſtis pluribus beneficiis obnoxios, tamē à Romano Pontifice Max.
adverſus reges & imperatores ſtare atq; pendere viſos. Neq; hoc ſolū, ſed alios
paſſim minores pōtifices exemplo principis ſacerdotū quibuſcunq; modis ipſas
Imperiales atq; Regales urbes affectaſſe conſtat, Regni municipia, caſtra beneſi-
cia, prædia, fiſcalia dominationi ſuæ ſubdidiſſe, palatia, cenſus, vectigalia, mone-
tas aliaq; regalia maxime ferventib. diſcordiis, & inimicorū violentia, dolo, fa-
ctione oppreſſis ſimul per conſilii ſpeciem cœtu antiſtitū obſeſſis Cæſaribus, a-
deptos, quæ poſtea vi opū ſuarū, vel Regū liberalitate vel diuturna poſſeſſione
tanquā mancipio retinuerunt. Atq; dum eiuſmodi reb. operā dant, huc omnes
curas intendunt, dum reditus ſuos abſolutos facere laborant, undiq; colligunt
quod ſibi utile putant, aulas, caſtra ſequuntur, militibus claſſico concionantur,
acies inſtruūt, belligerantur, qualis eccleſiarū ſtatus interea fuerit, ex ipſo capite
eccleſia Romana atq; ex ipſis ſtudiis rebusq; geſtis aliorū pontificum æſtimare D
promptū eſt. Quanquā longe major viciſſitudo atq; converſio rerū poſt Frideri-
cum primū usq; ad Carolum 4. evenit, ſicuti in ſequentibus oſtendetur.

Hæc de eccleſiis cōmemoraſſe ſatis ſit in univerſum: Treverenſis enim qua-
lis eodē ſeculo fuerit, quomodo vires, opes, prædia, caſtra, jura regalia, dominatū
nanciſci, utroq; gladio pugnare cœperit, tum res ab epiſcopis eius geſtæ atq; jam
in ſuperioribus relatæ, tum hæc quæ de ſtatu eccleſiarum generatim dicta ſunt,
nimirum à Caroli Magni uſq; ad Friderici Ahenobarbi exceſſum, abundè do-
cent. Summū id tēporis regni Francorū Orientalis arbitriū penes Reges & Im-
peratores fuiſſe non ambigitur. Reges tamen cōſilio Epiſcoporū, Abbatum, Du-
cum, Comitum, Præfectorum, Iudicum atq; aliorum tam liberorum quā mini-
ſterialium pro tēpore ſunt uſi. Quies popularium & ipſorum etiā inter ſe Prin-
cipum civitatumq; partim generalibus de pace edictis Auguſtorum, partim ſin-
gularibus

A gularibus conventionib. procerum, urbium & univerſitatum cõtinebatur. Eiuſmodi univerſales de pace conſtitutiones & Henricum 3. & Henricum 4. & alios Impp. edidiſſe liquet. Friderici etiam primi generale pacis edictum anno Chriſti 1187. Norinbergæ frequẽtibus Comitiis publicatum memorat Abbas Vrſpergẽſis. Nam Fridericus Imperator, inquit, jam cruce ſignatus conventũ Principum apud Norinberg coadunavit, ubi de pace terræ diſpoſuit & in literas redigi iuſſit, quas literas Alemanni uſq; in præſens Friteebrieff .i. literas pacis vocant: nec aliis legibus utuntur, tanquam gens agreſtis & indomita. quarum tenor eſt hujuſmodi Frideric⁹ Dei gratia Romanorũ Imperator & ſemper Auguſtus. Decet fidelitatẽ noſtrã tẽpora generali populorũ provinciarũ trãquillitati circumſpectionis noſtræ ſtudio provideri, ut dũ in ſubjectis dominationis virtute pollem⁹,
B reprobos quoslibet ac ſceleroſos à ſubditorũ injuriis arceamus æquitatis noſtræ correctione. Conſiderantes quippe quæ damna quantæq; deſolationes hominũ & provinciarum per ſeditiones & incendia provenerint, & quantos prçterea futurorum timores reportent ea quæ de conſcientia & conſilio Principum & aliorum fidelium noſtrorum tã liberorum quã miniſterialium ad reprimẽdas incendiariorum inſolentias Imperialis noſtra ſanxit auctoritas, univerſis Imperii fidelibus nota fieri volumus, & ſicut in caſtro noſtro Norinberg hæc ordinata & cõfirmata ſunt, firmiter indicimus obſervanda. Primùm igitur de incẽdiariis demãdamus generaliter, ut ſi liber homo, ingenuus, miniſterialis vel cuiuſcunq; cõditionis fuerit, incendium cõmiſerit pro guerra propria, pro amico, pro parẽte, vel cauſæ cuiuſquã alterius occaſione, de ſententia & judicio Imperiali proſcriptioni ſtatim ſubjectus habeatur. Hic excipiuntur ſi qui fortè manifeſta guerra caſtra
C manifeſtè capiunt. & ſi qua ibi ſuburbia aut ſtabula aliave tuguria quæ præjacẽt igne ſuccendunt. Excipiuntur & Iudices quos in malefactores pœnã juſtitia exigente exercere cõtingit. Quod ſi aliquis in Ducatu alicuius incendium fecerit, ipſe proſcriptũ pronuntiet, ac deinde Iuſtitiæ ſuæ auctoritate eum proſcribat. Idipſum faciant Marchiones, Palatini Comites, Landgravii, & Comites alii: nec alicui eorum liceat talem abſolvere niſi Domino Imperatori. Quicunq; etiã incendiarium in domo ſua ſcienter receperit, & conſilium auxiliumve ei impenderit, damnum & injuriam paſſo pro facultate ſua reſtituet: Iudici vero 10. lib. monetç de illa diœceſi in qua cõmiſſum eſt perſolvat, ac Domino Imperatori pro voluntate & gratia ſua diſponat &c. Sequitur de probatione innocentiæ juramento calumniæ ab accuſatore præſtando: deinde: Dominus etiam Imperator proſcriptorum neminẽ à ſententia proſcriptionis abſolvat niſi de illicitis primò damnis
D cum injuriato componat, & niſi conſciente Iudice hoc faciat. Proſcriptum verò quẽ pro incendio ſententiã proſcriptionis incurriſſe omnib⁹ notum fuerit, diœceſanus epiſcopus ſi ad ſatisfactionẽ inobediens extiterit, à cõmunione eccleſiæ Dei & fidelium Chriſti abiiciat &c. nec abſolvat quoadusq; læſo dãnum reſtituat. E converſo quẽ epiſcopus legitimis induciis citatũ juſticia dictante excõmunicaverit, & hoc Iudici inſinuaverit, Iudex eum banno proſcriptionis condemnet, & nec priùs eum abſolvat, quàm coram epiſcopo de his pro quibus condẽnatus eſt, ſatisfaciat. Quod ſi à proſcriptione illa prædicto modo fuerit abſolutus, & epiſcopo ſuo voluerit obedire, incendium primò abjuret, deinde ſit in arbitrio epiſcopi qualẽ ei pœnã injungat, ad viſitãdũ ſepulcrũ Domini, aut limina Iacobi apoſtoli. Si autẽ proſcript⁹ eo ut dictũ eſt modo, abſolvi deſideraverit, Domino Imperatori fines Imperii per annum & diem abiuret. Si quis autẽ à proſcriptione & excõmunicatione ſimiliter non fuerit abſolutus infra annum & diem, univerſo jure, honore & legalitate privatus habeatur, ita ut in ferendo teſtimonio vel ad judi-

Digitized by Google

candū de cætero nequaquā ſit admittēdus, omni quoq; ſeudali jure carebit per- A
petuò. Item ſi in reiſa alicuius Domini cum ipſo Domino cuius eſt reiſa aliquis
fuerit qui incendium (ut ſæpius contingit) faciat. Dominus ipſe cuius eſt ipſa rei-
ſa, jurabit ſuper reliquias, quòd non fecerit conſcientia vel mandata vel volun-
tate ſua: reum autem abiiciet à ſe, & nunquam recipiet, vel damnum univerſum
reſtituet. Sequitur de fortuito incendio &c. tum, Item ſi incendiarius captus
fuerit & coram Iudice negare voluerit incendium ſe commiſiſſe, ſi fortè notori-
um non fuerit per provinciam, judex ſi poſſet eum cum ſeptem idoneis teſtibus
convincere, capite plectatur: ſed ſi notoriū fuerit, nullius requirendum eſt teſti-
monium, ſed ſtatim decollandus: ſi caſtellani Domino abſente fecerint incendiū
&c. item ſi proſcriptus in domum confugerit quam propterea cremari contin-
git &c. item de refuga incendiario perſequentibus repræſentando, vel in locum
ſecurum juvando &c. deinde Statuimus etiam & eodem edicto firmiter ſanci- B
mus ut quicunque alii damnum facere aut lædere ipſum intendat, tribus ad mi-
nus antè diebus per certū nuncium ſuum diffiduciet eum. Quod ſi læſus diffidu-
ciatum ſe fuiſſe negare voluerit, nuncius idem ſi vivus eſt, juret quòd cōtradixe-
rit ei ex parte Domini ſui loco & tempore deſignato. Si mortuus eſt nuntius ju-
ret Dominus junctis ſibi duobus viris veracibus quòd contradixerit ei, ne dolo
mediante de fide violata quis valeat inculpari. His ſancientes adiicimus, ut qui-
cunque treugas alicui dederit, niſi ibi determinatum & exceptum fuerit quo te-
nore ſervet vel non ſervet eas, contradicere eis ante terminum ſtatutum nequa-
quam poſſit: quod ſi fecerit, ut violator fidei judicetur. Item qui nuntiū alíquē
pro eo quòd contradicturus mittitur læſerit, fidem ſuam violavit, & de cætero
omni honore ſuo carebit, & in poſterum nullus ei contradicet. De filiis quoque
ſacerdotum, diaconorum, ruſticorum, ſtatuimus ne cingulū militare aliquaten⁹ C
aſſumant: & qui jam aſſumpſerunt, per Iudicem provinciæ à militia pellantur.
Quòd ſi dominus alicuius eorum eum in militia contra Iudicis interdictū reti-
nere contenderit, dominus ipſe judici in decem libras condemnetur, ſervus autē
omni jure militiæ privetur. Statuimus etiam ut ſi quis vineas aut pomeria ex-
ciderit, proſcriptioni & excōmunicationi incendiariorum ſubiiciatur. Vt au-
tem hæc tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat, & eo quo dictum
eſt tenore inconvulſa conſiſtat, eam legibus prædeceſſorū noſtrorum Impp. atq;
Regū juſſimus interſeri, & perpetuo jure ſervari. Cui ſi quis auſu temeritatis cō-
ttaire præſumpſerit, Dei Omnipotentis & noſtræ perpetuò indignitatis ſit reus.
Fiat Fiat. Actum Norinberg, in præſentia Principum, conſilio & conſenſu eorū:
anno Incarnationis 1.87. 3. Cal. Ian. Formula hæc generalis pacis longo deinceps D
ævo in uſu Germanis fuit, uti ſequentium temporū exemplis oſtendetur. Quòd
ſi diligenter æſtimare libeat, vel ſola iſta cōſtitutio ſeculi illius ſtatum manifeſtè
prodit. Quia verò longum foret omnia quæ continet obſervatione digna, ſigilla-
tim perſequi, hoc tantūmodo conſideretur, illo tempore Principes qui & Iudices
provinciæ vocabantur (regni nempe capitanei ſunt) Duces, Marchiones, Comi-
tes Palatinos, Comites provinciales & alios Comites fuiſſe. Horum quilibet au-
ctoritate ſuæ Iuſtitiæ reos proſcribebat, Epiſcopi communione movebant, eccle-
ſiaſtico nimirum judicio legitimè convictos, deinde piacula pro pœnis injunge-
bant. Ipſi diœceſes habebant, in iis Principum erant provinciæ &c. De guerris
manifeſtis, deq; diffiduciando & contradicendo, de treugis, de reiſis Dominorū,
aliisq; notatu dignis ipſa lex ſatis evidenter tractat. Aliam quoque conſtitutio-
nem pacis in Italia Fridericus idem Imperator edidit, quam Radevicus lib. 2 ca.
7. tradit & in libris feudorum publicatam conſtat: de qua ſic Vrſpergenſis, Pactū,
inquit,

Digitized by Google

inquit, pacis inſtituit, ſecundum quod Principes Alemanniæ facere conſueve-
runt: & ne quis contra illud attentaret venire, bannum, id eſt, pœnam pecunia-
riam conſtituit, ita ut ſi qua urbs pacis violaret jura, centum marchas auri per-
ſolveret, Marchio 50. Comes 40. Capitaneus verò vel alius valvaſor major 20.
alii 10. & uſque ad tres Marchas pro modo facultatum Imperatori ſolverent:
qui ære careret verberibus afflictus quinquennio millibus paſſuum 50. procul à
patria exul degeret &c. Porro provincialis pacie Alſatienſium formulam (tem-
poribus Imperatoris Henrici 3. Leoniſque 9. Papæ conditam) recenſet Beatus
Rhenanus rerum Germanicarum lib. 2. de ſtatu Germaniæ ſub Impp. Saxonibus
& iis qui hos inſecuti ſunt: quæ ſic habet. Notum ſit omnibus pacem cupienti-
bus, qualiter Alſatienſes cum ſuis primatibus ſubnotatam pacis editionem jux-
B ta conprovincialium ſuorum decretum conjuravere, & conjuratam perpetuò
prout homini licet in hunc modum confirmavere. Pacem verò præcipuè & ſem-
per & ubique omnibus eccleſiis & earum atriis, pacem clericis omnibus & fœ-
minis, mercatoribus, venatoribus, & cauſa orationis tranſeuntibus: & agrico-
lis dum operantur in agris vel ad agrũ exeũtibus vel redeuntibus. Huius au-
condictionis obſervantiam in dies & in tempora conſideratè diſtributam à veſ-
pera .ſ. 4. feriæ uſque ad ortum ſolis feriæ 2. & in legitimis Vigiliis, & in canoni-
zatis Sanctorum feſtivitatibus, & in quatuor jejuniorum temporibus, & ab ad-
ventu Domini uſque ad octavam Epiphaniæ, & à Septuageſima uſque ad octa-
vam Pentecoſtes ita jurejurando ſanxere ut nullus in huius condictionis termi-
no arma ferat, exceptis neceſſariò tranſeuntibus, excluſis omnibus publicis Re-
giæ Majeſtatis hoſtibus. Quicunque autem in prænominatis diebus & tempo-
C ribus aliquem ſuum conjuratorem (id eſt, hac pace fœderatum) aut rapina, aut
incendio, aut captivitate, aut alia temeraria præſumptione infra cortis aut do-
mus ipſius conſeptum aut conclave invaſerit, aut aliquem ad ſanguinis effuſio-
nem temerè percuſſerit, liber capitali ſumma puniatur, ſervus autem manu pri-
vetur. Si quis huius condictionis reum occultaverit, vel occultatum aufugere
fecerit, ipſe rei damnationi ſubiaceat. Et quiſquis furore vel aliqua hoſtili occa-
ſione conjuratores ſuos injuſtè acclamaverit, vel temerè evocaverit, & liber &
ſervus præfata damnatione puniatur. Et ſi quis aliqua intentione quaſi reus ac-
clamatus fuerit, & ipſe innocentiæ ſuæ expurgationem appellaverit liber vel per-
ſonatus ſerviens ſi infra patriam eſt, poſt ſeptem dierum inducias cum totidem
ſuæ comparitatis teſtibus, plebeius autem & minoris teſtimonii ruſticus aquæ
frigidæ ſe expurget judicio. Si quis ſicli (fortè ſolidi) unius aut duorum pretii fur- ,,
D tum aut prædam fecerit, corium cum capillis perdat: ſi ſecundò, vel tanti vel ,,
quinque ſiclorum furtum vel rapinam fecerit, manu privetur, ſi tertiò, abſque ,,
omni dubietate ſuſpendatur. Si autẽ publica Imperatoris expeditione aut con-
dictonali excitati fuerint acclamatione, tribus diebus proprio pergant victu. Si
autem iter prolixius fuerit, caballorũ tantùm cibaria & ad veſcendum ſumant
neceſſaria, & nihil præter herbam, olera, poma, ligna, & quæ ad venatoria perti-
nent exercitia tollere pra ſumant. Equi autem admiſſarii quod vulgariter Stuot
vocatur, & vineæ, & ſegetes ſub hac pacis condictione perpetuò permaneant:
niſi fortè aliquis ad paſcendũ equum ſuũ in tranſeundo indigeat, ſumas quod in
paſcendo ſufficiat, in via tamen publicè. Quod quiſq; ante huius cõdictionis de-
cretũ aliquo vel proprietatis vel regiminis jure poſſedit, & nunc eodẽ jure poſſi-
deat. Si quis autẽ ſeſe ab huius pacis ſacramento ſubduxerit, aut juraſſe falsò con-
feſſus fuerit, prænotato teſtium numero prædictoq; teſtimonii judicio ſi infra
huius decreti terminum converſari voluerit, affirmet: & ſi affirmare noluerit vel

Digitized by Google

aliaqua occaſione cõtradixerit, aut condictonali legi ſubiaceat, aut diſcedẽs diſ- A
cedat. Summopere autẽ omnibus huius decreti invigilandũ eſt & providendum
auctoribus, ne quid in hac condictione temerè agatur & ſine diſcretione. Ad hu-
jus ſacramentum juniores, tanto negligentiores. Et ne tam utile tamq; ſacroſan-
ctæ pacis decretum odioſè negligatur, à ſacerdotibus diligenter caveatur. Et
quia Leonis Papæ banno ſancitum eſt, cunctis Dominicis diebus conſtanter do-
ceatur. Et ſemper in 4. feriæ veſpera Dei pacis adventus, ut oportet, cum ſonitu
campanarum publicè indicetur. Eiuſmodi quoq; pacis conventiones olim per
diœceſin Treverenſem in uſu fuiſſe non modò res geſtæ epiſcoporũ, qui ſæpenu-
mero cũm ſuis cõprovincialib. de pace patriæ tractaſſe memorantur, indicãt, ſed
etiã vetus conſuetudo paganorum hoc tempore circa Treverorũ Auguſtã de
acclamationibus, ſeu evocandis populalibus Herſchaw vocant, argumento eſt. B

PARS XIII.

*HÆC de Eccleſiæ deq; Regni & Provinciarũ ſtatu in
univerſum ſufficere poſſunt: ipſa Treverorum civi-
tas qualis item à Caroli Magni uſque ac Friderici
primi fatum fuerit, deinceps breviter indicabitur.
Auguſtam Treverorum Belgicæ primæ caput tempo-
ribus Caroli Magni in numero civitatum unius & viginti ce-
leberrimarum totius regni Francici, quas vocant Metropeles ex- C
titiſſe dictum eſt antea. Ludovicum Pium Imp. in ipſius annalib.
anno Chri. 821. Treveris fuiſſe proditur. Aventinus annal. Bojo.
lib. 4. memorat, Ludovicum Pium Aug. circa finem imperii filiũ
Pipinum Aquitaniæ Regem Treverim in arctam cuſtodiam re-
legaſſe: Ludovicum etiam Germanicum Imp. Pii filium an. Chri.
875. Treverorum Auguſtam adiiſſe. Fuit enim ea tempeſtate Tre-
veris perquàm lauta & honeſta civitas: quamobrem in an. Chri.
882. à Reginone Abbate Prumenſe qui tum vixit, pariterq; ab Ot-
tone Friſing. Pontifice Chron. lib. 6. cap. 8. nobiliſſima Galliarum D
urbs appellatur. Is nimirum eſt inſignis annus clade Nordman-
nica, quæ non modò in geſtis Treverorũ, ſed ab omnibus fere chro-
nographis refertur. Nordmanni morte Ludovici orientalis Fran-
ciæ regis accepta, quem ſuprà dictum eſt hoc anno Chriſti 882. de-
ceſſiſſe, regnoq; Lotharii præſertim inferiore tunc potitum, irrup-
tione redintegrata cùm prius Tungros, Trajectum, Iuliacum,
Aquaſgraneas, Noveſium, Coloniam, Bonnã, Tolbiacum, cæte-
raq; regionis illius oppida cœnobiaq; rapinis flammiſq; vaſtaſſent,
recta Moſellæ ripa progreſſi Treverorũ Auguſtam Non. Apri. ipſo
die*

Digitized by Google

A die Dominicæ Cœnæ ceperunt, incolis partim in fugam datis: de-
inde vſque ad diem Paſcharum quiete acta, diſcedentes vrbem ag-
rumq; finitimum cremarunt: Metim invaſuri cùm illius vrbis
epiſcopus Walo & Comes Adelhardus vnaq; Treverorum Ponti-
fex Bertulphus armati iuxta oppidũ Moſellæ Remich ocurrerent,
ipſos etiam pugna vicere: Walo cæſus eſt, alii fuga elapſi ſunt. Ab
hac calamitate Treveris vrbs reparari deinde cœpit, nec veri-
ſimile ſit incendio conflagraſſe mœnia, turres, portas, ædificiaq;
veteri arte cæmentis clace duratis ſtructa, cuiuſmodi de priſco ſecu-
B lo ſuperſunt etiamnum plurima. Stetiſſe pontem Moſellæ, palatiũ
in vrbe. pariterque templum Summum, & Martis fanum quod
poſtea Sancti Simeonis appellatum fuit, plurimaque alia nequit
ambigi. Quin & Horrenſe monaſteriũ videtur extra cladẽ fuiſſe:
cuius in anno Chriſti 897. mẽtionẽ Regino facit his verbis: Stepha-
nus, Odocar, Gerhardus & Machfridus Comites honores & dig-
nitates quas à Rege acceperant perdunt. Zundibolch Treverim
cum exercitu veniens, terram quam præfati tenuerant inter ſuos
dividit, monaſterium Ad Horrea ſibi reſervans. Sed hæc curio-
C ſius ſcrutari parum refert. Frequentem denuo civitatem Treverĩ
minimeq; deſertam poſt caldem Nordmannicã fuiſſe documento
quoque eſt quod Aventinus annal. Boio. lib. 5. tradit ab Imp. Ot-
tone ſecundo Ramholdum D. Haimerani Reginoburgenſis præſu-
lem, Abramum Fruxinenſem epiſcopum, & duos regulos Hainri-
cos è Boiaria captos in Auguſtam Treverorum relegatos, circa
Chriſti annum 977. Novam deinde cladem paſſa eſt Treveris
anno Chriſti 1009. cum Adelbero D. Paulini antiſtes Epiſcopatũ
morte Ludolphi vacantem, vi invaſit Imp. Henricus ſecundus
Claudus vxorem habebat Cunegundam, huius Adelberonis ſo-
D rorẽ. Adelbero cum Theoderico Metẽſiũ epiſcopo ac cæteris fratri-
bus adverſus Regẽ conſpiraverat: alii quoq; Pontifices defecerãt:
quo tumultu Auguſta Rhetorum & Friſinga capta, direptum Ar-
gentoratum: ab Adelberone Auguſta Treverorum occupata, præ-
ſidiis firmatum Prætorium: quamobrem Henricus Rex in rebelles
arma movit, inimicos perdomuit, Sarbrigam & Mediomatri-
cum urbem obſedit, expugnavit, hoſtes ſuperavit, ut Aven. annal.
Bojorum lib. 5. memorat. In geſtis quoque Treverorum proditur
Adelberonem hunc 74. epiſcopum Treverenſem anno Chr. 1008.
violenter ipſum Epiſcopatũ & Palatium in urbe occupaſſe, quam-
obrem

Digitized by Google

obrem Henricus ſecundus Imp. adductis copiis Palatium aliquandiu obſederit, nec præter cladem urbis quæ jam à vaſtatione Nordmannica runſum ædificiis erat exornata, ſicuti in Epiſcoporum catalogo dictum eſt. Deinde melioribus auſpiciis anno Chriſti 1019. Conradus Saliquus qui ab Imp. Henrico 2. Claudo ob ſingularem virtutem ſucceſſor deſignatus eſt, & in arce Limburgica prope Spiram habitavit, tyrocinium ſextum Germanicæ nobilitatis, turneamentum vocat vulgus, Auguſtæ Treverorum egiſſe traditur: tametſi publicatus ea de re procerum & equitum index fidem fortaſſe non habeat. Anno Chriſti 1044. Rex Henricus 3. Niger, B *Conradi ſuperioris filius, confectis apud Ingelheim cum Agnete regina nuptiis, Treverim in hyberna conceſſit, unde Paſchalibus ſeſe Neomagum contulit, Aventino teſte. Schaffnaburgenſis Natalem inquit, Domini rex Henrici Treveris celebravit, ibiq; cunctos qui in Regiam Majeſtatem deliquerant, crimine abſolvit, & eandem legem per totum regnum publicavit ut omnes ſibi invicem delicta condonarent. Richard. Waſſenb. in 3. articulo prologi Regem Henricum Treveris generalem Regni conventũ tunc egiſſe dicit. Filius eius Rex Henricus 4. anno Chriſti 1072. ſicuti* C *Cyriacus Spangenbergius refert, Trajecto Aquas Graneas, inde Treverim profectus, utrobique Sanctorum reliquias collegit, quas in Saxoniam Hercynoburgium tranſtulit. Eodem ſcilicet anno Schaffnaburgenſis, Sigebertus, aliiq; veteres apud Treveros corpora plurimorũ martyrũ in D. Paulini æde reperta ſcribunt, quod inveſtigante Rege factum videri poteſt, quemadmodũ de Maximiliano primo Cæſare poſtea dicetur. Richardus Waſſenb. antiquit. Gall. Belg. lib. 4. ſub Alberone 46. Virdunenſi epiſcopo ſcribit, anno Chr. 1131. ad Lotharium Regem Treverim ubi tunc agebat, acceſſiſſe generum illius Henricum Catulum Bojariæ Ducem. Et* D *in geſtis Treverorũ lib. 2. circa finem, de Adelberone Trever. 83. Pontifice ſcribitur, ipſum anno Chri. 1131. electum conventu omnium Principum Treverenſium, Paſchaliaq; tunc Auguſtæ Treverorum celebrante Lothario Rege. Refertur in iiſdem geſtis Imp. Fridericum Ahenobarbum circa initium regni ſui (quippe anno Chri. 1153. vel paulò poſt) Treveris fuiſſe: ſed & Henricum 6. Regem, Imp. Friderici filium eò cum exercitu veniſſe, neq; tum quidẽ ab injuria maleficioq; temperatum adverſus cives æq; ac myſtas, quod an. Chri. 1185. accidit, & in epiſcoporũ catalogo poſt Arnoldũ 85. antiſtitem plenius commemoratũ eſt. Ibidem etiam dictum*

anno

Digitized by Google

A anno Chriſti. 1190. Regem Henricum 6. Treveris fuiſſe, qui eſt fatalis annus Imp. Friderici patris eius, & primus Archiepiſcopi Ioannis: patetq́; Treverorum Auguſtam poſt Caroli Magni uſq́; Friderici primi fata nec deſertam, nec ignobilem urbem, ſed ipſorũ etiam Regum & imperatorum aliisq́; celeberrimis conventibus ſubinde frequentatam fuiſſe.

Si quæratur quali interim uſa ſit adminiſtratione ſeu politia Treveris, primum omnium nec aliunde liquere videtur, nec res geſtæ Treverenſium Pontificum quanquam non indiligenter memoriæ proditæ docent, ipſos Pontifices regnum dominatumve civitatis unquam tenuiſſe. De Ducatu aliquo, vel Comitatu urbis, vel de plebe, ſeu univerſitate Treverenſi, vel denique de Regalibus ad civitatis adminiſtrationem pertinentibus inveſtitos epiſcopos, aut tale quid cuiuſquam Regum vel Imperatorum donatione, ſeu alio quovis titulo nactos, aut Vice Comites, Vice Dominos vel ſimiles præfectos impoſuiſſe civibus equidem nec apparet, nec veriſimile ſit. Prætoria verò civitatum quæ vocantur Palatia, regalibus annumerari planum eſt. Et palatium civitatis Treverorum C (unde quoque Comitum Palatinorum Rheni nomen & originem ſcriptores aliqui deducunt, ut hoc obiter in medio ſaltem relinquatur (anno Chriſti 1008. Trever. epiſcopus 74. Adelbero violenter occupavit, validoq́; præſidio firmatũ adverſus Imperatoris Henrici 2. obſidionem pertinaciſſimè defendit, atq́; inde plurimis annis manifeſta vi tenuit: quanquã pœnitentia ductus Megingaudo iuſto epiſcopo pridẽ dignitate pontificali ac prædiis cunctisq́; iuribus epiſcopalibus ultro ceſſiſſet, quemadmodũ in ſuperioribus cõmemoratum eſt. Unde colligere licet palatiũ tunc temporis ad epiſcopatum haud ſpectaſſe, non magis quàm Saroburgum, Berencaſtellũ D & Ruthias, propria ipſius Adelberonis caſtella, quæ tandem ille unà cum palatio virtute viribusq́; Popponis, qui Megingaudo in epiſcopatu ſucceſſit, deterritus ipſi tradidit. De caſtellis deinceps q́d acciderit, ſuprà quoq́; commemoratum eſt: palatium an eodem jure ſibi vendicarint poſteriores epiſcopi, curioſiùs ſi libet, inquirant prudentiores. Haud ambigitur olim qui jus reddebant, uti adhuc plerumque fit, in civitatum palatiis pro tribunali ſediſſe. Scabini erant, eorumque præſes Scultetus à Comite Treverorum conſtitutus, & veluti ipſius Vicarius. Scultetos enim priſco Francorum inſtituto Comitum veluti legatos fuiſſe conſtat: regionesq́; ſeu civitates & territoria quanquam Comites ſuos habebant, iĳ tamen

Digitized by Google

ij tamen aulas Principum frequentabant, Principis familia, conſiliarii ferè & domeſtici erant: jus in territoriis per Scabinos præſide Comitis Sculteto dicebatur, Friderici primi Imp. Aug. conſtitutio de pace terræ ſuperius relata, ſatis indicat tum temporis Principes ſeu Iudices provinciarũ habitos Duces, Marchiones, Comites Palatinos, Landgravios & alios Comites. Hi quemadmodum eadem conſtitutio docet, ſuas Iuſtitias habebant, quarũ auctoritate crimina cæteraq; controverſiæ ventilari ac decidi ſolebant: eoq; Sculteтorum & Scabinorum munus haud obſcurè denotatur. Et Treveris eodem ſeculo veluti antiqua monumenta perhibent, in B *locum deficientium Scabinorum ipſum eorum collegium alios ſibi allegabat, nimirum ex potioribus civibus moriſq; patrii gnaris: quos ad tribunal aſcitos Scultetus tanquã præſes banno confirmabat. Jam porro qua tempeſtate vel occaſione quove titulo Treverorum archiepiſcopus in ipſa civitate inſtituendi Sculteti, creandorumque Scabinorum auctoritatem & ius adepus ſit, quorum illud antea Comitis, hoc collegij Scabinorum fuit, ſi quis compertũ habeat ecquid profiteri vereatur? Etſi autem dum in occulto latet veritas, liber coniecturæ locus ſit dificile tamen & immenſi laboris foret exactè talia ſcrutari. Magnum enimuero momentum in his* C *habuiſſe credi poteſt, quod palatium in vrbe Treveri ap ibſis epiſcopis iam inde ab Henrici ſecundi Imp. temporibus poſſeſſum, ac deinde Theodericum Comitem Treverorum ab Henrico 4. Imp. proſcriptum, & peregrè extinctum, tandem etiam ſub Henrico 6. Imp. Iohannem primum archiepiſcopum Trever. eiuſdem civitatis Advocatiam ab Henrico Comite Palatino Rheni acquiſiviſſe proditur: inſuper quod Ducatus regionis Moſſellæ vel circa finem Henrici 5. Imperatoris, vel certè temporibus Ottonis 4. Imp. & Iohannis primi Treverorum epiſcopi. cum Henrico Blondello* D *Limburgenſi Duce, Walrami filio, penitus interijt: qua de re plura tradere temporis auguſtia prohibet, quanquam ad originẽ poteſtatis temporalis qua nunc pollent Treverenſes pontifices æſtimandam, maximopere pertinentia. Sed & Friderici primi Imp. temporibus Auguſtæ* Treverorum *ſodalitates ſeu tribus civium vocabulo germanico* Zunfften vnd Broderſchafften/ *iiſdemq; ſuos magiſtros, ſua collegiorum iura fuiſſe conſtat. Præterea ſicuti in cæteris civitatibus & miniſteriales erant ſeu milites, qui cum Scabinis cæteriſq; patricijs civibus ſeu burgenſibus cenſebantur optimates, penes quos ab antiquo gubernacula civitatis fuiſſe convenit,*

venit, quemadmodum in hodiernum uſq; diem Norinbergæ &c. Nec deſunt graves & priſci auctores qui maximam nobilitatis partem late circa Treverim ex ipſa urbe ortam propagatamq; tradunt. Hoc antiquus ſcriptor geſtorum Boemundi 91. Treverorum pontificis, qui anno Chri.1299. deceſſit, de regionis iſtius univerſa nobilitate aſſeverat. Manent plurima etiamnũ in urbe domorum gentilitia nomina, quanquam familiæ partim longo ævo abſumptæ, partim nunc in agro finitimo prædia ſua vel arces inhabitant. Similem porro rerumpublicarũ ſtatum & adminiſtrationem per optimates, haud dubium eſt olim & in aliis Regni urbibus fuiſſe, veluti Coloniæ, Leodii, Aquiſgrani, Metis, Viroduni, Argentorati &c, refertur enim in annalibus quam pridem quolibet in loco præſens rerum forma cœperit, ut tribus civiũ ſuos quoq; Senatores & Magiſtratus de plebe conſtituant, nec patritii ſoli arbitriũ curamq; civitatis exerceant. Quòd ſi vetera recolere libeat, Auguſtam Treverorum (tametſi Regiæ poteſtatis faſtigium nihilominus agnoſceret, Comitesq; ſeu Præſides militares & judiciorum à Regibus acciperet) attamen ab initio regni Francici in Galliis, uſq; ad exceſſum Friderici primi Aug. ſuæ poteſtatis fuiſſe, ſuo jure ſuisq; ferè legibus uſam veriſimile fiet. Hoc Aventinus de pleriſq; Galliarum civitatibus commemorat, quippe quæ à Francis non tã hoſtili vi ſubactæ, quàm veluti ſocietate receptæ regniq; pars ultro factæ ſunt, uti ex hiſtoria Lucii patricii licet æſtimare de Treveris. Rhenanus quoq; rerum Germanicarum lib. 2. teſtatur, ſub Francis Regibus & Impp. civitates quaſdam Galliarum & Germaniæ Romanis legibus uſas: quo ſignificare vult leges à Frãcis nõ accepiſſe. Proinde Treveris etiamnum pleraſq; conſuetudines ex priſcis Treverorum inſtitutis atque ex jure Romano ortas, legibuſque Francorum & uſibus finitimarum juriſdictionum longe diſſimiles vigere, ſi locus ſit demonſtrari queat: ut condendorum Statutorum auctoritas qua Magiſtratus ſeu conſules & conſilium ut in antiquis monumentis appellantur, urbis Treverorũ liberè ab antiquo potitos conſtat, jam in argumentũ non petatur. Sed & Boemundi 90. Treverorũ pontificis rerum geſtarũ ſcriptor antiquus, diligens & eruditus, ſuo ſæculo circa Chriſti annum 1300. verba hæc refert: Romani cum totum pene orbem armis & prudentia domuiſſent, amicitiam cum Treveris & fœdus iniere, atque hanc urbem propter antiquam eius nobilitatem & civiũ ſibi quodammodo parem dignitatem ſecundam Romam appellavere. Tunc,,

etiam Treberi Romana iura & leges habere cœperunt, quas vſq; in hodiernum diem tenere noſcuntur. Sic ille. At in tantam antiquitatem pluribus inquirere nec locus eſt, nec admodum neceſſe eſt: ipſa ſiquidem adminiſtratio civitatis Treverorum vſque ad Imp. Friderici primi obitum in medio relinqui poteſt, cùm certum ſit Treverim vrbem liberam Regalemue, ſeu vt vulgò vocant Imperialem, neque hoc neque poſteriore ſeculo eſſe deſiiſſe, non magis quàm Coloniam Agrippinam, Aquasgraneas, aliasq; ſimiles teſte in id Abate Trittenhemio prudente & diſerta admonitione qua librum de origine Francorum claudit. Quamobrem neque hoc magnopere refert quod ſub Poppone 76. Treverorum pontifice, ſcriptor geſtorum ſemel Præfectum vrbis nominat, deinde poſt Eberhardum 77. antiſtitem in hiſtoria Cunonis Treveros Præſidem ſuum Theodericum cum aliis Principibus evocaſſe memorat adverſus Cunonem: quippe quia Comes ille fuit, & militaris aut præfectus aut præſes, qualis paulo antè commemoratus eſt. Ab Aventino quoque Theodericus Treverorum præſes, à Trittenhemio & Vrſpergenſe & Schaffnaburgenſe & Mariano Scoto qui tũ vixit Theodericus Comes, à Scheckmanno & Sigeberto Theodericus Comes Treverorum, ab Hermanno Contracto qui etiam æqualis illorum temporũ & genere Veringenſis Comes fuit, Theodericus Comes de militia Treverenſi nuncupatur: vnde colligere eſt militarem tantummodo præfectum vel Scultetorum ſeu præſidum Scabinalium ſeu iuriſdictionis Dominum fuiſſe. Tales olim præfectos habuere omnes pene liberæ ſeu Regales vrbes præſertim regni Lotharii. Colloniæ Agrippinæ Comites erant Areburgij ((vel Arnsbergii) nam in ipſius vrbis annalibus proditur gladii poteſtatẽ & præfecturã juſtitiæ ſicuti adhuc per archiepiſcopos ibidẽ ampliſſimè exercetur, præſide Procomite, Scabinis, tabellionibus, patronis: viatoribus, lictoribus, carnificè cæteriſq; miniſtris inſtruitur atque diſponitur, Hochgericht *quoque vocant, ceſſione illorum Comitum ad Archiepiſcopos veniſſe. Si plura quærantur exempla, & Argentoratum, & omnes Belgicæ primæ civitates Metis, Virodunum, Tullum, quondam Comites habuiſſe certum eſt.: vti etiamnum tali iure præſidum paſſim in vrbes liberas ſeu Regales, Epiſcopi, Abbates, Duces, Comites, Liberi, inſuper civitates aliæ in alias potiuntur, & res tam nota eſt vt ſuperfluum ſit teſtimonia citare. Nec talibus præfecturis alia ſtatim regalia fiſcaliaque iura cohærere neceſſe eſt, multoq; minus admini-*

plenum

Digitized by Google

A ſtrationem civitatũ Imperialium ſive Regaliũ vel liberarũ ſeu plenum in iis arbitrium rerum & dominatum: quandoquidẽ vel Ducatu Marchiõatuve vel Comitatu à Rege aut Imperatore cõceſſo, per hoc tacitè regalia præſertim majora ipſis regni Capitaneis haudquaquam permiſſa traditave cenſeri Jureconſultorũ conſtans ſententia eſt: & exemplum præbet pax Friderici primi Imperatoris cum civitatibus Lombardiæ, Marchiæ & Romandiolæ facta Conſtantiæ, qua diſertè ſignificatur epiſcopos in civitatibus Comitatũ & jus conſtituendi inveſtiendiq́ Conſules (Die Raths-
B perſonen / den Rath) habere quidem poſſe, cæterum civitati nihilominus competere regalia veteresq́ conſuetudines Imperii quibus ab antiquo eſſet uſa, veluti in foro, in paſcuis, in nemoribus, in pontibus, in aquis & molendinis, item in exercitu, in munitionibus civitatũ, juriſdictione tam in criminalibus quàm pecuniariis cauſis, & in cæteris quæ ad commoditatem ſpectant civitatum. Præterea ſi comitum origo & jus vetus conſideretur, munus eorũ militare olim potiſsimum fuiſſe apparebit: ut ſi expeditio ſeu bellum incideret, ipſi præeſſent, miniſteriales cæterosq́ milites colligerẽt, Du-
C cibus exercituum vel Principibus adducerent. Quamobrem poſtquam Regalium urbiũ Comites eſſe deſierunt, ipſæ civitates auxilia ſua tam miniſterialium quàm aliorum civiũ Regibus & Impp. ſuo nomine mittere cœperunt, quemadmodum de Treveris paulo poſt Friderici primi obitum manifeſtè conſtabit in ſequentibus, nimirum circa Chri. annum 1211. & 1212. Deniq́ quo magis in propatulo ſit civitatum conditio, quanquam ea quæ nunc in orientali regno Francorum & imperio Romano procerum juxta ac civitatũ libertas viget, variis omnino modis primùm orta fundataq́ ſit & coaluerit, tamen ex urbium annalibus aliisq́ ſcriptorũ mo-
D numentis evidenter liquet per ſchiſmata diſsidiaq́ teterrima Romæ plerunq́ nata, totum mox Imperium Romanum pernitioſiſsiſimis turbis, bellis & cladibus implicantia, quibus ab obitu Henrici tertii frequenter laboratum eſt, ipſa Imperii Majeſtas tentata, convulſa eſt, atq́ invaleſcentibus interim epiſcoporũ opibus, gliſcente hinc metu civitates auxilio aliquando Regum, vel Præfectorum, vel etiam Epiſcoporum gratia deſtitutas, eo magis ſuis ſeſe viribus tueri, præſidia comparare, cæteraq́ libertatis inſtituta capeſcere atq́ retinere coactas fuiſſe: quodq́ primùm neceſsitas ſuaſit, hoc uſus & conſuetudo jus fecit, Regum & Imperatorum pietas, conſenſus, auctoritas firmavit atq́ ſanxit: haud infœlici eventu

Digitized by Google

Chriſto propitio per quingentos amplius annos uſq; in præſens: ſi- A
quidem ſi qua re alia, profectò libertate civitatum Germanicæ
Reſpub. quàm minimum decoxiſſe videtur: Lacertos eo validius
movere poteſt quò liberius. Nec enim diſſoluta eſt anarchia: ſed
æquabilis eoq; fidelior & in publicum utilior ſubjectio, quo tutior,
quo à querelis remotior: ipſum juſtitia fundatū divino nutu con-
ſiſtens & æternum ſacroſancti Romani Imperii faſtigium, quiq;
id veluti columnæ ſuis humeris ſuſtinent Principum principes de
induſtria ſimul & ex animo adorat.

Porro de origine libertatis Germanicæ Rhenanus quoq; rerum
Germanicarum lib. 2. de ſtatu Germaniæ ſub impp. Saxonibus & B
iis qui hos inſecuti ſunt, diſertè cenſet primum liberæ poteſtatis Du-
cem ſub veteribus Francis fuiſſe in Saxonia Henricum Impp. Ot-
tonis Magni patrem, idq; ob eam cauſam vt Sclavinos arceret,
ſiquidem diligentius ea cuſtodiuntur quæ ſunt propria. Nec cui-
quam aliorum Præſidum hoc ius conceſſū erat: cæterum ſub Sax-
onibus libertatem nacti ſunt non ſolum provinciarum gubernato-
res, ſed & civitates ipſæ: quæ proinde mirum in modum iſtis ſecu-
lis crevere & munimentis aliis ſuper alia firmiores factæ. Hæc ille.
Sebaſtianus Munſterus Coſmographiæ lib. 3 cap 21. quomodo civi- C
„ tates & villæ Imperiales privilegijs fuerint donatæ, Sicut inquit,
„ Reges & Imperatores Germanici haud ſine ſuo diſpendio magnis
„ beneficiis privilegiisque proſecuti ſunt principes & alios Dominos,
„ ita quoque poſtea ſingulari gratia & liberalitate liberas et exemp-
„ tas reddiderunt antiquas civitates, opida & Imperiales villas, cō-
„ ceſſeruntque ijs propriam regum ſuarum adminiſtrationem, &
„ & condonarunt inſignem portionem teloneorum & vectigalium:
„ quæ in re longè excelluerunt aliarum nationum reges ſua liberali-
„ tate & pietate. Atque ob id neque Principes de Imperialibus ci-
vitatibus, nec rurſus civitates, de Principibus & primoribus cō- D
queri poſſunt. Nam quicquid iſti & illi habent, totū hvbent ex
gratia & ſingulari pietate Imperatorum atque Regum: ex-
ceptis his quæ poſtea Principes & quædam civitates
emerunt aut alio modo ſunt conſecuti à Co-
mitibus, Magnatibus, Baronibus & reli-
quis nobilibus. Ita Munſterus.

PARS

Digitized by Google

PARS. XIV.

HACTENVS à Caroli Magni uſq; ad Friderici primi obitum Reges & Imperatores recenſiti, Epiſcoporum quoque Treverenſium ſucceſſio dicta, res geſtæ commemoratæ, ſimulque forma tum Eccleſiæ, tum Regni, & ipſius Auguſtæ Treverorũ cõditio quàm breviſſimè fieri potuit explicata eſt: quãobrẽ de poſteriore ſeculo deinceps agetur. Anno à Nativit. Chri. 1190. Fridericum primum Imperatorem fato functum, annoque pridem 1170. filium eius Henricum 6. Regem factum in ſuperioribus conſtitit. Henricus igitur ab obitu patris imperare cœpit, annoque proximo, Chri. 1191. Paſchalibus Romæ coronatus eſt à Cœleſtino Papa. Deceſſit anno Chriſti 1198. in Sicilia. Secutum interregnum pene ſemeſtre: ac demum anno Chriſti 1199. menſe Martio Philippus Imp. Henrici frater Friderici filius, Rex factus, ſimulque contra illum eodem menſe Otto 4. diſſenſione pernicioſiſſima. Quæ res ab Avent. annal. Bojorum lib 7. breviter refertur. Auguſtæ inquit, in Rhetia convenere frequentes Principes Imperii: filium Auguſti (Henrici 6. Imp. Fridericum) adhuc in cunis vagientem Cæſarem declarant, eidem tabulis ſignatis fidem aſtringunt. Et poſtea morte Henrici Auguſti commemorata pergit his verbis: Confeſtim parricidiali diſcordia orbis Chriſtianus affligitur: duo pro Imperio auctore & anteſignano primario ſacerdote decertant: Philippus frater Imperatoris, tutor nepotis impuberis à Ludovico Bojo, ſociis eius Suevis, Noricis, Vindelicis Cæſar ſalutatur. At Saxones, Boiemi inſtigante Innocentio 3. Romano epiſcopo, qui eos ſacramento quo Friderico infanti auctorati erant, ſolvit, præterea Richardi Regis Anglii pollicitis ineſcati, amitinum eius Ottonem Saxonem &c. rebus imponunt. Eum Angli pecunia adiuvant. Philippo rex occidentalis Franciæ fautor adeſt. Ita Germania civilibus armis Pontifice Maximo claſſicum canente attrita eſt. Argentoratum, Erdfordia, Aquæ Graneæ, Agrippinenſis Colonia, item aliæ urbes obſeſſæ ſunt: & poſt: Cuncta luctu, cæde completa ſunt &c. Hæc Aventinus de regũ Philippi & Ottonis electione: maximasque clades inde ſecutas graphicè deſcribit. Idem facit multoq; magis exaggerat haud vulgaris notæ ſcriptor Abbas Vrſpergenſis qui tum vixit, ipſe inter iſta verſatus, teſtis & auritus & ocularis fuit. Audiviſſe relatu aliorum ſeſe profitetur, Innocentium Papam dixiſſe, quoniam ablaturus eſſet Philippo diadema Regium, aut ipſe ſibi Papæ inſigne Apoſtolicum: additque, cæterùm quamvis non ſit credendum quòd voluntatem ſuam divinæ voluntati prætulit, conſtat tamen quia omni tempore adverſabatur eidem &c. Nominat quoq; Saxonum quoſdam Principes & Archiepiſcopos cum ſuis ſuffraganeis quorum ſibi favorem Philippus conciliavit, tametſi adverſarentur alii, dictusq; primò Rex Coloniæ fuerit Bertholdus Zaringiæ Dux pecunioſus, cùm tali procerum conventui Philippus nequicquam per legatos intercesſiſſet. Aſſerunt inquit, etiam quidam quòd propter hoc promiſſa fuerint Archiepiſcopo Treverenſi duo millia marcharum &c. Tandem conventu Principum Philippo faventium in oppido Milhauſen acto, Philippum à Suevis & Saxonibus & Bavaris & Boemis & principibus quamplurimis Rheni in Regem electum dicit, pergitque ſic: Tunc cœperunt multiplicari mala in terris. Ortæ ſiquidẽ ſunt in hominibus ſimultates, doli, perfidiæ, traditiones, ut ſe invicem tradant in mortem & interitum: rapinæ,

Digitized by Google

deprædationes,depopulationes, terrarũ vaſtationes. incendia. ſeditiones & bel- A
la & rapinæ ſive in ſtrati, ſive in latrociniis juſtificatæ ſunt, ut omnis homo jam
ſit periurus& prędictis facinoribus implicatus: ut vix excuſari poſſit quin ſit in
his ſicut populus ſic & ſacerdos. Tribulatio magna prohibuit & hoc,ut nec quis
de villa ſua poſſet procedere ſecurè ſaltẽ in proximam villã. Exaltatum eſt cor-
nu iniquitatis &c. Deniq; qualiter Rex appellatus ſit Otto 4. atq; ex Anglia per
legatos accitus, ac poſtremò cum jam bellis maxime circa Moſellam geſtis par-
tes Principesq; fatigati eſſent. quomodo Pontificis Romani conſenſus ad quie-
tem & pacem redemptus, Regesque in concordiam redacti ſint (an. Chri. 1207.)
& Ottoni filia Philippi deſponſata fuerit, accurrate narrat. Hæc quidem de Phi-
lippi & Ottonis electione deque calamitatibus inde natis Aventinus & Vrſper-
genſis: cæterùm ut hoc obiter quoque dicatur, in annalibus urbis Colonienſis B
ſimulq; à ſcriptore rerum geſtarum Ioannis 86. Treverorum epiſcopi proditur,
An.C. ipſum Ioannem partium Ottonis fuiſſe. Pace demum inter hos Reges conſtitu-
1208. ta, ſequente anno qui a Nativit. Chriſti. 1208. fuit, Philippus cæſus, Otto ſucceſ-
ſor in Regem receptus annoque proximo circa feſtum Michaelis Romæ corona-
tus eſt ab Innocentio 3. Papa. Dein exorto rurſus inter Pontificem Max.& Impe-
ratorem diſſidio, annitente Papa Rex Boihemiæ, Dux Auſtriæ, Dux Bavariæ &
Landgravius Thuringiæ ac alii quamplures conventu habito Fridericum Sicilię
regem cui olim adhuc in cunis fidelitatem juraverant ut inquit Vrſpergenſis,
1213. Regem dixere: atque is anno Chriſti 1213. coronatus eſt Aquisgrani. Otto tamen
1218. nihilominus Imperatorem ſe geſſit uſque ad annum Chri. 1218. quem habuit fa-
talem. Fridericus itaque ſecundus Rex anno Chri. 1220. Romæ coronatus eſt
Imperator à Cardinale quodam juſſu Honorii 3. Pontificis Max. biennioq; poſt C
Henricum filium annorum duodecim in Regẽ conſecrari effecit Agrippinæ Co-
loniæ: quo deinde à regno rurſum depoſito ac in vinculis extincto, Conradũ al-
terum filium anno Chri. 1235. Moguntiaci Cæſarem ſucceſſoremq; ſibi deſigna-
1245. vit. Tandem anno Chri. 1245. ſententia Romani Pontificis Imperium illi abro-
gatum eſt: ex quo tempore ſcriptores Italici interregnum annorum 8. conſti-
tuunt uſq; ad annum Chri. 1273. quo Rodulphus ab HaveKenburgo rex ſaluta-
1250. tus eſt. Attamen Fridericus Imperator anno Chriſti demum 1250. deceſſit e us-
que item filius Conradus inde uſque ad obitum toto amplius triennio regnavit.
Henricus enim Thuringiæ Landgravius, Cattum vocat Avent. contra Frideri-
12‹4. cum & Conradum Augg: anno Chri. 1254. à proceribus quibuſdã in regẽ aſſump-
tus, vix anno uno ſuperſtes fuit, equo lapſus periit. quique tunc in eius locũ acci-
1255. tus V.Vilhelmus Hollandus ſeu Batavus. etiã anno Chri. 12.5. cum omnibus ſuis D
copiis interiit. Deinde biennio rurſus elapſo Richard. Anglius à quibuſdam pro-
ceribus nomen Regis & coronã Aquiſgrani adeptus: ab aliis vero Alfõſus Hiſ-
paniæ rex adverſus Richardum creatus eſt, nimirum anno Chriſti 1258. Cæte-
rùm Richardo poſtea ſeſe in Angliam recipiente, & Alfonſo regni Germanici
1257. honorem ultro abdicante, Chriſti anno 1273. demũ Rudolphus Comes Have-
Kenburgius uti prædictum, in Regẽ electus & Aquiſgrani coronatus eſt. Is Ita-
liam non adiit, tametſi non deſint qui id ex ſententia Principum initio cum ſpõ-
ſione recepiſſe tradant. Fertur Aeſopicam fabulam recitare ſolitũ de vulpe, quæ
leoni in ſpecu ægrotanti Reſpondit referam, quia me veſtigia terrent omnia te
»» introrſum ſpectantia, nulla retrorſum. Primum hunc Regem à Septemuiris E-
»» lectoribus creatum etſi non conſtet, videri queat, nimirum ex conſtitutione de
»» Septemuiratu tum recenter à Gregorio decimo Pontifice Max. approbata, uti
»» innuit Aventinus annal. Boj. lib. 5. his verbis. De Septemuiris & primariis Hep-
tarchis

Digitized by Google

A tarchis qui ſibi deligendi Imperatoris Romani Germaniciq; partes tunc ſumunt, nihil penitus ne verbo quidem uno neq; Hermannus, neq; Romerius, neq; Sigebertus, neq; Otto noſter Guntheruſue poëta & cæteri quiq; proximi horum temporum graviſſimi diligentiſſimiq; ſcriptores ullã mentionẽ faciunt, profectò nõ omiſſuri tantam rẽ, ſi uti noſtro ſæculo ſunt, illa tempeſtate Principes illi conſtituendi Cæſaris legẽ ac prærogativã accepiſſent. Res aliter eſt, nempe longo pòſt tempore inſtituta: filios ſemper parentibus, proximos ſanguine & affinitate in demortuorum locum ſucceſſiſſe, ab omnibus cõmuniter Ducibus, dynaſtis, ſatrapis, epiſcopis, præſulibus, civibus, populo Italiæ, Galliæ, Germaniæ deſignatũ eſſe rectorẽ uſus tũ rerum magiſter indicat. Ego illos demũ poſt fata Friderici 2. inſtitutos & à Gregorio 10. Pontifice Max. confirmatos eſſe compertum habeo.

B Hæc ille: plurimaq; proximè ad eandem ſententiã argumenta doctiſſimè collegit Onuphrius Panuinius Veronenſis in lib. de Comitiis Imperatoriis: quanquã vulgò conſtitutionem hanc anno Chri. 1002. ab Imperatore Ottone 3. factam, & à Gregorio 5. Pontifice Max. confirmatã putetur. Deceſſit Rudolphus Aug. anno Chri. 1291. ſuffectusque ſequenti anno ineunte Rex Adolphus Comes Naſſovius, An. C. 1291.
qui deinde Alberto Duce Auſtriaco pugna victus cæſusque eſt anno Chri. 1298. Albertus autem etſi eſſet ante obitum Adolphi Rex dictus, attamen ipſo extincto iterum ab Electoribus nomen Regis, moxque coronam Aquiſgrani 1298.
ſumpſit. Occiſus anno Chri. 1308. Poſt ſeptem pene menſes interregni ſucceſſorem nactus eſt Henricum ſeptimum Lutzenburgium. Is haud diu pòſt anno 1308.
Chriſti 1309 Ianuario menſe Aquiſgraneis, at proximo anno Epiphaniæ feſto Mediolani, demum anno Chri 1312. menſe Iunio Romæ à Cardinalibus Pontificis Max. legatis coronatus eſt, annoque ſequente in Italia periit, veneno ut aiunt, quo monachus ſacrificus hoſtiam infecerat. Interregnum amplius integri anni ſecutũ, donec anno Chri. 1314. die 15. Cal. Novemb. à Moguntino & Trevecenſi Archiepiſcopis & Rege Boihemiæ Marchioneq; Brandenburgio Ludovicus Bojariæ Dux, à reliquis autẽ Septemviris Fridericus Dux Auſtriæ rex dictus eſt: unde rurſũ partes factionesq; ac pernitioſiſſima bella provenere. Friderico Auſtriaco pertinaciter adverſatum Archiepiſcopum Trever. non modo Nauclerus Generat. 44. vol. 3. diſerte refert, verumetiam H. Mutius de Germania lib. 24. in princ. Fridericus Albertus, & Lupoldus inquit, Auſtriaci principes ambiebant Imperium (quippe Alberti Cæſ. filii Rudolphi Cæſ. nepotes) habebant autẽ ſibi ſtudentes Rodulphum & Ludovicum Duces Bavariæ. Vehementer vero reſiſtebant Auſtriacis Boihemiæ, Epiſcopi Trever. & Moguntinenſis. Cum ij viderent futurum ut eligeretur Fridericus Auſtriacus, multa adverſus eum conati

D ſunt: tandẽ cum nihil promoverent quem volebant ipſi, nec impedire Fridericũ poſſent, Ludovicũ Ducẽ Bavariæ eligebant, quem prius à Friderico alienarant. Adjunxerunt autem ſibi & legatum Marchionis Bandenburgenſis &c. Addit Nauclerus, ab iiſdẽ inductũ Ludovicũ ut ſe contra Fridericum eligi permitteret, quòd in promiſſione per eũ facta Friderico, perſona loquentis videretur excepta. Porrò Ludovicus Aquiſgrani, Fridericus Bonnę coronã ſumpſit: ac victus tandẽ captusq; à Ludovico Fridericus, nomen Regis abdicavit, annoq; Chri. 1330. 1330.
mortẽ obiit, cum Ludovicus pridem anno 1327. Mediolani Lõbardię Rex, anno aũt proximo Romę à Nicolao 5. quẽ ipſe Papã creaverat adverſus Ioannem 22. Põtificẽ Max. Imperator coronatus fuiſſet. Vixit poſtea Ludovicus Auguſt' uſq; ad annũ Chr. 1347. quanquã à Ioãne 22. Papa maturè diris devotus & hæreticus 1347.
appellatus, nimirũ quod in Italia poteſtatẽ regiã ante adeptã ab ipſo Ioãne Pontifice Max. coronam exercuiſſet: vel uti etiam Baptiſta Egnatius perhibet, quòd

Digitized by Google

citra Ioannis Papæ aſſenſum ſe imperatorē appellaſſet. Benedictus 10. Pontifex Max. qui an. Chr. 1334. Ioānni ſucceſſerat, quanquā Ludovico Auguſto bene vellet, virtutes eius & innocentiā prædicaret, anathema tamen quod Ioānes Papa vibrarat, metu occidētalis Franciæ regis etſi ſuppliciter & demiſſè ſępius petēte Auguſto, ſolvere auſus nō fuit: Clemens verò 6. Pontif. Max. qui anno Chri. 1342. Papæ Benedicto ſuffectus eſt, multo acerbior Ioannis acta ſententiamq; non modo „ confirmavit, verumetiā Ludovicū Auguſtū veluti inveteratū hæreticum pr. dēq; ſumma religione devotū & exauguratū, neq; ſacramento ullo quenquā tenentē, ipſe denuò pertinaciſſimè exagitavit, neceſſitate impoſita Septemuiris Electoribus aliū Cæſarē creandi. Quamobrem an. Chri. 1346. menſe Iulio Carol. 4. Ioānis

An. C. 1346. Boihemiæ regis filius Marchio Moraviæ contra Ludovicū Imperatorē Rex dictus eſt. Palmerius Florentinus in chronicis variorū anno Chriſti 1324. Ioannes inquit, Pontifex Ludovicū Bavarię Ducē ad Imperiū jā pridē delectū eccleſiæ communione interdixit, & variis cenſuris publice condemnavit. Eius rei cauſa reliqui etiā Italici ſcriptores plerunq; Ludovicū hunc in numerū Auguſtorū ſeu Imperatorū vel Cæſarū non recipiunt, ſed abſq; aliquo honore nominis Ludovicū Bavarū nominant. Longū eſſet referre quanta fuerit aliquorū in hoc Cęſare iniquitas: ſed Aventini verbis iſta ſimulq; Caroli 4. electionē breviſſimè cōmemorare expediet. Is igitur Annal. Boior. lib. 7. in hæc verba ſcribit. Quarto tum demum anno legati Cæſaris (Ludovici) Aveneone revertuntur, mandataq; ſcripta Pontificis Max. ad Auguſtum perferunt, quorum hæc ſumma fuit: Cæſar VVilhelmum Occomenſem hæreſiarchā, eius collegas & ſocios Pontifici Max. dederet: decreta adverſus (Ioannem) 22. Vicarium Chriſti retractaret, acta reſcinderet. opprobria recantaret, edicto perpetuo publicè ſanciret Imperium beneficium eſſe Primarii ſacerdotis, nec antè Cæſarem eſſe aut vocari, quàm ille „ auctor fieret. Hæc ubi ad Imperatorem relata ſunt, Francofordiæ proceres con„ vocat, mandata (Papæ Clementis) Sexti recitare jubet. Fit decretum, huiuſcemodi poſtulata prava, inepta, antiquata, argutiora deniq; eſſe quàm ſimplicitati Chriſtianæ atque majeſtati Reipub. conveniret: irrita vanaque declarata ſunt, „ flaminesque Avenionenſes ſecundis rebus oblitos humanæ imbecillitatis, nullum modum neque dicendi neque faciendi niſi quem velint, noſcere, promulgatum: quicquid libeat, licitum putare, licentia ſanctitatem metiri acclamatū. Ioannes Rex Boiemus, filius eius Carolus denuo in verba Auguſti jurant. Inde in Franciam ad Philippum Regem ſecedunt. Imperator cum hiſce eoſdem legatos ad Clementem redire jubet, ut æquis conditionibus concordia paciſcatur & benè inter bonos agatur poſtulat. Sed Sexus nullo pacto poſtulatis annuit, ſua dicta velut fulmen rata eſſe atque obſervari voluit. Reges Boiemus atq; Francus „ fruſtra reconciliandorum Principum ſumpſere operam. Conſulti juſſu Regum theologi Lutetiæ Pariſiorum reſcripſere reſponſa Clementis non ſolum iniqua, ſuperba, ſed & contraria æquitati Chriſtianæ eſſe. Idem Bononienſes fecerunt „ &c. Deinde Pontificis Rom. inquit. auro & pollicitationibus (ſicut amicus Ave„ nionenſium Conradus de Maidenburg quaſi bene factum jactitat) in Germania Baldovinus Treverenſium archimyſta, Rudolphus Saxoniæ regulus corrupti Gerlacus de Naſſovv Moguntini pontificatus (quem alter tamen huiuſcemodi conatus ac perfidiā deteſtans tenebat) ſpe ineſcatus, in agro Treverenſi coeunt, Carolum Moravici limitis Præfectum, filium regis Boiemiæ Cæſarem deſignant 4. Id. Iulii, anno ſalutis 1346. Carolus qui tum in Galliis cū patre Ioanne, Philippo regi adverſus Anglios ſuppetias ferebat, ab flamminibus ſacramento quo fidē Ludovico aſtrinxerat, ſolutus, annuit, nova molitur, totis virib. Imperio inhiat.

Auguſtus

A Auguſtus ubi hæc comperit, ad Rheni oram cum exercitu contendit, Auguſtæ Nemetum concilium cogit, concionem procerum advocat, perfidiam paucorum maximè Baldovini Treverenſis (quo conſultore & auctore univerſa hactenus a ſe geſta ſint) arguit, Pontificum Max. inſolentiam, faſtum, omnium temporum injurias in ſe eorum commemorat, à quibus inductum depravatumque Carolum item alios conqueritur, Carolique perjurium proponit, Senatus auctoritatem, populi Chriſtiani libertatem, Majeſtatem Imperii, fidem religionis proditam, pollutam docet: liberos eſſe Germanos aſſerit: rogat ſene cuius clemenriam, benignitatem, fidem, conſtantiam, magnificentiam, jampridem tot adverſitatibus comprobatam ſenſerint, imperare, an Carolum perfidum caput parricidamque, qui avum optimum Imperatorem impietatis B condemnet, regnare velint? Abſque cunctatione tota concio conclamat Ludovicum rerum potiri, Ludovicum à Deo Imperatorem conſtitutum eſſe, ſeq; in eius poteſtate futuros. Perfidiam deinde paucorum execrati, Caroloque inominatis verbis malè precati, denuo Ludovico ſacramenta certatim dicunt, dantque fidem operam daturos ne huiuſmodi flagitia inulta ſint, & Germanicæ virtuti ab hoſtibus etiam laudatæ tanta macula illinatur. VVilhelmus Occomenſis librum qui extat adverſus Carolum atque Clementem ſcribit, ubi hunc hæreſios nota inurit, ipſum Antichriſtum, paupertatis Chriſtianæ oſorem, hoſtem Reipub. conjuratum Celticorum tyrannorũ, Germanorũ gentis Chriſtianiſſimæ inimicum, ſectatorem Clementis quinti, Ioannis 22. falſorum Pontificum & ſæviſſimorum luporum appellat: Carolum perjurii, læſæ Majeſtatis, parricidii, impietatis in avum & parentem poſtulat, quòd fidem jurisjurandi C qua Ludovico aſtrictus ſit, frangat, quod legibus Confluentiæ, Francofordiæ, in Lonſtein ex conſilii decreto perlatis, perfidè fraudem faciat objectat: mancipium Avenionenſium ſacrificulorum (Avenionis enim illa tempeſtate Pontificum Max. ſedes erat) à quibus Imperium emerit appellat: contra decus Imperii, maieſtatem populi Germani in loco obſcuro & ignobili, contra morem à perfidis electum exprobart: inauſpicatiſſimum eius fore Chriſtiano orbi imperium ominatur: poſtremo indignum eſſe qui in Germania nationum regina imperet, docet, maximè quando amicus ſit regi Francigenarum, qui perpetuò hoſtis ſit Alemannorum & reipub. Chriſtianæ tyrannus, diſturbator pacis, auctor diſcordiæ & ſeditionum: cuius levitate atque ſuperſtitione & viribus freti Pontifices Maximi libertatem Chriſtianam oppreſſerint, Imperii majeſtatem labefactarint, & rempubl. antiquarint, Germanicam virtutem D diſcordiæ malis debilitarint, attriuerint, populum Chriſtianum in ſervitutem redegerint duriſſimam. Et cùm alios (inquit & pergit VVilhelmus) Gallicus rector ad imperium orbis terrarum jam pridem aſpirans, faſtu & gentilitia aviditate perdiderit, ſeipſum tamen non fefellit, dum ſeſe & Pontificem Max. & Imperatorem in ſuo regno eſſe prædicat. Hæc Aventinus: & poſtea: Dum hæc inquit, in Germania geruntur, in Belgica ſecunda & Picardia inferiore prope Ambianos atque Abovillam Anglius Philippum regem Francigenarum atroci prælio vicit, copias eius profligavit, Sabbatho 6. Calend. Septemb. & cæſa 30000. Gallorum referuntur, atque inter complurimos Principes etiam Ioannes rex Bojemiæ cecidit &c. Rex Philippus, Carolus filius regis Bojemiæ noctu Ambianos aufugiunt, inde Lutetiam petunt. Sextus amicior Gallis quam Anglis, Eduardo diras inferiasque dicit: ille à perſonato vicario tyrannoque eccleſiaſtico ad juſtum Chriſtiani populi paſtorem provocat. Porro Carolus in Germaniam ut Lucilloburgium, Bojemiam avitos paternoſque Duca-

tus

Digitized by Google

tûs adeat, redit: ad Aquasgraneas non admiſſus, à Leodienſi Epiſcopo recipitur: verùm cives Epiſcopũ urbe pellunt, auxiliaribus Angliorum copiis adiuti illum cum Gallis, Bojemis urbem obſidentem maxima clade afficiunt, IIXXX. mortalium millia contrucidant, civitatem obſidione liberant. Carolus accepto iſthoc vulnere Bonnam ad Baldovinum Treverorum, patruum ſuum magnum & (VValramum) Agrippinenſem, Gerlacum titulo tenus archimyſtam Moguntinum 7. Cal. Decemb. contendit &c. Ob perfidiam omnibus inviſus, nuſquam receptus, pollicitus ſe concordiam ſervaturum publica fide per Francorum fines in Bojemiam deducitur. Nec vivo Ludovico aut Galliis aut Hercyniæ latebris prodire, nec habenas rerum uſurpare auſus eſt. Sic Aventinus: atq; inde morte Ludovici Auguſti cõmemorata, quam anno Chri. 1347. 5. Id. Octob. Imperii eius 33 ætatis 63. ponit, de Carolo ac illius competitoribus hæc refert. Clemens. 6. Pontifex Max. Carolo diploma dat poſtulatq; ut Germani Carolũ Eccleſiæ fidum recipiant, & nullum poſthac priùs fore Cæſarem quàm primarius Chriſtiani orbis ſacerdos vicarius Chriſti auctor fiat, jurent, inſuper abrogationem Pontificis Max. ad Imperatorem attinere hæreſin omnium pernitioſiſſimam eſſe profiteantur. At Germani partim tergiverſantur, partim apertè detrectant, atque proclamant uſqueadeòne ſervus ille ſervorum faſtu libidineque dominandi furit, inſanit, atq; in præceps abit, ut omnium ſæviſſimorum tyrannorum quos unquam fuiſſe legimus, crimina, ſuperbiam vincere propalã perfricata fronte contendat? Cæterùm Carolus nuntiata ſibi morte Ludovici, Reginoburgium conceſſit. Cives ubi eius conatus atq; poſtulata Romani pontificis intellexere, armis correptis, januis obſeratis, vicis catenis ferreis concluſis eundẽ Satzenhofero Conſule, Henrico Zanthone urbis prætore, & Gumperto principe ſenatus deducentibus atq; tutantibus ne à plebe inſultante, circumfremẽte, convicia conjectante, vis in eum fieret, urbe eiiciunt. Ipſe inde Norinbergam petit, honorificè à patribus exceptus eſt: populus verò concitato tumultu illos civitate exturbat, Ludovicũ Brandenburgenſem filiũ Ludovici Imperatoris amiciſſimi Norinbergenſibus recipit. Poſt hæc Principes coëunt, dignitatem Carolo abrogant, Eduardum regem Anglium affinem Ludovici 4. rebus imponunt. Is quidẽ gratias ingentes quòd ſe potiſſimũ ſupremo humani generis faſtigio dignum cenſuiſſent, Germanis agit, verùm cauſatus ſe graviſſimo Francorũ limitis Præfectus cui Machtylda filia Ludovici Auguſti nupta erat, Cæſar ſalutatur: ſed otii appetentior & deteſtatus bella civilia acceptis à Carolo ſexdecim millibus drachmarum auri ultro dignitate cedit. Et pòſt. In Brandenburgenſi regno piſtor quidam ſe VValdemarum Ludovici deceſſorem cui quàm ſimilimus erat, ſimulat, ope & armis Caroli adiutus quaſdam urbes capit. Eò Ludovicus filius Auguſti cum Ruperto Præfecto prætorio Rheni parruele ſuo infeſto exercitu contendit, adverſus pſeudò VValdemarum pugnat. Saxones, Boiemi juſſu Caroli ſuppetias impoſtori ferunt, Rupertum capiunt, Ludovicũ regno cedere cogunt, is ſe Francofordiam confert. Ibi Henricus Moguntinus archimyſta, Rudolphus Præfectus prætorio Rheni, Ludovicus Brandenburgenſis, reguli Bojorum, Dux Saxoniæ (Ericus) comitia Cæſarea habent, Guntherum Schvvartzenburgicum (quo nemo tum melior in Germania exiſtimabatur, vnde & optimi cognomen meruit) Cæſarem conſtituunt. Is Francofordiam venit, urbe finitimisq; civitatibus mẽſes ferme duos potitur, ſubinde adverſa valetudine corripitur. Carolus adeſt, & ut prudens atq; eloquens erat, Bojorum vires ſine quorum ope ſe rerũ potiri non poſſe animadvertebat, ſibi conjungere parat. Ludovicum Brandenbur-

A denburgenſem ad colloquium de ſummis utriuſq; rebus evocat, benignè appel-
lat, primus de pace mentionem facit, amicitiam pontificis Max pollicetur: filiã
Rudolphi Præfecti prætorio Rheni ſibi deſpondet: itidem Margaretham Polo-
nam Ludovici Brigenſis filiam neptem ſuã Alberto Bojo filio Quarti dat in ma-
trimonium: Ludovico Brandenburgenſi huius fratri Tyrollios, unde is fratrem
Caroli Ioãnem ducta eius uxore exegerat, in fidem committit: Brandenburgen-
ſem Ducatum proſcripto pſeudo VValdemaro reddit: Ruperttũ redimit. quam-
obrem ipſi in Hercynio ſaltu Bojoriæ quæ Boiemiæ continuatur, pleraq; caſtel-
la dotis atque pignoris titulo tribuntur &c. Hiſce ineſcatus Ludovicus ſedulò
paci operam navat, perſuadet Gunthero alioqui valetudinario atq; Regnum fa-
tis urgentibus propere relicturo, ut acceptis duodequinquaginta millibus uncia-
B rum argenti Carolo cedat. Paret Guntherus in pauciſq; poſt diebus ex hac vita
migrat. Carolus itaq; poſt hæc ab omnibus receptus, in Boiemiam cum Alberto
Bojo proficiſcitur, neptẽ illi ſuam connubo jungit, cum qua Albertus in Boja-
riã redit Monachium &c. Hæc Aventinus: ac poſt multa demum anno Chriſti
1378. 3. Cal. Decemb. Imperatorẽ Carolum 4. mortẽ obiiſſe tradit tribus filiis re-
lictis, VVenceslao Cæſare deſignato ac rege Boiemiæ, Sigiſmundo Brandenbur-
genſe, rege Vngariæ, & Ioãne Gœrlitz. Deinde ſic pergit: Legẽ de Comitiis Cæſa-
reis habendis quam rogationem Carolinam, & aureã Bullam nuncupant, tulit,
promulgavit. Et ut annalium ſcriptores paſſim notant, & adhuc malè audit, ſa-
cerdotum furorẽ alioqui intolerabilem illis inſerviendo magis inſtigavit, illorũ
licentiæ immodicæ non ſolum aperuit viam, ſed etiam ſtravit. Libertatem Ger-
manam, maieſtatem Imperii Romani, populi victoris gentium fortunã, Chri-
C ſtianã ſimplicitatem hoſtibus re'pub. prodidit. Eã lege Romæ conſecratus eſt ut
continuò Italia excederet, nec eam abſque mandato Romani Pontificis adiret:
Galliã Narbonenſem quam Viennæ principatum, Delphinatum, regnum Are-
latenſe vocamus, ab Imperio abalienavit, Ioanni ſororis ſuæ marito eiuſq; filio
Carolo 5. regibus occidentalis Franciæ tribuit: Sigiſmundus filius eius qui pòſt
rerũ potitus eſt, approbavit. Diploma in bibliotheca Pariſiorũ ampliſſima quæ
in templo ſuburbano Divo Victori dedicato extat, legi anno ab hinc IIXX. dũ
Lutetiæ philoſophiæ operã navabam. Sed ad Carolum redeo. Idem Septemviris
cõplura pollicitus eſt: & cùm ſoluendo non eſſet, vectigalia Imperii nervos Rei-
pub. illis diſtribuit. Imperium alioquin in ruinã pronum, peſſum dedit. Gerlaco
epiſcopo Moguntino cuius ſuffragio adverſus Ludovicum rebus impoſitus eſt,
egregiam ſanè gratiam retulit. Pontificem Pragenſem archimyſtam creavit, re-
D gemq; Boiomiæ inaugurari ab eo conſtituit, quod munus hactenus archimyſtæ
Moguntini fuerat. Contra auſpicia & interceſſiones, adverſus leges avitas & pa-
trias, contra morẽ majorem novo, inaudito & peſſimo exemplo Imperium ſibi
primùm, deinde filio VVenceslao mercatus eſt. Quæ omnia quàm cordi fuerint
Deo immortali, hodiernus probat exitus. Boiemiam genitale ſolum quod tol-
lere voluit, perdidit: templa everſa, monaſteria incenſa, monachi, myſtæ, ſacer-
dotes cõtrucidati, ſacratæ fœminæ exactæ ſunt. Regio Germaniæ opulentiſſima
in meditullio eius ſita diſſenſionibus inteſtinis adhuc laborat & atteritur. Inco-
læ diverſi religione ſunt, pars Teutonas, pars Huſſios, alii Iudæos, alii Pictonas
ſequuntur. Nobiles, cives invicem ſæviunt diſcordia domeſtica, mutuis vulneri-
bus ſeſe debilitant, aliena ope egent, externo ſuſtentantur auxilio, adeo ut ultrà
è corpore ſuo atque indigenam regem creare nec valeant, nec audeant: id quòd
& cæteris Germanis niſi caverint (vanus ſim precor augur) eveniet. Hactenus
Aventinus de Carolo 4. ac paſſim eadem memerant auctorum graviſſimi qui-
que tam veterum quàm recentium.

Sanè

Sanè parum integra fide Imperium ambiuiſſe Carolum teſtis etiam eſt Albertus Argentinenſis chronographus eiuſdem ſeculi, cuius verba referre operæpretium eſt. Eiſdem diebus inquit, Ioannes rex Boiemiæ & Carolus Marchio Moraviæ filius eius fuerunt in curia, de oppreſſione Ludovici Principis & de promotione Caroli cogitantes &c. ac poſtea. Poſt hæc proviſus Moguntinus de Naſſovve, ad villã Renſs ſuper Rhenum, ad feriã 4. poſt Margarethæ, ſub anno Domini 1346. ad eligendum Regem Principes convocavit. ubi convenientes Baldevvinus Lutzelburg Treverenſis, VValderamus de Iuliaco Colonienſis, item Gerlacus de Naſſovve noviter proviſus Moguntinenſis archiepiſcopi, item Rudolphus Dux Saxoniæ, & Ioannes rex Boiemiæ, & Imperium diu vacaſſe decernentes, prædictum Carorum Marchionem Moraviæ in Regem elegerunt Romanum: pro quo prædicti Coloniẽſis & Dux Saxoniæ magna pecunia ſunt corrupti. Hęc ille. Scriptor etiam antiquus rerum a Baldevvino Treverorum 92. pontifice geſtarũ lib. 3. cap. 8. perhibet, iſtos Principes apud Renſe conventu indicto Clementis 6. Papæ decreta adverſus Ludovicum Auguſtũ promulgata laudaſſe, ac proinde Regem alium dixiſſe Carolum: uti & Trittenhemius Hirſaug. Chron. iſta ex ſententia Romani põtificis qui Luodovico Imperium abrogaverat, facta eſſe teſtatur, cæterùm reliquos Principes ac omnes pene civitates Imperii Ludovico uſque ad extremum fatum conſtanter adhæſiſſe, ſuffectosq; illi alios reges contra Carolum uti antea cõmemoratum eſt. Ludovico mortuo cùm rex Anglius Imperiũ renuiſſet, Marchio quoque Miſniæ pecunia à Carolo accepta ceſſionẽ regii nominis feciſſet, illos Septemuiros qui Guntherũ Regem dixere conventu habito decreviſſe proditur Imperium his potiſſimũ de cauſis vacare, quòd Carolus vivo Ludovico Aug contra jus faſq; ac Imperii majeſtatem Cæſar. dictus, deinde quæſtus gratia regi occidentalis Franciæ militaſſet, Imperium quod deſeruerat, poſtremùm pretio cõparare inſtituiſſet &c. Onuphrius Carolũ in ſchiſmate creatum dicit, & à Ludovici Aug. obitu ìnterregnum computat, menſium penè ſedecim: nam Edoardus rex Anglius anno Chri. 1348. Cæſar electus non iniit: quamobrem Guntherus ſequente anno 1349. creatus, ſemeſtri propemodũ regnavit. Hunc ſe non aliter regium nomen admiſſurum Principes admonuiſſe legitur, & refert Nauclerus, quàm ſi Cæſareis comitiis prius decerneretur Imperium capite orbum vacare: quamobrem tali Principũ decreto ante promulgato ipſe ritè Rex creatus eſt: nec diu pòſt adverſa valetudine aut etiam veneno affectus quod medicum Fridancum aiunt præbuiſſe, de relinquendo Regno pro magna pecuniæ ſumma cum Carolo pepigit ut dictum eſt. Carolus tandem anno Chri. 1355. die Paſchæ Romæ coronatus, Onuphrio teſte, idq; quemadmodũ Iacobus VVimphelingius Epitomes rerum Germanicarum cap. 45. refert, Innocẽtio 6. Pontifice Max. per duos Cardinales fieri permittente, tali tamen conditione uti neq; Romæ neq; in Italia diutius moraretur. Qua de re Franciſcus Petrarcha Carolũ ipſum hoc modo literis affatus eſt. Neſcio quid Romano Pontifici pollicitus jureiurando interpoſito quaſi muro valido ſeu monte invio Romanę urbis aditu prohiberis. Quænã iſta ſuperbia eſt principem Romanum publicæ libertatis auctorem libertate privare, ut cuius eſſe debent omnia, ipſe non ſit ſuus? Ioãnes Baptiſta Egnatius Carolum Boëmiæ ſuæ quàm Germanis aut Italis conſultum maluiſſe ſcribit: & Imperii inquit, majeſtatẽ adeo neglexit, ut coronam tantæ Majeſtatis auctoramentũ turpiſſima pactione acceperit ab Innocentio, qua cautum erat expreſsè, ut ab acceptis inſignibus confeſtim Italia abſcederet, &c. Aeneas Sylvius hiſtor. Bohem. cap. 33. diſertè teſtatur Carolum Bohemici regni gloriã magis quàm Romani Imperii quæſiviſſe: cùm virtute non poſſet,

pretio

A prætio atque pecunia filium Cæſarem creari effeciſſe, perpetuo Imperii malo, unde Romana poteſtas ad nihilum redacta ſit, nec poſthac extollere caput imperium potuerit.

Acta Caroli Cæſaris, patriſq; eius Ioannis Boihemiæ regis, Baldovini etiam patrui Treverenſis archiepiſcopi, præſertim quod impotenti ambitione ſtudioq; rerum privatarum nempe regni Boihemici ſuiq; generis tollendi, majeſtatem Imperii Romani maximopere diminuerint, nec admodũ religioni habuerint adverſus exiſtimationẽ & inſtituta parentis eorum glorioſiſſimi principis Henrici 7. Imp. Aug. adverſus fidem quoq; ſuã jurejurando aliquoties obſtrictã Ludovico Cæſari, nec non contra morẽ majorem, & haudquaquã ex dignitate nationis Germanicæ de adipiſcendo regno Romano, deq; relinquenda Italia paciſci cum B Papa qui tum Avenionis intra fines & in ditione regis Gallorum habitabat, alieno pene imperio premebatur, ipſe ab Italia procul aberat, deinde tot artibus, tanta pecunia, tot pollicitis ſacroſanctum Imperium Romanũ comparare, emptũ poſtremò negligere vel diſſipare, hæc inquã omnia quorũ teſtes ſunt eruditiſſimi ſummiq; ac cõſultiſſimi homines, de quib. etiã præſentiũ rerũ argumẽta publicè ſuperſunt, prodigioſum exitiũ & admirabilis pernicies interitusq; totius familiæ Lutzenburgicæ totius poſteritatis D. Henrici 7. Imperatoris Auguſti excepit. Ioannes Boihemiæ rex Imp. Henrici filius, cæcus, & in acie mercenaria militia vitam amiſit. Carolus eodem prælio turpi fuga, mox ad Leodium cruenta ſuorũ ſtrage, dein paſſim per urbes Germaniæ ſumma ignominia, poſtremò maximis ſumptibus, infinito labore Regni auſpicia redemit. In uxoribus infœlix, in liberis infœlicior fuit. VVenceslaò eius fratre germano Lutzenburgenſe Duce nemo C calamitoſior. Is hec alteris nuptiis prolẽ nactus eſt. Bellis propemodũ continuis vexatus, ſemper victus, tandem etiam à Iuliacenſe dynaſta prælio captus, & in vinculis habitus ægrè admodum, ſed fratris tamen Caroli Imp. auctoritate liberatus, poſtremò gravi ære alieno, valetudine adverſa, lepræ teterrimo morbo totam cutẽ poſſidente oppreſſus, amicis domeſticiſq; ac ſibiipſi moleſtus, abſumpto corpore, animo valente mortem oppetiit anno Chriſti 1383. Fratrem alterum Carolus habuit Ioannem Henricum Moraviæ Marchionem, qui Margarethæ Maulthaſchiæ Tyrolliorum Dominæ maritus, at ab eadem accuſatus impotentiæ quòd liberis operam dare non poſſet, judicio pontificali repudiatus, uxoreq; ac principatu ſimul deſtitutus eſt. Quanquam filius eius fuiſſe prodatur Iodocus Cæſar poſt Rupertum creatus: quem tamen alii Carolo quarto Imp. genitũ tradunt, at priũſquam Cæſareæ dignitatis inſignia capeſceret, abſque liberis fato D præceptum conſtat anno Chriſti 1411. Sed & filia Ioannis, Caroli filii fuit Elizabetha Goerlitzia, quam VVenceslaus Rex Romanorum Antonio Brabantiæ Duci collocavit circa Chriſti annũ 1409. altero vero matrimonio Ioannem Palatinum Comitem Rheni, Bavariæ Ducem, Hollandiæ Comite natum maritũ habuiſſe, ſed utriſq; nuptiis ſterilem, & deinde longa viduitate, graviſſimis bellis, popularium rebellione, amiſſo Lutzelburgenſe Ducatu quem Burgundiæ Duci concedere neceſſe habuit, certis ſaltem alimentis annua pecunia ſibi retẽta miſeram admodum vitam duxiſſe non obſcurum, adeo quidem ut extremis annis in urbe Treveri privatim egerit, ob æs alienum ab eccleſiaſtica communione abdicata fuerit, fideque publica Senatus huius civitatis donec viveret uſque ad annum Chri. 1450. inſuper ſemeſtri ſpatio poſt mortem, quod in pactis nominatim cautum erat, adverſus creditores uſa ſit. VVenceslaus Rex, Caroli filius naſcendo matrẽ interemit, ſegni indole, pravo corpore, regni calamitas habitus, ter fœdè captus, Cæſarea dignitate potitus & deſtitutus pari cum ignominia, ſolati-

Digitized by Google

um mortis habuit exitũ patriæ. Sigiſmundus Imp. frater eius vitam laborioſiſ- A
ſimam egit, frequentibus bellis infœlix ferè perpetuò, ſemel etiam ab hoſtibus
captus, & in poteſtatem mulierculæ cuius maritum ſupplicio capitis affecerat,
traditus, fœmineum vitæ atq; necis arbitrium pertulit. Vxorem primam ſterilem
habuit, alteram vnicæ filiæ matrem ad impudicam turpi & anili libidine: filia-
que Sigiſmundi quanquam ex Alberto Cæſare filium ediderit, tamen & mari-
tum haud diu ſuperſtitem habuit, & filius necdum penè pubes præcoci fato rap-
tus eſt. Ita Caroli 4. Imp. Romani & Ioannis Boihemiæ Regis comitisq; Lutzel-
burgenſis tota ſtirps intra centeſimum ferè annum penitus interiit. Hæc quidem
breviter. At ſi omnes eiuſdẽ familiæ clades adverſi Numinis & inauſpicatò ad-
epti geſtique Cæſarei nominis indicia commemorare quiſquam annitatur, ilias
malorum fiat. Neque nunc vacat exactius Lutzelburgicum Henrici 7. & Caro- B
li 4. Imperatorum genus perſequi, nec idipſum neceſſe eſt, cùm pernicies eius
exitialis & prodigioſus interitus nota res ſit.

,, Ob conſtitutionẽ quæ vocatur Aurea bulla, Carolus potiſſimè cõmendatur.
Ea veluti extat, partim edita Norinbergæ eſt anno Chri. 1356. die 9. Ianuarii, par-
tim poſtea Metis eodem anno, ſed die natali Chriſti, 24. Decemb. quamobrẽ va-
rie tradunt ſcriptores alii Auream bullam Norinbergę promulgatam, alii Metis.
Et quæ vulgo impreſſa ſunt exemplaria, recenter iſthoc modo conſarcinata pa-
tet ex verbis ipſis circa medium, ubi leges in Metenſibus comitiis latæ ſubnectun-
tur tanquam à Carolo pridem vita functo ſtatutæ: quamobrem mirum non eſt
An.C. omnia admodum eſſe mendoſa, veluti etiam vetuſti codices tempore Caroli ex-
1376. arati arguunt. An. Chri. 1376. VVenceslaus Caroli filius appellatus eſt Rex Ro-
manorum, paterq; Carolus anno tertio poſt obiit. Pecunia VVenceslao nomen C
,, Regis comparatum in ſuperioribus ex Aenea Sylvio conſtat, idemq; paſſim con-
,, firmant ſcriptores alii Carolum iſta de cauſa deplumaſſe Aquilam, eviſceraſſe
,, Imperium, nervos Reipubl. conſcidiſſe, ac eiuſmodi multa parum cõmoda vul-
,, gò memorantur & nota ſunt. Cunoni etiã Treverorum põtifici nominatim in-
gentẽ pecuniæ vim ſolviſſe in annalibus Agrippinenſium proditur: cæterùm nõ
perinde omnibus conſtat. ideoq; pretium operæ eſt referre, & Carolum patrẽ &
VVenceslaum filium eidem Cunoni Treverorũ archiepiſcopò tum præpotenti
inſuper ſeſe ſolenni pacto veluti jurejurando obſtrinxiſſe, nec Imperii Romani
Regnive, nec ullius principatus aut dominationis vel alia quacunque cauſæ bel-
lũ contentionemve moturos ipſi Cunoni aut eius ſucceſſoribus, aut Treverenſi
epiſcopatui neq; etiam hoſtibus aut inimicis illius opem ullã conſiliumve præ-
bituros: quin potius ipſi Cunoni in omnibus eius bellis & controverſiis adverſus D
quoſcunq; laturos auxilium, defenſoresq; futuros: ſalvis tamen pactis antiquio-
ribus de Lutzenburgenſi ditione confectis. Eodem modo promiſere in futurum
haudquaquam fas ipſis fore ſuo vel alieno nomine cum Treverorum aliave qua
civitate, vel oppido ipſius Cunonis & epiſcopatus illius, quæve horum ipſe loco
pignoris teneat, fœdus aliquod contrahere vel iiſdẽ civitatibus oppidiſq; liberta-
tes ullave privilegia tribuere aut confirmare præter manifeſtum conſenſum &
voluntatẽ ipſius Cunonis eiuſq; ſucceſſorum: quæq; vel ab eodem Carolo atq;
VVenceslao, vel à ſuperioribus Augg & Cæſaribus olim conceſſa fuiſſent ea ipſi
iſthac conventione irrita nullaque eſſe ſtatuerunt quatenus Cunoni aut illius e-
piſcopatui adverſarentur. Hæc nimirũ quo VVenceslao jam tum primũ puberta-
tis annũ ingredienti, contra morẽ majorũ, Pontifice quoq; Romano refragante
Regnũ acquireretur, cum tanta imminutione Majeſtatis Imperatoriæ Regiæq;
pacta fuiſſe liquet ex ipſo tempore quo confectæ ſunt iſtiuſmodi tabulæ: ſiquidẽ
Caroli

A Caroli de hoc diploma datum eſt Moguntiaci anno Chri. 1374. die divi Martini
feſto, regni eius XXIX. imperii XX. VVenceslai verò exaratum fuit Aquiſgra-
ni anno Chri. 1376. ipſa die Kiliani (8. Iulii) regni eius Romani primo jam tum in-
cipiente. Nam eodem tempore atque anno ſalutis 1376. cùm die 2. Iunii Carolus
Imp. Cunoni archiepiſcopo Treverorum Bacharaci privilegiorum libellum ſeu
Regalia uti vocant, in ampliſſima vel potius exorbitante forma conceſſiſſet, quę
nimirum vice ipſius Cunonis per Galliam archicancellarii recognita nuper pro-
diere, cumq; mox eiuſdem menſis die 12. Rex appellatus fuiſſet VVenceslaus, is
Francofurto dein ad Aquasgraneas profectus, ibi menſe Iulio ineunte coronat⁹
eſt à Friderico archiepiſcopo Colonienſium, quem in eorundem annalibus iſt-
hoc ſaltem nomine aureorum nummorum XL. millia tuliſſe proditur. In iiſdē
B annalibus perſcriptum & obiter ob exemplū referre haud abs re eſt, Caroli Imp.
eadem tempeſtate tantam iniquitatem fuiſſe adverſus Agrippinenſes, ut in gra-
tiam archiepiſcopi illorum Friderici, nulla juris æquitatiſve defenſione admiſſa,
civitatem Coloniam proſcripſerit, obſideri atque graviſſimo bello affligi per-
miſerit: quod anno Chr. 1376. accidit VVenceslao regnum ineunte: quamobrē
Colonienſes cum Imperator ius negaret, à Pontifice Romano impetrarunt ut e-
piſcopo ipſorum ſacris interdiceretur. Adeo nihil non indulſit Carolus quibus-
dam epiſcopis, [illegible] quo vel oppreſſa neglectave iuſtitia Majeſtateq; Imperii corruptis
illorū ſuffragiis filius Romanorum Rex diceretur. Niſi fortè obſtringi jurejuran-
do Imperatorem Cæſaremq; Romanum Treverenſi archimyſtæ Cunoni, ne vel
ipſius ſacroſancti Imperii, vel ulla alia de cauſa ipſi adverſari audeat, inſuper Cu-
noni in omnibus controverſiis ope ſua præſto eſſe teneatur, præter ullam æqui
C bonique vel juris aut honeſtatis exceptionem, longe gravius eſt quàm ut abſque
ſuſpicione obreptionis in publicum efferri queat. Sed hæc hactenus.

VVenceslao poſtea Chri. anno 1400. Imperium abrogatum, moxq; Rupertus
Comes Palatinus Rheni Rex ſuffectus eſt. Is regni anno 10. Chriſti 1410. cum
obiiſſet & Principes electores eapropter Francofordiæ conventum agerent, Mo-
guntinus atque Agrippinenſis archimyſtæ (verba hæc ſunt Aventini annal. Boi.
lib. 7. quæ referre intereſt) Iudocum Brandenburgenſis atque Moravici limitis
præfectum, filium Ioannis, Treverorum verò pontifex & Ludovicus præfectus
Prætorio Rheni filius Ruperti Cæſaris, Sigiſmundū regem Vgrorū rebus impo-
nunt. Fuere itaque ea tempeſtate tres Cæſares, VVenceslaus rex Bojemiæ, fra-
ter eius Sigiſmundus rex Vngariæ & horum patruelis Iudocus, omnes pronepo-
tes D.N. Imp. Henrici ſeptimi Cæſaris Aug. Et pòſt Iudocus dum Francofurdiam
D petere parat, abſque liberis moritur, Brunnæ ſepelitur: Brandoburgium ad Si-
giſmundum, Moravia ad VVenceslaum redit. Et Francofordiæ rurſus Septemui-
ri coeunt. Sigiſmundum denuo Cæſarē conſalutant. Sic Avent: quę eius rei cau-
ſa potiſſimum citare opus fuit, ut intelligatur VVenceslaum etiā poſt abroga-
tionem Imperii pro Cæſare ſeſe geſſiſſe: quamobrem & in diplomatibus initio
regni Sigiſmundi datis, ipſe Romanorum & Boihemiæ regem ſe nuncupat &
anno Chri. 1411. regni ſui Romani annum 36. numerat. Richard VVaſſenb. in
antiquit. Gall. Belg. multis commemorat Gallos ſeu Francos occidentales Ru-
pertum pro rege non habuiſſe, ſed VVenceslaum, ideoque fœdus Ruperti tan-
quam regis ex veteri conſuetudine non initum. In annalibus Agrippinenſium
proditur, Rupertum Cæſarem ſexto demum anno Aquiſgrani pro rege ſuſcep-
tum, quòd illa civitas exemplo VVilhelmi Geldriæ Iuliæque ducis in fide
VVenceslai Cæſaris manebat. Iacobus Mejerus annalium Flandriæ lib. [illegible] in an-
no Chri. 1409. ſcribit, Antonio Brabantiæ Duci nupſiſſe Eliſabetham VVen-

Digitized by Google

ceslai & Sigiſmundi regum neptem, Ioannisq; Ducis Gorlicienſis &c. filiam: & his inquit, datus à VVenceslao Cæſare Ducatus Lucenburgenſis, comitatus Chiniacus, & tutela Elſatiæ pro centum milibus aureorum Bremenſium. Robertus Bavarus alter tunc Cæſar (nam & ſchiſma inter Cæſares erat) conatus eſt in concilio Piſano impedire & ſubvertere hoc matrimonium, inimicus ſcilicet VVenceslai ac Brabantini, ſed totus labor eius cecidit irritus: Hæc ille. Atque adeo manifeſtum eſt VVenceslaum haud depoſuiſſe amiſiſſeve omnino nomen Cæſaris, nec defuiſſe qui in partibus eius tametſi à Principibus Electoribus deſtituti, hærerent. Obiit tandem anno Chriſti 1419. Sigiſmundus Cæſar Aquiſgrani coronatus eſt anno Chri. 1414. menſe Novembri, ut in annalibus Agrippinenſium exactè traditur, etſi Onuphrius annum ſequentem poſuit. Idem indicat anno Chri. 1431. 7. Cal. Decemb. Sigiſmundum Mediolani regem Longobardiæ, proximoque anno. 15. Cal. Iunii Romæ ab Eugenio 4. Papa coronatum: idque rectius cenſet Pantaleo, quanquam chron. Her. tradatur anno Chr. 1433. prima die Cal. Iunii Romæ coronam Sigiſmundo impoſiitam. At in hoc utrique adverſantur diplomata Sigiſmundi menſe Aprili & Decembri anno Chri. 1434. Regni eius Romani 24. Imperii primo data, quæ manifeſtè docent ipſum anno Chri. 143. pridie Cal. Iunii Romæ coronatum, uti Her. chronicon habet: & diem eandem notat VVimphelingius in epitome rerum Germanicarum: præterquam quod in chronicis tum Colonienſium, tum aliorum anno Chri. 1432. in Italiam profectum Sigiſmundum coronæ ſumendæ gratia traditur: unde liquet eodem anno Mediolani, & poſt ſemeſtre ſequente anno Romæ coronatum, ut Onuphrii calculus apud Mercatorem uno anno fidem inſtrumentorum aliosq; ſcriptores præcedat. Fato functus eſt Sigiſmundus Imp. an- anno Chri. 1437. Succeſſit Albertus 2. Cæſar: ſed anno altero necdum impleto mortem obiit. Itaque Chriſti. anno 1440. menſe Ianuario Fridericus tertius rex appellatus Francofurti, & anno tertio poſt die 17. Iunii Aquiſgraneis coronatus eſt. Romam etſi maturius proficiſci inſtituiſſet, anno tamen Chri. 1452. demum pervenit, atque ibi tum coronam ſumpſit a Nicolao quinto Papa, menſe Martio, ſicuti præter alios indicat Munſterus: & hoc eodem anno notat Palmerius Piſanus. Epiſtolæ quoque ac diplomata Friderici Auguſti docent ab illo tempore annos Imperii ſui ipſum numeraſſe: quanquam coronatum eum Romæ Mercator ex Onuphrio tranſcripſit anno Chri. 14.1. 16. Calend. April. quod verum eſſe non poteſt, ſiquidem ex edictis ipſius Friderici conſtat; cum anno regni ſui 12. menſe Novembri demum in Italiam profectum, quod in annum Chriſti 1451. exeuntem incidit. Deinde Chriſti anno 1486 die 16. Februar. Maximilianus eius filius Francofurti in Regem Romanorum electus, & mox 7. Calend. Martii ut Onuphrius, vel 5. Id. April. ut alii annotarunt, Aquiſgrani coronatus eſt. Obiit Fridericus Imp. anno Chri. 1493. die 19. menſis Auguſti: atque ſic deinceps Maximilianus Cæſar ſolus nec à Pontifice Romano coronatus regnavit uſque ad annum Chriſti 1519. quo de vita exceſſit, die 12. Ianuarii, Secutum interregnum menſium fere ſex: nam eodem anno Chriſti, 4. Calend. Auguſti Carolus quintus Rex Romanorum dictus eſt abſens in Hiſpania: proximoque anno Chri. 1520. menſe Majo in Germaniam venit, & menſe Octobr. Aquiſgraneis, anno autem Chri. 1530. menſe Martio Bononiæ coronatus eſt, primùm Longobardiæ rex, ac poſt dies paucos Imp. Rom. Anno ſequente Chri. 1531. menſe Ianuario D. Ferdinandus Caroli Imperatoris frater Rex Romanorum dictus eſt Agrippinæ Coloniæ: breviq; poſt Aquiſgrani coronam ſumpſit Carolus deinde Chri. anno 1558. menſe Septemb. apud Hiſpanos obiit, cùm priùs eodem anno,

menſe

Digitized by Google

A menſe Febr. Francofurti Imperium per legatos Principibus Electoribus reſignaſ-
ſet, eorumq; conſilio tranſtuliſſet in fratrem Ferdinandum Cæſarẽ, quem mox
ſequente menſe Martio Septemuiri Auguſtum ſalutarunt. Demum anno Chri.
1562. menſe Novemb. D. N. Maximilianus ſecundus Ferdinandi Auguſti F. Rex
Romanorum creatus Francofurti, & ibidem ſexto die poſt coronatus eſt: pa-
treque Divo Ferdinando Auguſto Chriſti anno 1564. menſe Iulio è vivis dece-
dente, ſolus inde rerum potitur, pius, fœlix, inclytus, pacificus, cui ſalus vita &
victoria.

PARS XV.

B CATALOGO Imperatorum ac Cæſarum breviter ex-
pedito, Treverorum pontifices eodem modo perſtrin-
gere de cætero conveniet. Ordo horum in ſuperioribus
ad Ioannem primum qui 86. archiepiſcopus cenſetur,
perductus fuit: quæque ante ipſum toto ſeptennio per-
niciosiſſima diſſidia Treverenſem eccleſiam pene peſ-
ſum dederint, paucis explicatum eſt. Ioannes igitur an-
no Chri. 1190. quo Fridericus Ahenobarbus Imp. inte-
riit, epiſcopatum Treverorum ſuſcepit. Natum in ip-
ſa Treverorum Auguſta fertur, genere mediocri, & Imperialis aulæ Cancella-
rium fuiſſe traditur. Scriptorem rerum ab eo geſtarum eodem pene ſeculo vixiſ-
ſe apparet, tam exactè temporis illius formam, perſonas & caſus illuſtres, anno-
C næ atque etiam ecclipſium prodigia commemorat. Scheckmannus, hoc inquit
pontifice ut volunt, maior vel potius charior in dioeceſi Treverenſi nemo fuit.
Tres & XX. fere annos epiſcopatus exegit, in univerſum turbulentis Imperii
Romani temporibus ob Henrici 6. Philippique ac Ottonis quarti & Friderici 2.
Impp. Regumque fatales caſus & graviſſima diſſidia, quemadmodum recen-
ſendis Auguſtis in ſuperioribus breviter & graphicè ex Aventino & Vrſpergenſe
commemoratum eſt. Siquidem ab anno ultimo Friderici primi, ad annum ferè
primum Friderici ſecundi, nimirum quo is coronam Aquiſgrani ſumpſit, pon-
tificatu Treverorum potitus eſt Ioannes. Ea tempeſtate quod primum omnium
ex ſcriptore rerum eius referre intereſt, VValramus Henrici Ducis Lemburgen-
ſis filius, Irmenſidis Comitiſſæ de Lutzelenburgo quæ primis nuptiis Theobal-
do Comiti Barenſi iuncta fuerat, poſterior maritus, pacẽ bonã (verba ipſa vetuſti
D auctoris ſunt) diebus ſuis fecit in territorio Treverenſi, ubi ſpectabilis & per cun-
cta cõmodabilis quantũ ad ſecularia. Et is Regi Ottoni ſemel reconciliatus, cum
eo fuit cunctis diebus. Sic ille: ac fratrem inſuper Ottonis & partium eiuſdem
memorat Henricũ Comitẽ Palatinũ Rheni, ſeu ut in aliis codicibus ſcribitur Pa-
lẽtinũ, qui ad inferiora Moſellæ tractũ quendã ditione tenebat ubi Turunũ ca-
ſtrum, uti Philippus Rex in Agrippinenſi dioeceſi Landeſcrone tunc condidit.
Atque huius Henrici Palentini Comitis Rheni mentio fiet in ſequentibus. Ita re-
gum Philippi & Ottonis factionibus infeſta tum regio Moſellana potiſſimũ fuit,
quod ſcriptores communiter tradunt. quanquam ſuppreſſis vel forſitã ignora-
tis cauſis. Innocentium deniq; tertium. Pontificem Rom. Philippo ſumma vi
reſtitiſſe, Ottonem omni ope foviſſe pariter apud omnes cõſtat. Inter hæc Ioan-
nes quoq; Treverorum præſul rebus Ottonis vel ſponte ſua, vel ex arbitrio Ro-
mani Pontificis ſtuduit, quod non modo citati priùs auctores plurimi teſtati
ſunt, ſed & ſcriptor rerum Ioannis apertè confirmat. Eius ipſa pene verba brevi-

Digitized by Google

ter quantum ad formā temporum & res Ioannis indicandas pertinent, ex ordine A
referre conveniet. Sunt autem huiuſmodi. Anno 1190. regimen Trever. eccleſiæ
ſuſcepit Ioannes Cancellarius. Et repropitiatus eſt Dominus terræ poſt hæc. Cu-
ius pallium cum à clemente Papa reciperet Hermānus Abbas Clauſtri (Himel-
rode) exclamaſſe dicitur & dixiſſe. Benedictus ſit Deus, hodie deletum eſt chyro-
graphum maledictionis noſtræ. Sciſcitante Papa quid hoc eſſet, reſpondit,
quòd beata Hildegardis prædixiſſet coronam Trevericæ dignitatis dejectam ja-
cere debere ſeptem annis: & illam diem æſtimabat ultimam eſſe illius infœlicis
ſeptennii. Quæ Hildegardis cum præſentialiter clerum Treverenſem culparet
pro peccatis, & quidam dicerent ei, domina quod eſt peccatum noſtrum? quid
fecimus, ipſa memorabile verbum intulit, dicens: Spiritus ſanctus non confun-
ditur. Itaque Ioannes accepto epiſcopatu prudenter ſe agebat, prudentia magis B
quàm poteſtate epiſcopatum ſuum regere inſtituens, eo quòd terra pauper &
ſterilis eſſet, & bella ferre non valeret. Captus tamen à Friderico Comite Vien-
nenſe & cuſtodiæ mancipatus eſt. Vnde permotus Henricus Palatinus Comes
Rheni, dixit ſe & ſua exponere ſe velle ad liberationem domini ſui. Ipſo igitur &
aliis potentibus ad bellum ſe parantibus, Comes epiſcopum dimiſit tranſactio-
ne interveniente. Pergit deinde regum Philippi & Ottonis referre ſucceſſus: &
pòſt: Tertio, inquit, Aquaſgrani venit Philippus, ſolennem ibi curiam habitu-
rus, & uxorem ſuam coronaturus. Ad quam curiam Ioannes Trever. archiepiſ-
copus vocatus fuerat, viam arripuerat, ſed præ timore Apoſtolici pervenire non
audebat. Corruit igitur in via, vel potiùs corruiſſe ſe fecit, & remanſit apud Mo-
naſterium, quaſi confractus & ſanguinem ſpuens. Quod factum cum audiret
Papa, dixiſſe dicitur, Fœlix ille caſus. Et poſt alia. De incendiis, cædibus & depræ- C
dationibus quæ factæ ſunt in regionibus per iſta tempora, dignè loqui non ſuf-
ficimus, nec etiam ſunt óperis huius. Inter tot turbines, inter tantas rerum varie-
tates Ioannes archiepiſcopus tam mirabili calliditate, & tam ingenioſa circum-
ſpectione Treverorum rexit eccleſiam, ut non ſit nocitum neque in perſona ſua,
neque in terra ſua. Perplexus inter Legem & Regem, inter inſtantiam Inno-
centiii & Philippi potentiam, ita cautè ambulavit inter utramque ut nec iſtum
læderet, nec ab illo lædi poſſet. Vt ergo ad interiora redeamus, ipſe Gerlacum vi-
rum nobilem de Koverna pro eo quòd extra caſtrū ſuum aliud de novo extrux-
erat, cepit, & accepto in proprietatem caſtro dimiſit eum. caſtrum vero utrūq; in
feudum dimiſit ei. Romam deinde profectus eſt: unde reverſus deſtruxit caſtrum
quod Comes de Caſtris interim conſtruxerat in Berincaſtel. Poſt paucos annos
Comes Viandenſis caſtrū ædificare cœpit non longè à civitate, in Quintenberg, D
juxta fontem Milonis. Ioannes ergo collecto exercitu caſtrum obſedit: aliud ip-
ſe in proximo fonte ædificavit & ſic obſidionē ſolvit. Infra paucos dies per eius
induſtriā vino optimo ibidem per tabernarium expoſito, caſtellani ſeu ſervi Co-
mitis facti ſunt temulenti, eisque ſic ſoporatis caſtellani Epiſcopi caſtrū Comitis
invaſerunt & combuſſerunt. Quo facto Epiſcopus delevit & ſuum. Nec prætere-
undum videtur quòd in diebus eius civitas Conſtantinopolitana à Theutonicis
& Francis capta eſt, anno videlicet epiſcopatus eius XV. ſed Dominicæ Incarna-
tionis 1204. 2. Id. April. Tandem mors eius & ſepultura commemoratur, uti po-
ſtea referre conveniet: poſtremoq; ſequitur: Hæc ſunt capitula in quibus conti-
nentur omnia quæ venerabilis Treverorū archiepiſcopus Ioannes eccleſiæ Trev.
temporibus ſuis divina favente clementia conquiſivit. Notum ſit tam præſenti-
bus quam futuris, quòd Henricus Palentinus Comes Rheni qui filiam prædeceſ-
ſoris ſui Conradi Palentini Comitis legitimè duxerat, reſignavit beato Petro &
venera-

Digitized by Google

A venerabili Treverorũ archiepiſcopo Ioanni, die Paſchę in Curia epiſcopali apud
Treverim Advocantiã eiuſdẽ, cũ omnib. appendiciis tã feodatis quam non feo-
datis, nec non omnia annualia ſervitia quæ prædeceſſor ſuus ſupradictus habuit
in villis archiepiſcopi ſitis in pago qui Trechere alias Recherge dicitur, & in om-
nibus villis archiepiſcopi ſitis ſupra Moſellam: ſub tali forma, quòd idem Co-
mes Palatinus juravit ſuper clavum Domini & ſuper omnes reliquias in eadem
capſide contentas, quòd nec ipſe nec aliquis hæredum ſuorum eandẽ Advocatiã
& prædicta feoda unquam repeteret: Archiepiſcopus quoq; ſub pœna commu-
nicationis inhibuis, quod nec ipſe nec aliquis ſucceſſorum ſuorum prædictã Ad-
vocationem & eadẽ feoda in poſterum alicui hominũ infeodaret, niſi indignatio
nem Dei omnipotentis & ſententiam excommunicationis incurreret. Huis rei
B teſtes ſunt qui etiam eodem tempore præſentes aderant, Gerhardus Abbas Pru-
mienſis, Rudolphus major Præpoſitus, VVilhelmus maior Decanus & oẽs Ar-
chidiaconi, nec nõ quatuor Abbates eiuſdẽ civitatis, Fridericus Cantor, Conrad⁹
Cuſtos eccleſiæ Treverẽſis: laici quoq; Henricus Dux de Limburg, Simõ Comes
de Saraponte & frater eius, Henricus de Zuenbrucken, Conradus Comes Hirſu-
tus, Fridericus Comes de Vianne, Henricus Comes de Spanheim, Gerhardus Co-
mes de Veldentze, Volmarus Comes de caſtris, Vlricus Comes de Nurberg & fi-
lius eius Comes Gerhardus de Are, Everhardus de petra & frater eius VVarner⁹,
Gerlacus de Schvvartzenburg & frater eius, Hugo de Hunolſtein, Hugo de Ha-
gane & filius eius Theodericus, Rudolphus de Mailburg, VViricus de Numagen
& filii eius Thomas & Alexander, Fridericus de Kerpena, Theodericus de Bru-
che: Miniſteriales quoque Petrus de Marceto, Vdo de Eſch, Iacobus de Duna
C & frater eius Daniel, VVelhelmus de Helffenſtein, Henricus Leinherre, Nico
laus de Arram, Fridericus de Merle, Diethardus de Paffendorff, Henricus ju-
nior de Cœmeterio, VVilhelmus de Archa, Gotfridus de VVaildorff, Herman-
nus & Richardus de Palatio & quamplures alii, nec non univerſus tam clerus
quàm populus eiuſem civitatis. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis
1198. Idem archiepiſcopus acquiſivit caſtrum de Seine cum omnibus ſuis appen-
dicis à Comitibus Henrico & fratre ſuo Everhardo de Seine, ſolo viridario ex-
cepto quod eſt ſitum ante idem caſtrum. Et hæc collatio facta eſt à prædictis Co-
mitibus Coloniæ in palatio epiſcopali eodem die quo venerabilis Epiſcopus Io-
annes Dominum Brunonem in Colonia archiepiſcopum conſecravit, ſub hac
forma quòd ipſi & omnes eorum hæredes archiepiſcopo Ioanni & omnibus eius
ſucceſſoribus de eodem caſtro contra omnem hominem ſervient & auxiliũ fe-
D rent, ſalva tamen fide & honeſtate eorũ, ita videlicet ſi alicui ſpecialiori fide obli-
garẽtur quod nũc quãdiu guerra duraret, prædicti Comites archiepiſcopo caſtrũ
& turrim aſſignarent, & guerra finita archiepiſcopus eis reſtitueret: Archiepiſco-
pus verò & omnes ſui ſucceſſores in feodo concedent idem caſtrũ vicinori hæ-
redi ſive ſit maſculus ſive fœmina. Huius rei teſtes ſunt Colonienſis archiepiſco-
pus Bruno, Adolphus major Præpoſitus, Theodericus Præpoſitus ſanctorum
Apoſtolorũ, Theodericus Præpoſitus ſancti Gereonis. &c. Notũ ſit omnibus tã
præſenti quàm futuris, quòd Dominus Ioannes Treverorũ archiepiſcopus cum
Gerlaco de Iſenburg ſuper controverſia quæ vertebatur inter ipſos de ædificatiõ-
ne caſtri in Aldenburg ſub hac forma convenerunt: ita videlicet quòd præfatus
Gerlacus de Iſenburg proprietatẽ caſtri de Aldenburg & caſtri de Coverna infe-
rioris, domino Ioanni archiepiſcopo & eccleſiæ Trever. recognovit & præfatum
caſtrum Aldencurg liberaliter & abſolutè in manus eius aſſignavit & præte-
rea omnia bona proprietaria quæ idem Gerlacus in juriſdictione villæ de Co-

Digitized by Google

verna poſſedit, per manus videlicet uxoris & filiorum ſuorum archiepiſcopo & A
eccleſiæ Treverenſi in perpetuam contulit proprietatem. Quo facto dominus Ioannes archiepiſcopus de convenientia & delibarato conſilio fidelium ſuorum idem caſtrum de Aldenburg ſimul cum caſtro inferiori & omnibus bonis prædictis Gerlaco & eius filio ſeniori & hæredibus filii ſenioris feodali *jure* conceſſit, ſub ea tamen cōditionis forma, quòd prænominatus Gerlacus & hæres eius poſſidens illud feodum, domino Ioanni archiepiſcopo & eccleſiæ Treverenſi cōtra omnē hominē in eiſdem & de eiſdē caſtris fidelia obſequia præſtare debeant &c. idq; ſacramento ſolenni confirmaverunt. Quod ſi cōtigerit Dominū Treverenſem contra aliquem guerram inire cui Gerlacus & eius hæres prædictū feodum tenens ſalva inevitabili honeſtatis & neceſſitatis fide aſſiſtere non poſſit, caſtrum tamen cum turri in Aldenburg Domino Treverenſi aſſignabit, ut finita guerra ſæpedicto Gerlaco caſtrum reſtituat. Si autem, quod Deus avertat, inter Treve- B
renſem archiepiſcopum & Gerlacum vel eius hæredes lis & controverſia aliqua emerſerit, eo caſu ſuperius caſtrum & omnes illud inhabitantes neutri ipſorum præſidium vel auxilium conferent, vel damnum facient, idq; juramento firmaverunt &c. Sub prædicto etiā ſacramento à Gerlaco & eius filiis comprehenſum eſt quòd ſi ipſi morte præventi fuerint, & feodales hæredes non reliquerint, caſtra & omnia bona ſupradicta ad eccleſiā prædictā ſine omni impedimento libere revertentur. Adiectum eſt etiam ad robur firmius ſuperiorum, quod ſi Gerlacus & eius hæredes hæc infregerint, omne feodū quod ab ipſa eccleſia tenent Treverēſi, liberè ad eius archiepiſcopū revertentur. Præter hæc quæ ſupradicta ſunt fideliter promiſerunt præſtita fide in manus Domini Trever. archiepiſcopi Ioannis, Gotfridus Comes de Spanheim, Gerlacus Comes de Veldētz Gotfridus Comes de Virneburg & frater eius Fridericus, Reinboldus & Henricus de Ieſēburg, quôd C
ſi hæc à Gerlaco & ſuis hæredibus obſeruata nō fuerint, ipſi domino archiepiſcopo Treverēſi cōtra eoſdē conſiliū & auxiliū in omnibus præſtare nō omittent. Vt aūt hæc omnia quæ ſolenniter præordinata ſunt, firma & inconvulſa teneātur in perpetuū, præſens cautio præſentibus ſignaculis auctorabilibus ſignata refulget. Idē archiepiſcopus acquiſivit caſtrū Starckenburg ſupra Moſellā, à Comite Henrico de Spanheim, & caſtrum de Ham & medietatem caſtri Vre aliàs Vhren, &
„ mediotatem caſtri Clerevall. & decem manſos in Loinbach quæ omnia ipſe ec-
„ cleſiæ Trever. contulit, & ab archiepiſcopo in beneficio recepit. Huius rei teſtes
„ ſunt Fridericus Comes de Lyningen, Volramus Comes de Caſtris, Gerlacus
„ Comes de Veldētze, VValramus Comes de Naſſavv, Henricus Comes de Zuenbrucken, Theodericus Comes de VVidde, Henricus & Everhardus Comites de Seyne, Everhardus de Petra: Miniſteriales quoque Vdo de Eſch, Petrus de Mar- D
ceto, Iacobus de Dune & frater eius Daniel & alii quamplures. Idem archiepiſcopus conquiſivit à Godefrido Comite de Virnenburg & fratre eius Friderico idem caſtrum, cum omnibus ſuis appendiciis, quæ & ipſi Eccleſiæ Treverenſi contulerunt, & ab archiepiſcopo in beneficiū receperunt, ſub debito ligii hominii contra omnem hominē. Idem archiepiſcopus conquiſivit à Friderico Comite de Vienna ambo caſtra ſua in Dudelendorff & caſtrum ſuum in Garlant, quæ & ipſe eccleſiæ Treverenſi contulit, & ab archiepiſcopo in beneficium recepit. Idē archiepiſcopus conquiſivit à Conrado Comite de Kalovve caſtrum quod dicitur Entzenberg, quod ſitū eſt in pago qui dicitur Krechovv, epiſcopatu Spirenſi, iuxta villam quæ dicitur Portzheim: quam Eccleſiæ Treverenſi contulit & ab archiepiſcopo in beneficiū recepit. Acta ſunt hæc coram bonæ memoriæ Imp. Henrico, & Palatino Comite in caſtro juxta Spiram Germersheim. Idem ar-

Digitized by Google

A chiepiſcopus acquiſivit ab Everhardo de Petra & fratre ſuo VVernero idem caſtrum, quod & ipſi eccleſiæ Trever. contulerunt, & ab archiepiſcopo in beneficium receperunt ſub debito ligii hominii. Idem archiepiſcopus comparavit totũ allodiũ Theoderici Comitis de Hoynſtaden quod habuit in Kelberg quod & ipſe eccleſiæ Treverenſi contulit, & ab ipſo epiſcopo in beneficium recepit. Idẽ archiepiſcopus comparavit à Friderico Comite de Liningen totum allodium ſuum quod habuit in Adenair / quod & ipſe eccleſiæ Treveren. contulit, & ab archiepiſcopo in beneficium recepit. Idem archiepiſcopus cõparavit à Gerhardo Comite de Are villã quæ dicitur Boley cum omnibus ſuis appendiciis & hominibus ad eam pertinentibus: & villam quæ dicitur Dure juxta Cochme, cum omnibus ſuis appendiciis, quas ipſe eccleſiæ Treverenſi contulit, & ab archiepiſcopo in B beneficium recepit. Idem archiepiſcopus comparavit domum fortẽ apud Lonſtein quæ ſita eſt ſupra Lonam, quam VVernero de Brole ab eccleſia Treverenſi in feodo tenendã conceſſit. Idem archiepiſcopus comparavit domum & vineas in villa quæ dicitur Paffendorpff / quas Theoderico de Geirſtheich ab eccleſia Trever. in feodo tenendas conceſſit. Idem archiepiſcopus comparavit domos & vineas ultra pontem Treverenſem ſitas, quarum partem conceſſit Arnoldo de Rupe, & partem Arnoldo de Bren ab eccleſia Treveren. in feodo poſſidendas. Idem archiepiſcopus cõparavit veneas in Leſere & Cluſſart ſitas quas conceſſit Henrico de Eſch / ab eccleſia. Trever. in feodo poſſidendas. Idem archiepiſcopus concambuit terram in Bruchdorff / quam conceſſit Friderico de Heintzenberg ab eccleſia Trev. in feodo poſſidendam. Idem archiepiſcopus conquiſivit jus patronatus eccleſiæ parochialis in Andernach / & curiam ibidem ſitam, cum omnibus C ſuis appendiciis, vineis, agris, cenſu, decimatione & omnibus tam ad eccleſiam quàm ad curiam pertinentibus, quæ omnia liberè contulit ad uſus epiſcopales. Idem archiepiſcopus conquiſivit curiam in Nidernberg / cum omnibus ſuis appendiciis tam feodatis quàm nõ feodatis, ſcilicet agris, vineis, pratis, molendinis, aquarũ deductionibus, quæ omnia ad uſus contulit epiſcopales. Idem archiepiſcopus comparavit allodium in Duſenbach à Theoderico in Bruch / quod ei ab eccleſia Trever. in feodum tanendũ conceſſit. Idem archiepiſcopus cõquiſivit à Marſilio in Witlich partem decimæ in eadem villa tam in vineis quàm in agris, & de variis, quam ſe in feodo habere aſſerebat, & ad uſus epiſcopales liberè contulit. Idem archiepiſcopus comparavit allodium in Eubach & Lebach ab Alberto de Sirsberg / & fratre eius Rudolpho, quod & ipſi eccleſiæ Trev contulerunt, & ab archiepiſcopo in beneficium receperunt. Idem archiepiſ. de novo caſtrum D quoddam quod Grimburg appellatur conſtruxit, quod ſitum eſt in medio poſſeſſionum majorum & meliorum archiepiſcopatus, & ferè omnium eccleſiarũ in civitate Treverenſi ſitarum. Idem archipiſcopus turres & caſtra archiepiſcopatus reædificavit quæ deſerta & deſtructa invenit propter diſſenſionem & diſcordiam quæ per ſeptennium in eadẽ eccleſiæ duravit quando ipſe ſedem archiepiſcopalem eſt adeptus. Poſſeſſiones quoq; hinc inde diſtractas recuperavit: honeſtasq; domos epiſcopales Treveris juxta palatium, & confluentiæ conſtruxit. Idem archiepiſcopus contulit jus patronatus eccleſiæ de Offendinge, cum omni ſua decimatione & jure ad eam attinente, ad uſus fratrum majoris eccleſiæ & ſancti Paulini & Simeonis ad refectorium, eo modo & forma & ipſe qui præeſt refectorio, de conſilio majoris Decani & capituli eandẽ quolibet anno locet decimationem: prædicti quoque fratres in purificatione beatæ Virginis ſimul omnes in Majore eccleſia cum candelis ſuis conveniant, ibiq; feſtum Deo & beatæ Virgini devotè peragant. Ipſe verò magiſter refectorii prædictis fratribus ſervitium

Digitized by Google

tium dabit eodem die, aut pro redemtione ſervitii ſex den. Trev. de eadem deci-
matione cuilibet fratri qui præſens uſque ad conſummationem miſſæ fuerit: qui
autem ad conſummationē miſſæ non fuerit, nihil ei dabitur, quia penitus deme-
ruit, ſed totum quod ſuperfuerit, in uſus refectorii majoris eccleſiæ cedet: niſi qui
infirmi inventi in domibus ſuis fuerint. In die etiā Dedicationis Majoris eccleſiæ
quæ eſt in feſto Philippi & Iacobi, cum magna ſolēnitate & devotione conſecra-
vit & tunicam Domini cum magna reverentia & veneratione bonorum virorū
ipſo die in altare beati Petri repoſuit, anno videlicet ab incarnat. Domini 1196.
Omnes ſimul prædicti fratres ad eandem Dedicationem conveniant, ibiq; feſto
ſolenniter peracto, prædictus magiſter refectorii ſervitium prædictis fratribus
dabit, aut redimet ut ſuprà. In anniverſario quoque ipſius archiepiſcopi omnes
fratres prædicti in Majori eccleſia convenient, & Anniverſario devote peracto, B
ipſe magiſter refectorii ſervituim in refectorio prædictis fratribus dabit, vel redi-
met ut priùs. Decanus verò Majoris eccleſiæ cum conſilio Capituli & magiſtro
refectorii Vicariam prædictæ eccleſiæ locabit, ſalvo tamen jure archiepiſcopi &
archidiaconi, ita quòd ipſi vicario ſtipendium perpetuale & ſufficiens aſſignabi-
tur unde honeſtè poſſit ſuſtentari. Quicunq; verò hæc præmiſſa & à venerabili
Treverorum archiepiſcopo Ioanne præordinata infregerit, vel infringere atten-
taverit, indignationem Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli & ſenten-
tiam excōmunicationis ſe noverit incurſurū. Idem archiepiſcopus contulit jus
patronatus eccleſiæ de Perle, cum omni ſua decimatione & jure, ad uſus fratrum
Majoris eccleſiæ tantùm eo modo & forma quòd ipſe magiſter refectorii cū con-
ſilio majoris Decani & Capituli quolibet anno eandē decimationem locabit, &
de proventibus ipſius decimationis quandiu ſolutio eius durabit quando fratres C
in refectorio incipient comedere, panē eis adminiſtrabit. Decanus verò majoris
eccleſiæ cum conſilio ipſius capituli & magiſtrati refectorii Vicariā prędictæ ec-
cleſiæ perpetualiter locabit, ſalvo jure archiepiſcopi & archidiaconi, ipſiq; aſſig-
nabitur ſtipendium perpetuale unde honeſtè & competenter poſſit ſuſtentari.
Quicunq; verò hæc promiſſa & à venerabili Treverorum archiepiſcopo Ioanne
præordinata infregerit &c. ut ſuprà. Idem archiepiſcopus de ſuo proprio ordina-
vit quòd ſeptem ampullæ die ac nocte coram ſummo altari Majoris eccleſiæ de-
beant ardere. Quicunq; eleemoſinarius dominorū fuerit, reditibus ad 7. ampullas
illas appendentibus providebit, & oleum indeficiens adminiſtrabit. Idem archi-
epiſcopus conſecravit Capellā in curia epiſcopali Trever. ſitam, in honore beati
Stephani protomartyris & Nocolai & Thomæ martyris & Pontificis Cantuari-
enſis. Eandem quoque capellam dotavit hoc modo. Nam idem archiepiſcopus D
tres marcas Colonienſes de thelonio ſuo in Cardona annuatim fratribus Maio-
ris eccleſiæ aſſignavit, eo modo quòd cum conſilio Decani Maioris debent ſa-
cerdotem eligere, & illum ſtipendio unius præbendæ quæ dicitur Imbitz pręben-
da, de qua recipiet quicquid ad eam pertinet, inveſtire: præterea choro & refe-
ctorio ſicut alii fratres tenetur ineſſe vel intereſſe. Idem vero ſacerdos omni die
in præfata capella miſſam tenetur pro eo & pro omnibus prædeceſſoribus & ſuc-
ceſſoribus ſuis celebrare. Præterea idem archiepiſcopus in ſupplementum ſtipen-
dii memoratæ capellæ eccleſiā de Oltzburg, cum omni jure ſibi attinente perpe-
tualiter aſſignavit, ſalvo jure archiepiſcopi & archidiaconi, ut quicunque capel-
lam haberet, habeat eccleſiam de Oltzburgh. Idem archiepiſcopus inſtituit ad
illuminare ipſius capellæ decē ſolidos qui ſolvuntur de pomerio ante curiā epiſ-
copalē ſito in feſto beati Ioannis Baptiſtæ, & decem ſolidos qui ſolvuntur de piſ-
cina exſiccata quæ dicitur Mahr, in feſto beati Martini: & nuces provenientes
de

Digitized by Google

A de arboribus ſitis in curia epiſcopali aſſignavit: ita quòd ipſe ſacerdos denarios & nuces recipiat, & lumen ante altare eiuſdem capellæ die ac nocte indeſinenter ardere faciat. Quicunque verò hæc præmiſſa à venerabili Treverorum archiepiſcopo Ioanne præordinata infregerit &c. ut priùs. Idem archiepiſcopus duas ſedes epiſcopales in Majori eccleſia conſtruxit, unam valde honeſtam retro altare beati Petri, ubi archiepiſcopus miſſam celebrabit, alteram ante idem altare ubi archiepiſcopus ad miſſam ſe præparabit. Idem archiepiſcopus contulit tres eccleſias parochiales, unam quæ dicitur Pellingen, alteram quæ dicitur Hentere, tertiam ad ſanctum Medardum beato Mathiç Apoſtolo & beatis Euchario & Valerio & Materno, eo modo & forma quòd Abbas illius loci locet ibi vicarios perpetualiter, ſalvo tamen jure archiepiſcopi & Archidiaconi, ipſisque vicariis
B competens ſtipendium aſſignabit unde ipſi competenter & honeſtè poſſint ſuſtentari. Anniverſarium quoque eiuſdem archiepiſcopi fratres eiuſdem eccleſiæ de proventibus illarum eccleſiarum ſolenniter & devotè celebrabunt, & in ipſo Anniverſarii die Abbas refectionem fratribus in refectorio de eiſdem proventibus dabit, & duo maldra ſigilinis pauperibus in eleemoſynam erogabit. Idem archiepiſcopus venerabilis de ſuo proprio ordinavit duas ampullas olei unam ante altare Sancti Mathiæ Apoſtoli, & alteram in crypta coram altari beatorum Eucharii, Valerii & Materni, & aliorum ſanctorum ibi quieſcentium ut indeſinenter ardeant, eo modo & forma, quòd quicunque Prior eiuſdem loci fuerit, provideat bonis ad idem oleum attinentibus. Et in die adminiſtrabit oleũ quot ibi ardeat in pepetuum. Eidem eccleſiæ contulit de ſuo proprio unde empta eſt domus in civitate Treverenſi, in vico qui vulgò dicitur Brodtgaß/ de cuius cen-
C ſu emetur oleum unde prædictæ ampullæ luceant in pepetuum. Idem archiepiſcopus de ſuo proprio ordinavit quòd ampulla cũ oleo corã altari Sancti Maximini die ac nocte debeat indeſinenter ardere: ad quod conſummandum XX. ſolidi de cenſu domuum illarum quæ ante monaſterium ibi ſunt ſitæ, ſolventur, ita quòd ipſe cantor illius loci quicunque fuerit, eos recipiet, & inde ampullam illã indeſinenter ardere faciet. Si quid verò ſuperfuerit, ad candelas ardentes ante ſepulcrum Sancti Maximini ipſe cantor ordinabit. Anniverſarium quoq; ipſius archiepiſcopi cum magna devotione fratres eiuſdẽ loci quolibet anno peragere debent. Idem archiepiſcopus de ſuo proprio ordinavit quòd ampulla altare ſanctæ Mariæ ad Martyres Trever. die ac nocte indeſinenter debeat ardere: ad quod conſummandum perſolventur XX. ſolidi de cenſu qui fratribus ipſius loci ſolvuntur in Eranck, ſub hac forma, quòd quicunque fuerit Prior illius loci, illos
D denarios recipiet, & inde ampullã illam indeſinentur die ac nocte ardere faciat: ſi quid verò ſuperfuerit, ad candelas ardentes ante majus altare ipſe Prior ordinabit. Adhæc ipſe archiepiſcopus contulit illi eccleſiæ eccleſiam de Eranck, cum omni ſua decimatione & jure, ſalvo tamen jure per omnia archiepiſcopi & archidiaconi: de cuius proventibus in Anniverſario ſuo fratribus illius loci refectio debet dari in refectorio, & pauperibus duo maldra ſigilinis in eleemoſynam debent erogari: unde fratres illius loci cum magna devotione Anniverſarii eius diem peragere debent. Idem archiepiſcopus de proprio ſuo ordinavit ampullã ad ſanctum Thomam, ubi ſunt ſorores Ciſtercienſis ordinis: quæ ampulla ante majus altare indeſinenter debet ardere, & oleum illud ſufficienter quicunque ibi fuerit, debet providere: Anniverſarii quoq; eius diem ſorores illius loci quolibet "
anno cum magna devotione debent peragere. Idẽ archiepiſcopus contulit eccleſiã de Crutſche cum omni decimatione ſua & jure, eccleſiæ de Lacu, ſalvo tamẽ jure per omnia archiepiſcopi & archidiaconi: de cuius proventibus Anniverſarii "

ſui

ſui die conſtituit dari refectionem fratribus illius loci in refectorio, & tria maldra ſiliginis in eleemoſynam ab eiſdem fratribus pauperibus erogari, unde cum magna devotione quolibet anno diem Anniverſarii ſui debent peragere. Idem archiepiſcopus de proprio ſuo ordinavit ampullā in eccleſia de Sprenckersbach ut indeſinenter die ac nocte ardeat coram majori altare: ad quod conſumandū contulit X X. ſolidos de cenſu in Honthem, qui ſolvuntur annuatim in feſto beati Martini: ut quicunq; fuerit Prior, recipiat, & inde amppullā indeſinenter die ac nocte ardere faciat: ſi quid verò ſuperfuerit, ad candelas ante majus altare ardentes ipſe Prior ordinabit. Anniverſarii ſui quoq; diem quolibet anno ipſi fratres debent cum magna devotione peragere. Idem archiepiſcopus de omnibus poſſeſſionibus & bonis quæ in eccleſia Trever. invenit non infeodata, nulli unquam in beneficio conceſſit vel fœdavit. Idem archiepiſcopus contulit Abbati & fratribus eccleſiæ ſancti Florini in Schonaugia eccleſias duas ſitas in Liepurcee & VVelterode perpetuo poſſidendas: Abbas verò & conventus ſingulis annis Anniverſarium ipſius archiepiſcopi celebrabunt, habita ipſius in pleno capitulo memoria. In ipſo quoque die Anniverſarii ſui Abbas pro remedio animæ ſuæ & ſucceſſorum ſuorum, maldrum tritici & dimidiam ahmam vini conventui dominorum, tantundem etiam ſanctimonialium, & pauperibus maldrum ſiliginis annuatim de proventibus eorundem eccleſiarum adminiſtrabit: quod autem reſiduum fuerit, ad communes uſus fratrum converteretur. Idem archiepiſcopus contulit eccleſiæ beatæ Mariæ de Horreo eccleſiam de Hemmelſtal perpetuò poſſidendam: & ipſe conventus ſanctimonialium annuatim diem Anniverſarii ſui devotè in pſalmis & orationibus peraget, & de proventibus eiuſdem eccleſiæ refectionem eodem die habebunt: quod verò reſiduum fuerit, ad opus infirmarū adminiſtrabitur. Idem archiepiſcopus contulit eccleſiæ beatę Mariæ in Lutzenburg eccleſiam de Santvveiler: monachi verò eiuſdem eccleſiæ diem Anniverſarii illius ſingulis annis deuotè celebrabunt, & eodem die in refectorio refectionem de proventibus eiuſdem eccleſiæ habebunt: quod verò ſuperfuerit, ad communes uſus fratrum convertetur.

Hæc in geſtis Treverorum quæ vetuſtiſſimis codicibus paſſim in bibliothecis extant, ſcriptor rerū Ioannis archiepiſcopi ut apparet curioſè tradidit: haud omiſſurus ſi quid ad gloriam nominis ipſius addi potuiſſet illuſtrius. Itaq; nec alterò eum epiſcopatu ſimul potitum, nec civitatem Treverim muris, turribus, ac "altis mœnibus per circuitum cinxiſſe prodidit: tametſi iſta pudendo errore perq; "ſummam rerum antiquarū ignorantiā tradat Scheckmannus capitulo 9. lib. 2. "Epitomes, aliàs Medullæ geſtorum Treverorum: cuius ipſa verba referre neceſſe "eſt, teſtimonio ſingularis inſcitiæ ac temeritatis eius in hoc Ioanne Treverorum archiepiſcopo: quanquā fortaſſe piam fraudem iſtud ipſe cenſuerit, ſicuti genus quoddā hominum cum ſumma mortalium pernitie religionis atque ſanctorū virorum gloriæ provectuſque cauſa vel fingere licere exiſtimat. Treverenſes Rudulpho & Volmaro depoſitis, inquit Scheckmannus, imo ſatius refutatis, ſuggeſtione & prece Domini Henrici Imperatoris elegerunt concorditer & unanimiter Dominum Ioannē Cancellarium Imperialē, qui tum & alium epiſcopatū habebat, qui eo tempore Treveris aderat: electum Imperatori præſentarunt inveſtiendum: atq; demum auctoritate apoſtolica à Cardinale confirmatus eſt. Diſpenſavit autem Gregorius Papa cum eodē Ioanne ſuper duobus epiſcopatibus in ſimul uſurpandis, ſimul & cōmiſit ſacroſanctis reliquiis honorandis, conſervandis, cuſtodiendis ſummam navaret operam ut habetur 16. q. 1. Poſtquam hoſtilis. Suſcepit igitur Ioannes huius nominis primus Treverici curā ovilis ſo-

quam

Digitized by Google

A quā prudentia magis quàm poteſtate gubernavit. Verùm ut apoſtolicæ præceptioni grato concurreret affectu effectuq;, jacto fundamento profundo cryptam elegantem in Domo ſancti Petri conſtruxit, & deſuper chorum eminentiſſimū: perfectoq; opere in præſentia tum ſpiritualium, tum temporalium prælatorum ac plebis numeroſa aſſiſtentia, cum Dominicæ incarnationis volueretur annus 1190. ubi jàm didicaſſet cryptam chorumq; adaperto altari divi Nicolai pontificis, ſumpta tunica Domini Ieſu inconſutili cum multis aliis reliquiis præclaris tranſtulit in ſummum altare beato Petro dicatum, prima die menſis Maii, epiſ-,, copatus ſui anno 6. Hoc pontifice, ut volunt, major vel potius charior utiliorq; in diœceſi Trever. nemo fuit: civitatem Treverim muris, turribus & mœnibus per circuitum cinxit: eccleſiaſticarum rerum perquā maximam ſolicitudinē geſſit. Hactenus Scheckmannus: ecce ſuavem monachum, meris infinitiſq; ſolœciſ-
B mis apprimè dilertum, Cera Cærete haud, ſed cedro digna locutum: unde nimirū ,, apparet quàm gravequantæque fidei ſit hujus auctoris teſtimonium, præſertim ,, de rebus antiquis epiſcoporum Trever. Primô Henricum 6. Friderici primi Imper. filium patre tum ſuperſtite, pro Rege vocat Imperatorem. At deinde Ioannem hunc primum eius nominis archiepiſcopum Trever. rectè fatetur illo tempore factum: eodē enim anno Chri. 1190. quo Fridericus primus Imp. periit, epiſcopatum Ioannes inierat Rom. verò Pontifex erat Clemens 3. Itaque de Gregorii Papæ, qui nullus tum fuit, diſpenſatione rurſum falſus eſt. Sed quis ferat Gratianum auctorem Decretorum qui anno Chri. 1120. ſub Henrico 5. Imperatore floruit, iſtud caput: Poſtquā hoſtilis. 16. q. 1. de Ioanne hoc Treverorum præſule retuliſſe, quem conſtat annis 70. demum poſt ipſius Gratiani tempora Treverē-
C ſem epiſcopum factum. Inſuper decretum hoc epiſtolā eſſe Gregorii Magni Pontif. Rom. & extare operum eius Tomo 2. lib. 2. ex regiſtro epiſtola 35. ſcriptam etiam Indict. 10. ſub Mauritiis Augg. nimirum anno Chri. 592. quis neget? Proinde Gregorius Magnus Pontifex Rom. anno Chri. 592. iſthac epiſtola diſpenſavit cum Ioanne primo qui poſt annos 598. demum factus eſt Treverorum archiepiſcopus, ſi Scheckmanno creditur. Enimuero ipſam epiſtolā uti à Gratiano inſerta eſt Decretis, referre convenit. 16. q. 1. Gregorius Papa Ioanni epiſcopo. Poſtquam hoſtilis impietas diverſarum civitatum ita peccatis facientibus deſolavit eccleſias, ut reparandi eas ſpes nullo modo populo deficiēte remanſerit, majori valde cura conſtringimur ne defunctis earum ſacerdotibus reliquiæ plebis nullo paſtoris moderamine gubernante, per invia fidei, hoſtis callidi rapiantur, quod abſit, inſidiis. Huius ergò rei ſolicitudine ſæpe commoniti, hoc noſtro ſedit cordi conſilium, ut vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoq; fraterD nitati tuæ curam gubernationemq; Treverenſium eccleſiæ prævidimus eſſe committendā: quam tuæ eccleſiæ aggregari uniriq; neceſſe eſt, quatenus utrarumq; eccleſiarum ſacerdos rectè, Chriſto adjuvante poſſit exiſtere, & quæ tibi de eius patrimonio vel cleri ordinatione ſeu promotione vigilanti ac canonica cura viſa fuerint diſponere, quippe ut Pontifex proprius liberam habeas ex præſenti noſtra permiſſione licentiam. Sic Gregorius. Operæpretium etiam eſt gloſſam totam addere, quæ tamen ſolo caſu finitur. Multæ ait, civitates inter quas erat Treverenſis civitas, in tantū erant populis deſolatæ, quòd proprios prælatos habere non poterant: nec erat ſpes illas eccleſias reparandi, imo timebatur ne illarū eccleſiarum reliquiæ aſportarentur: & ideo Ioanni epiſcopo Treverenſem civitatē cōmittit, eam ſuæ eccleſiæ uniendo: & dat ſibi liberam poteſtatē quatenus prout meliùs viſum fuerit ſibi, vigilanti cura cuncta diſponat. Hæc gloſſator, errore partim alieno, quod Treverenſem civitatem legit, partim ſuo quòd de reliquiis ,,

Digitized by Google

aſportandis memorat ineptus. At facetiſſimè Scheckmannus, Papa inquit, Gregorius diſpenſavit cum Ioanne ſuper duobus epiſcopatibus inſimul uſurpandis, ſimul & commiſit ſacroſanctis reliquiis Honorandis, conſervandis, cuſtodiendis ſummam navaret operam. Acu rem tetigit, gloſſatorem de reliquiis aſportandis excutientē, cæcus ſecutus Gregorium de ſacroſanctis reliquiis Honorandis mandatum Ioanni dediſſe pronunciat, ubi ille à publicis cladibus reliquam plebem ſine paſtore per invia fidei inſidiis callidi hoſtis ſeduci metuit. Denique Gregorii Magni tempeſtate quantis calamitatibus afflicta fuerit Italia, teſtis ipſe eſt. Præter bella Gothica Longobardos ſenſit omnium truculentiſſimos, à quibus ab anno Chri. 568. diris cladibus tota penè deſolata eſt: accedentibus etiam plagis cœleſtibus, peſtilentia in inguine, fameque & extrema conſternatione mortalium, ſicuti ipſa Gregorii ſcripta pluribus oſtendunt. Inter alia, quid eſt inquit jam rogo quod libeat in hoc mundo? undique luctus aſpicimus, undique gemitus audimus deſtructæ urbes, everſa caſtra, depopulati ſunt agri, in ſolitudinem terra redacta eſt. Nullus in agris incola, pene nullus in urbibus habitator remanſit: & ipſe parvæ humani generis reliquiæ adhuc quotidie ſine ceſſatione feriuntur: & finem non habent flagella cœleſtis juſtitiæ, quia nec inter flagella directæ ſunt actiones culpæ. alios in captivitatem duci, alios obtruncari, alios interfici vidimus. Quid eſt ergo quod in hac vita libeat fratres, mei? Si & talem adhuc mundum diligimus, non jam gaudia, ſed vulnera amamus. Ipſa autem quæ aliquando mundi domina eſſe videbatur, qualis remanſerit Roma conſpicitis: immenſis doloribus multipliciter attrita, deſolatione civium, impreſſione hoſtium, frequentia ruinarum. Vbi jam Senatus? ubi populus? Omnis ſecularium dignitatum ordo extinctus eſt in ea, & vacua ardet Roma. Idem Dialogor. lib. 2. de Roma. Vaticinium vetus eſt, Roma à gentibus non exterminabitur, ſed tempeſtatibus, coruſcationibus & turbinibus a terræmotu fatigata marceſcet in ſemetipſa. Et profectò, ſubdit, in hac urbe diſſoluta mœnia, everſas domos, deſtructas eccleſias turbine cernimus, eiuſque ædificia longo ſenio laſſata quia ruinis crebreſcentibus proſternuntur videmus. Idem alibi. Mox, inquit, terribilia in cœlo ſigna, haſtæ, acies, ignes ab Aquilonis parte videbantur. Mox Longobardi gens effera in noſtras cervices graſſata eſt. Humanum genus quod in hac terra præ multitudine nimia quaſi ſpiſſæ ſegetes exierat, ſuccisum, arva, urbes depopulatæ, everſa caſtra, concrematæ eccleſiæ, deſtructa ſunt monaſteria virorum atque fœminarum, deſolata ab hominibus prædia, atque omni cultura deſtitura in ſolitudine vacat terra, nullus hanc poſſeſſor inhabitat, occupaverunt beſtiæ loca quæ priùs multitudo hominum tenebat, Et quid in aliis mundi partibus agatur ignoro, in Hac terra in qua nos quidem vivimus, finem ſuum mundus non jam nuntiat ſed oſtendit. Hæc Gregorius in Italia juxta Romam tum degens: Traditur inſuper ab aliis, Longobardorum in Italiam irruptione templa Chriſtanorum everſa direptaq;, pulſos cæſosue ſacerdotes, monachos pedibus in crucem actos, gladiis obtruncatos, arboribus ſuſpenſos, diaconos capite truncatos, vulgus & agricolas quòd caput capræ conſecratum adorare, immolare Diis & de carnibus immolatis diis veſci nollent, interemptos. Manifeſtum igitur eſt illam Eccleſiam quæ Chriſti anno 592. Indict. X. Ioanni vicino epiſcopo commiſſa fuit à Gregorio Pontifice Rom. deſolatæ alicuius civitatis in Italia fuiſſe: nec ſine mendo legi Trevienſem. Enimvero Trevienſem vel Trebienſem aut ſimiliter in epiſtola Gregorii ſcribendum facilè convinci queat, tametſi id accurratius perſequi jam non ſit operæpretium: ſiquidem

A [illegible] Maximo Treverenſium non fuit Epiſco-
[illegible] quod in annalibus Agrippinenſium diſerte prodi-
[illegible] in geſtis Treverorum confirmat. Inſu-
[illegible] Pontifices Romanos demum Caroli Martelli,
[illegible] authoritatem aliquam in eccleſias Gallica-
[illegible] Magnus pridem Dagobertum primū
[illegible] ſub Hyldeberto & Theode-
[illegible] Treveri potiti ſunt. Apparet
[illegible] præſertim quibus Medul- ,,
[illegible] Quale & illud eſt, quod Ioan-
[illegible] civitatem Treveris per cir-
[illegible] tametſi nulla iſtius rei men-
B [illegible] accurate proditis, quorum
[illegible] Scriptor vetus atque ipſum
[illegible] Mortuus eſt autem Ioannes archiepiſcopus Trev.
[illegible] & ſepultus eſt ut ipſe ordinaverat non in
[illegible] quod Claustrum dicitur, nō
[illegible] ſed in pauperibus veſtibus,
[illegible] abbreviator Schekmannus ,,
[illegible] ſublimis gloria & majeſtate a fatis,
[illegible] Quid potius pœnitentiam & diſciplinā
[illegible] ut ipſa ſepultione ſua declarat;
[illegible] & ſepultus fuit quam ipſe vivus
[illegible] epiſcopatus ſui anno 23. Et audi quem de ſe
C [illegible] modum. Non in civitate ſua præclara
[illegible] monachorum cœnobio non in
[illegible] Habes humilitatem, non in
[illegible]
[illegible] Ita Schekmannus.
[illegible] nobis vendicent quæ
[illegible] tradituri ſunt poſteri.
[illegible] Schekmannum [illegible] quibus univerſa
[illegible] entium fidei [illegible] hoc uno ,,
[illegible] manifeſte cryptam chorumque dedicaſſe anno
[illegible] anno epiſcopatus ſui [illegible] tamet-
ſi [illegible] Chriſti 1008 & nobis [illegible] error in
D anno [illegible] annum Chriſti
[illegible]
[illegible]
[illegible] monaſteria [illegible] provin- ,,
[illegible] ubique manu [illegible] poſſeſſionibus
[illegible] quod Schekmannus ſic refert [illegible] monaſteria poſſeſ-
[illegible]
[illegible]
[illegible]
raſſe [illegible]
Imperator [illegible]
cigenis [illegible] anno Chriſti. At
Sigebertus [illegible] primo,

Digitized by Google

& ſecunda [illegible] incendunt urbem Treverim quam condidit Trebeta [illegible] A
Nini Aſſyriorum Regis [illegible] profugus a facie novercæ [illegible]
[illegible] nocte pluria ille. [illegible] Luci-
ſ[illegible] imperare cœpiſſe cum Martiano [illegible]
[illegible] quantum [illegible] Scheckmanno fides, quia [illegible]
[illegible] ſtuprum [illegible] Lucij committeret Avitus, [illegible]
Lucius Trever in Francia [illegible] eique ſic [illegible]
[illegible] pudet apud Scheckmannum [illegible]
[illegible] Vnde [illegible] videtur nata [illegible]
trahente canem, & averſa etiamnum facie aſpectu [illegible]
[illegible] Himerodios in parte [illegible] loco humili, clavo [illegible]
pependit: at nunc [illegible] opere lapideo renovata [illegible]
tia [illegible] ſplendet. Legebatur autem in aſſere hoc elogium [illegible] B
jacet venerabilis Dominus Ioannes Treverorum Archiepiſcopus [illegible]
[illegible] eſt Chyrographum maledi . . . . hus quæ etiam [illegible]
cacumen [illegible] civitatem, obijtque anno domini M.CC XIII. [illegible]
[illegible] & [illegible] venerab . . . . beronis Treverorum [illegible]
[illegible] fundatoris, qui obiit anno gratiæ M. CL II. XVI [illegible]
Primum omnium inſcriptionem eſſe recentem, quippe [illegible]
poſtquam Medulli Scheckmanni prodiit, conſectam [illegible]
[illegible] tabulæ teſtantur. Deinde nec priſco [illegible]
tempore quo præſul uterque & Ioannes & Adelbero ſepulti [illegible]
ſunt, [illegible] manifeſtum eſt: ſiquidem [illegible]
[illegible] & quidem [illegible] Adelbero, qui ante [illegible]
[illegible] non iſthoc in loco, non in oratorio [illegible] C
pultus, unde poſt annos fere 24. alio translatus fuit opera [illegible]
[illegible] quemadmodum in ipſo Theoderico [illegible]
per Adelberonem Scheckmannus [illegible] XVII Calend. [illegible]
obiiſſe [illegible]. Deniqueſcriptor rerum Theoderici [illegible]
eſt Ioann. veterum codicum [illegible] Theoderi[illegible]
Chriſti [illegible] quamobrem eodem anno Ioannem [illegible]
quior [illegible] elogio ſequens [illegible]
pe Chriſti [illegible]. Error [illegible] epiſcopatus [illegible]
tur: Siquidem primum pontificatus annum [illegible]
ſcriptor rerum eius [illegible] primus [illegible]
fuit anno Chriſti [illegible] Primo [illegible]
num Chriſti [illegible] vigeſimus [illegible] D
Chriſti 1212. completo. [illegible]
fuit [illegible] epiſcopatus [illegible]
Scheckmannus [illegible]
[illegible]
Sed & ſcriptor rerum Ioannis [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] anno Chriſti [illegible]
[illegible]
[illegible] Ioannem [illegible]
quo [illegible] anno epiſcopatus [illegible] Chriſti [illegible]

[illegible]

A Denique Theodericus Epiſcopus qui ſucceſſit, vetere geſtorum ſcriptore nec non Scheckmanno atque Trittenhemio pariter teſtantibus, 5. Calendas Aprilis epiſcopatus ſui anno 30. Chriſti 1242. Indictione 15. deceſſit: unde rurſus liquet ipſum anno Chriſti 1212. Pontificatum adeptum, & Ioannem tum mortuum. Falſum igitur & ineptum confictumque eſt iſtud elogium monachorum Clauſtri Himerodii, quod Ioannem Archiepiſcopum anno Chriſti 1211. mortem obiiſſe, atque etiam muro, Trevericam circumcinxiſſe civitatem habet, contra fidem veterum ſcriptorum ipſamque temporum convenientiam. ex recenti ſaltem at evidenti errore Scheckmanni profectum: idque inſuper alio in ſequentibus illuſtri argumento patebit ex rebus geſtis Arnoldi 88. pontificis, qui Theoderico poſt annum 30. ab obitu Ioannis ſucceſſit. Nec abs re fuit Scheckmanni ſodaliumque Clauſtri Himerodi nugas de muris Auguſtæ Treverorum B pluribus refellere: ſiquidem vulgò non deſunt qui iſtis aucteribus vel certè Gregorii Magni perperam in decretis relata & explicata epiſtola, qua de paulo ante mentio facta eſt, inducti, Auguſtam Treverorum eo tempore quo Ioannes pontificatum adeptus eſt, deſertam prorſus & ab ipſo inſtauratam mœnibusque cinctam inde denuo tanquam recenti germine ſuccreviſſe atque ipſum Ioannem quaſi originis, virium opumque ac frequentiæ ſuæ poſterioris auctorem habuiſſe pro certo ſibi credi poſtulent, tametſi nihil dici poſſit abſurdius. Et hæc quidem hactenus.

Ioanni ſucceſſit anno Chriſti 1212. Theodericus 87. Pontifex Treverorum, ex Propoſito Sancti Paulini & Archidiacono, genere VVidenſis Comes, qui & ipſe (verba ſunt vetuſti ſcriptoris rerum ab eo geſtarum, quæ Scheckmannus quoque refert) cum eſſet magnæ Prudentiæ, paci & quieti magis quam bellis C operam dedit. Captus eſt autem & ipſe à Comite Naſſovvienſe. Lateranenſi conſilio Romæ interfuit ſub Innocentio Papa. Caſtrum nobile trans Rhenum ædificavit contra vim tyrannorum illius regionis, vocavitque montem Tabor. Ipſius temporibus viſitavit Dominus peccata populi ſui ſpiritu judicii & ardoris. terram conſumens gladio & igne, non ſolum Treverenſem ſed etiam Colonienſem & Moguntinenſem diœceſim itque partim per Comitem Seinenſem, partim per VValramum Ducem de Limburgo qui pluribus ea tempeſtate prœliis nobilitatus eſt. Viguit etiam ſub Theoderico inſignis hæreticorum perſecutio, atque in ipſa Treverorum urbe tres hæreticorum ſcholas fuiſſe vulgo ferebatur. Theodericus ſynodo indicta promulgavit hæreticos in ſua diœceſi epiſcopum habere ſuo nomine Theodericum, ſimulque Papam quem nomine Romani Pontificis vacarent Gregorium, ut de fide interrogati, perinde D ſe credere reſponderent ac Theodericus epiſcopus & Papa Gregorius. Apud Imp. Fridericum 2. Theodericus auctoritate atque gratia ſingulari polluit, & in curiis ſolennibus ubique locum ſeſſionis ſuæ inter pontifices pro dignitate Trevirici primatus obtinuit. Anno Chriſti. 1239. ad vim & inſolentiam Rudolphi de caſtello Mailburg reprimendam, caſtrum in monte Kilburg ædificare cœpit, cum VValramus Limpurgenſis Dux gravi interea bello adverſus electum Colonienſem epiſcopum diſtineretur, ne poſſet obſiſtere. Demum verò ſeceſſit Theodericus ultra Rhenum, ætate ſimul & debilitate confectus magis autem paci ſuæ providus & quieti: ac tandem poſt multas comminationes multaque cõmonitiones Deus Opt. Max. plebis ſuæ miſertus, pacem atque concordiam dedit inter epiſcopum & VValramum. Vterque haud diu poſt mortem obiit ac Theodericus nominatim 5. Calend. April pontificatus ſui anno 30. Hæc vetus ſcriptor in geſtis Treverorum potiſſimum de Theoderico prodidit. Richar-

dus. VVaſſenburgius antiquit Gall. Belg. Treverenſem epiſcopum inter cæte- A
ros anno Chriſti 1214. expeditione cruciatorum unà profectum in Paleſtinam
dicit Avent. Annal Bojo. lib. 7. (poſt annum Chriſti 1256) ſcribit Theoderi-
cum archimyſtam Treverorum cum multis aliis principibus & Epiſcopis in ex-
peditionem adverſus Auſtriaços cum Friderico ſecundo Imperatore profectū,
Trittenhemius Chron. Hirſaug. anno Chriſti inquit, 1224. obiit Theodericus
Archiepiſcopus Treverorum, anno pontificatus ſui 30. Indict. 5. 5. Cal. April in
Majori eccleſia Trever. ante altare Sancti Martini ſepultus. Hæc de Theoderico
Trittenhemius, & pergit eodem tenore: cui ſucceſſit Arnoldus majoris eccleſiæ
præpoſitus, filius Comitis de Iſenberg, nepos ex ſorore præfati archiepiſcopi
Theoderici, & præfuit annis fere 16. contra hunc Arnoldum à majori & ſaniore
parte capituli electum ſe oppoſuit Rudolphus Præpoſitus Sancti Paulini, natus
de Ponte, a paucis electus, adjutorio Ducis Lotharingiæ Comitumque de Lut- B
zenburg & de Seyn confidens, & reſtitit electioni quantum potuit de illo factæ.
Tandem concordia inter eos facta, Innocentius Papa Arnoldum in archiepiſ-
copum confirmavit, & ut omnia beneficia eccleſiaſtica quæ priùs habuerat, re-
tinere licite poſſet pro menſa indulſit. Hæc ille, quæ nimirum omnia ex anti-
quo ſcriptore rerum Theoderici & Arnoldi prout extant in geſtis Treverorum
deſumpſit Arnoldum hunc primum omnium Archiepiſcopum à ſolo maiore
capitulo electum æſtimare licet. Siquidem ut diſertè tradit Avent. Annal. Bo-
jorum lib. 7. cum pontificatus primum beneficia Cæſarum fuiſſent, Imp. dein
Henricis. tempore comitiis calatis atque Curiatis viritim ſuffragiis latis commu-
niter à populo ſacerdotibuſque univerſis communes animorum paſtores lege-
bantur: at Friderici demum 2. ætate excluſo populo cæteriſque ſacrificulis dun-
taxat à myſtis imponi Pontifces cœptum eſt. Proinde & ob hanc cauſam maxi- C
me adverſatos Arnoldo dinaſtas ad nomen eccleſiæ Treverenſis pertinentes ve-
riſimile ſit. Vetus etiam nec indiligens auctor paulo ante commemoratus Ar-
noldum 88. archiepiſcopum Trever. Friderico 2. Imp. inviſum, atque eius odio
regalia Rudolpho conceſſa fuiſſe ab Auguſto prodit, ſiquidem Arnoldus gene-
re coniunctus erat Sifrido Moguntino archiepiſcopo, qui ſedi apoſtolicæ adhæ-
rens contra Dominum Imperatorem eiuſq; filium Conradum Regē viriliter in-
ſurrexerat. Pergit deinde pluribus cōmemorare graviſſimas turbas, vulnera vim
atq; arma quibus Arnoldi & Rudolphi factiones mutuo depugnarunt. Rudol-
phi inquit, conſanguinei & fautores poteſtate tradita nimis temerè abutentes,
domos canonicorū Trev. qui ſui erant adverſarii, immunitate violata confrege-
runt res ibidē inventas aſportantes & cōmuni populo inutiliter diſtrahi facien-
tes. Theodericū de Hagē archidiaconum in ſuperpellitio de majore eccleſia per D
forū rerū venalium in ludibrium privilegii clericalis uſq; ad pontem captivū de-
duxerunt. majorē eccleſiam incaſtellaverunt, caſtrum Sarburg mirabili ingenio
obtinuerunt multa per enormem potentiā auxilio Ducis Lotharingiæ, de Seyne
& de Lutzelenburg Comitū perpetrantes. Caſtra verò & munitiones à fidelibus
eccleſiæ cuſtodiebantur conſtanter: omnes majorē Arnoldo quàm Rudolpho
favorem quantum auſi fuerant adhibentes. Palatium quoq; cuſtoditū erat à fi-
delibus eccleſiæ, qui quadam die ſicut præconſultum fuerat, per portam Mo-
ſelini auxiliarios Arnoldi intromittentes, victualibus & hominibus ſuperve-
nientibus munierunt palatium. Domos etiam adverſariorum ſuorum un-
dique deſtruentes, inſultum fecerunt contra illos de Ponte & turrim Richardi
militis de Ponte, ubi plures utrinque vulnerati, tumque ac poſtea variis incur-
ſibus multi nobiles capti & in palatium deducti, cum præſens eſſet in civitate
Trever.

Digitized by Google

A Trever. Comes Lutzelburgenſis, qui propterea inſultum fecit in palatium con-
tinua oppugnatione per diem & noctem, nihil tamen profecit. Tandem de con-
cordia cœpit agi, compoſitumque negotium Rudolpho pontificatu cedente,
caſtrumque Saroburgum ex pacto retinente, in quo brevi poſt obiit. Tum Ar-
noldus electionem ſuam in arbitrium Innocentii 4. Papæ contulit. Innocentius
propter Arnoldi prudentiam & amicorum eius potentiam quæ tunc contra Im-
perium opportuna erat, electionem illius liberaliter confirmavit, defectum ſup-
plevit, ſuper irregularitate vel negligentia quacunque diſpenſans: pallium quod
Romæ raro accidit, gratis tranſmiſit, ſub hac forma. Innocentius epiſcopus ſer-
vus ſervorum Dei, dilecto filio electo Treverenſi ſalutem & apoſtolicam Bene-
dictionem, cum pallium inſigne videlicet pontificalis officii ex parte tua fuiſſet
à nobis per dilectũ filiũ Abbatẽ ſancti Maximini Trev. nuntiũ & procuratorem
B tuũ ad hoc ſpecialiter cõſtitutũ cũ ea qua decet inſtantia poſtulatũ, nos tuis ſup-
plicationibus annuẽtes, ipſum de corpore ſancti Petri ſumptũ per eundẽ Abbatẽ
aſsignandũ tibi per ipſum duximus deſtinandum, ut illud tibi aſſignet ſub forma
quã ei ſub bulla noſtra tradidimus intercluſa. Sic Papa Arnoldũ ſibi vendicans a-
micũ & principẽ ſpecialẽ, favore ipſum amplectens & prærogativa gratiæ ſpecia-
lis, quod opere & effectu oſtendit patenter etiam alia bulla tali. Innocentius epiſ-
copus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Arnoldo Electo Trev. ſalutem & apoſto-
licam benedictionem. Promerente tuæ devotionis promptitudine, fidei puritate
conſtans, te ſpecialẽ inter devotos Romanæ eccleſiæ reputari dignum fore pro-
vidimus, ut te ſpeciali prærogativa favoris & gratiæ proſequentes, petitionibus
tuis quantum cum Deo poſſimus favorabiliter annuamus. Cum igitur ſicut ex
C parte tua fuit corã nobis propoſitum menſæ tuæ reditus propter guerrarum diſ-
crimina ſint adeò diminuti, quòd ſufficere nequeunt ad ſuſtinenda opera quæ in-
cumbunt pro defenſione tuæ eccleſiæ ac etiam eccleſiaſticæ libertatis, non devo-
tionis tuæ precibus benignũ impertientes aſſenſum, auctoritate præſentium tibi
indulgemus, ut beneficia eccleſiaſtica quæ electionis tuæ tempore obtinebas, illis
duntaxat exceptis quæ de mandato noſtro aliis ſunt collata, obtinere liberè vale-
as vſque noſtræ beneplacitum voluntatis. Initio deinde pontificatus multos ſta-
tim adverſarios ſenſit: quos partim vi debellando, partĩ amicè fovendo ſapiẽter
compeſcuit. Inter alios Zorno fuit Marſchalcus Ducis Bavariæ, quaſi alter Ne-
ro, qui caſtrum Thurũ in commiſſo tenens, mulieres gravidas, clericos laicosq;
ſine diſcrimine carceribus affligebat, eccleſiaſticas perſonas ac res crudeliter in-
vadebat, homines etiam archiepiſcopi in humana proditione interfecerat. Quã-
obrem epiſcopus tandẽ ipſũ caſtrum obſedit per totum ferè biennium, auxilio
D vicinorum & vnivarſitatis totius diœceſis, qui tyrannide Zornonis plurima ma-
la perpeſſi erant, caſtroq; tandẽ potitus eſt, accito ad belli ſocietatẽ Colonienſe
archiepiſcopo cui pars dimidia caſtri ceſſit. Arnoldus de tanta victoria lætatus
ſuperiſq; gratias hubens, capellã in loco qui dicitur Blidenburg memoriæ cauſã
condidit, & in honorẽ Dei matriſq; Virginis ſacravit. Oculo conſiderationis ſuæ
prout vir erat diſcretus & in omnibus circunſpectus, muro civitatem Trever. &
præcipuè ex oppoſita parte munitionum illorum de Ponte, providè circũſepſit,
excludens caſtella cum incolis qui ſæpe civibus Treverẽſibus fuerant importuni,
portam & turrim inſtituens contra eos quæ ex re nomen ſortita eſt invidioſa por-
ta. Palatium in ædificiis intus plurimũ emendavit: domum apud Palcelle pul-
chro & laudabili opere renovavit. Caſtrum Pillich pro eo quòd fuit immunitũ,
cui multæ præ cæteris inferebantur minæ, tribus quatuor à latere & ſupra por-
tam ſic munivit quòd tunc inexpugnabile reputatum eſt. Caſtrum Arram alie-

natum ab eccleſia Trever. ad jus eccleſiæ revocavit & turri firmavit. Monaſterij A
oppidum in Meinfeld circumvallavit, & in parte murari fecit. Oppidum Confluentiã quod quaſi villa campeſtris omnibus patuit, circumvallari ac circumſepi ac in parte murari procuravit. Advocatiam ibidẽ ſibi titulo pignoris conquiſivit. Domum ſuper Inſulam prope Valındre collapſam, cum capella ibidẽ laudabili opere renovavit. Oppidũ Harttenfels emit & circumvallavit, quod eccleſiæ Trev. applicuit. Oppidũ Stoltzenfels cum caſtro muniri præcepit. Omnes eccleſiæ ſuæ munitiones emendavit, & in pluribus augmentavit eccleſiæ ſuæ privilegia contra quemlibet ſtrenuè obſervando. Legationẽ commiſſam Colonienſi archiepiſcopo per Alemanniã, quia per hoc libertati Treverenſis eccleſiæ videbatur derogari, utpote quæ non niſi de latere Domini Papæ miſſum tenetur recipere Legatũ, ratione Primatus revocari, deſtinatis ad Dominum Papam procuratoribus idoneis procuravit. Caſtrũ firmatũ à VVlrico de Dune prope mon- B
tem Vrticæ, captis caſtrenſibus devaſtavit. Hæc iiſdem verbis ſcriptor vetus rerum Arnoldi & æqualis illorum temporum. Subiicit mox Arnoldum Treverenſem ſimul cum Moguntino & Colonienſe aliisq; nonnullis epiſcopis de voluntate & mandato Innocentii 4. Papæ qui Friderico 2. Auguſto ac filio eius Conrado Cæſari Imperiũ abrogaverat, adverſus ipſos in Regem Romanorum elegiſſe Dominũ Raſponem Turingiæ Landgravium, & in partibus illius iuxta Francofurtum ſæva pugna conflixiſſe cum Conrado Rege, qui tum à Landgravio ac epiſcoporũ copiis victus eſt, Landgravio nec diu poſt è vita decedente. Rurſus tũ Moguntinus, Colonienſis & Treverenſis archimyſtæ præſentibus aliis aliquot Ducibus, Comitibus, ac viris nobilibus VVilhelmum Hollandiæ Comitẽ in locum Turingi Regem dixerunt: quem Arnoldus Trever. ſpecialiter fovit, & poſt mortem Friderici cum equitibus 60. perquam honorificè comitatus eſt Lugdu- C
num ad Papam: cum quo Arnoldus tractatum habuit diebus 15. de rebus Imperii nullo alio Alemanniæ Principe præſente. Tandẽ cæſo à Friſiis VVilhelmo Rege principibusq; Germanis in electione Cæſaris diſſentientibus, Colonienſis Põtifex ac alii plerique corrupti pecunia, Richardum Anglium Cornubiæ Comitẽ, Arnoldus verò Trever. ſuo ac cæterorum electorum nomine quorum mandato ad id utebatur Alfonſum Regem Hiſpaniæ Cæſarẽ dixit, tametſi quindecim illi millia marcharum ſterlingorum oblata fuiſſent uti in Richardum conſentiret, tantaque vis pecuniæ ſicuti tunc ferebatur à multis, totam fortaſſe Romanam curiam moviſſet. Addit poſtea, pacem & concordiam cum eccleſiis ſuis habuit Dominus Arnoldus archiepiſcopus, quæ ſibi etiam in omnibus neceſſitatib. ſuis plurimum ſervierunt. Tandem apud caſtrum Monthabor quod eius avunculus archiepiſcopus Theodericus à fundamentis conſtruxerat, diem clauſit extremũ: D
cadaver Treverim delatum in maiori eccleſia ſepultum eſt ad ſiniſtrũ latus chori, anno Chri. 1260. Non. Novemb. pontificatus ſui anno 16. Miraculo eveniſſe creditum quòd ipſe Arnoldus in uno cornu chori majoris eccleſię, Theodericus autẽ eius avunculus in altero cornu locatus ſit, ut quaſi duo præcipua luminaria eccleſiæ & Trev. diœceſis in perpetua omnium memoria maneant. Eccleſiã enim Trever. Monthabur, Kielburg, Thurũ, Stoltzenfels, Hardenfels, caſtris conſtructis per eos & conquiſitis, ac augmentatis poſſeſſionibus, ac dilatatis terminis ac juriſdictionibus & libertatibus aliis plurimum illuſtrarunt. De quibus etiam verſiculi extant tales: Monthabur & Kielburg conſtruxit Theodericus, Aſt Thurum Arnoldus cepit, dolet hinc inimicus, Stoltzenfels firmavit Billſtein (aliàs Biſchofſtein) primitiavit, Hardenfeltz emit, & in feodata, redemit, Arram lætatur quod juri reſtituatur, Et ne perdatur iterum turri ſolidatur. Commendat

Trev.

Digitized by Google

A Trever. & Confluentia te vir Quod ſtant munitæ per multa priùs mala tritæ. Hæc
in geſtis Treverorum diſertè tradita, ſed à Scheckmanno prorſus ſilentio invo- „
luta ſunt, ut oportuit mendacem eſſe memorem. Nam ſi Arnoldum hunc epiſ-
copum ab obitu Ioannis anno demum 30. creatum, muro Auguſtam Trevero-
rum præſertim è regione munitionum quas gens nobilis de Ponte juxtà tenebat,
ſepſiſſe, caſtellaq; Pontinorum cum incolis ab urbe excluſiſſe profeſſus fuiſſet,
equidem à Ioanne primò civitatem altis mœnibus ac turribus per circuitum an-
tea cinctam credi haud poterat. Iam porro quòd Arnoldus civitatem Treverim
parte aliqua muro ſepſiſſe proditur, ſanè non auctorē conditoremq; mœniū ip- „
ſum fuiſſe, ſed ipſo pontificatum gerente conſulenteq; civitatē munimentis fir- „
miorem redditam intelligendum eſt: idque vetuſto & approbato huiuſcemodi „
diplomate conſtat. Communicato conſilio & aſſenſu venerabilis Patris & Do-
B mini noſtri Archiepiſcopi, Capituli & Vniverſitatis pro neceſſitate civitatis Tre-
ver. ſtatutum eſt ut ſubſcripta perſolvantur ad firmitatem civitatis. Sexter vini 2.
den. menſuræ minores in tantum minuentur, quòd ſexter de qualibet ahma ſu-
percreſcens cedet firmitati. De qualibet piſcatione 2. d. bove d. de porco d. de ſue
ob. de ove ob. de capra ob. de capro ob. de perna d. de capreolo d. Sequitur alia-
rum rerum venalium notitia, uti de panno omnis generis, de melle, cerviſa, la-
pide molari, piſce, pellibus, bovinis, caprinis, ovinis, de ſale in navi vel extra, de
apothecariis in poſterna vel exterius, de oleo, ſepo, ferro, cupro, aliis metallis,
& de alecibus. Tum ſic: Præmiſſa initium habebunt in cathedra Petri, & dura-
bunt ex tunc ad quatuor annos, promittentibus Domino archiepiſcopo, Capi-
tulo & Vniverſitate Treverenſe quod eadē ſuo tempore cedere facient, & rebelles
ad ſolvendū compellent: nec ex tunc durabunt niſi de conſenſu Domini Archie-
C piſcopi, Capituli & Vniverſitatis. Clerici vel eccleſiaſticæ perſonæ, milites & mi-
niſteriales ad nulla tenebuntur, niſi vinum vendi facient per menſuras minutas:
nec ad ipſorum pignora manus apponetur niſi per offi. &c. Tum ut autem præ-
miſſa ſuo tempore rata permaneant, præſenti ſcripto Domini Archiepiſcopi, Ca-
pituli & univerſitatis Treverenſis ſunt appenſa ſigilla. Actum anno Domini
1247. in epiphania Domini. Liquet igitur ſub Arnoldo hoc Treverorum 88. ar-
chimyſta qui anno Chriſti 1242. in diſſenſione cum Rudolpho pontifex creatus,
inde poſt biennium ſolus tandē potitus eſt epiſcopatu per annos ferè 16. uſq; ad
annum Chri. 1260. tributum iſtud quadriennii communicato conſilio Epiſco-
pi, Capituli & univerſitatis firmandæ muniendæve civitatis gratia conſtitutum, „
tertio ſcilicet anno Arnoldi, in cives æq; ac peregrinos, inſuper in clericos & ali-
D os ad jus epiſcopi ſpectantes: promittente ſimul Epiſcopo & Capitulo nō minus
quàm ipſa univerſitate, quòd iſta cedere facerēt, & rebelles ad ſolvendum com-
pellerent. Supervacaneum fuerit ambigere hac de re non modo veterem ſcripto-
rem geſtorum Arnoldi loqui, verumetiam qui ex iſto eodem auctore ſua hauſit
Hirſaug. Chron. Trittenhemium, verbis huiuſmodi. Eodem anno Chri. (1259.)
Arnoldus Archiepiſcopus Treverorū anno pontificatus ſui 17. diem clauſit ex-
tremum, vir per omnia magnificus, qui multa pace belloq; ſtrenuè geſſit. Thu-
ron caſtrum fortiſſimum biennio obſeſſum cepit. Trevericæ urbis magnam par-
tem muro de novo pulcherrimè munivit; Monaſterium Meinfeldiæ Confluen-
tiamq; ſimiliter muro cinxit &c. ſiquidē hîc de munita Treverorū civitate quòd
archiepiſcopatu Arnoldi & eiuſdem conſilio accidit, hoc peculiaris eius ſcriptor
ac præco vetus olim ad ipſius gloriā & nomen appoſuit. Trittenhemius poſt an-
nos CC. uti acceperat ita reddidit. Quanquā notare operæpretium eſt, devotū
famæ magnifici præſulis Abbatem facundū, verba ſui auctoris nonnihil ampli-

ficare,

Digitized by Google

ficare,ut magnam urbis Treverice partem muro de novo pulcherrimè munitā A
ſcripſerit: ubi ille muro urbem præteriim, è regione munitionum nobilium ho-
minum de Ponte providè circumſeptā tradiderat. Sed nec ſatis accurate Chri.
anno 1259. epiſcopatus ſui 17. e vita deceſſiſſe Arnoldum referre videtur, cum ve
tus auctor conſenſu antiquorum codicum anno illum pontificatus 16 Chriſti
'' 1260. mortuum teſtetur. Et habet Trittenhemius errores paſſim ſuos haud vul-
gares,quos aliunde tamen plerunque traxit: quamobrem nec ipſe ſibi in omni-
bus adhiberi fidem poſtularet. Hactenus de Arnoldo 88. Treverorum præſule,
deque munitione ſeu firmitate civitatis ſub ipſo per quadriennium inſtituta.
Firmitatem enim vocarunt illo ſeculo munitionem (Veſtung) ſicuti anno Chri.
1175. Sigebertus, rex inquit, Francorum & Comes Flandrenſis firmitates quas ce-
perant in Nordmannia regi Angliæ reddiderunt.

Poſt obitum Arnoldi diſſenſione aliquandiu in eligendo ſucceſſore labora- B
runt fratres capituli eccleſiæ Majoris, adeo quidem ut duo ſimul crearentur,Ar-
noldus Sleidanus & Henricus Balandinus, uterque archidiaconus eiuſdem ec-
cleſiæ: quorum poſterior ipſe, Arnoldus autem per procuratores continuo Ro-
mā petit: ubi biennio fere litē ſecuti ſunt, donec Alexander 4. Papa electionem
utriuſq; cenſuit irritam, Romæque Treverorum pontificatu donatus eſt 89. ar-
chiepiſcopus Henricus de Finſtinga Decanus eccleſiæ Metenſis: qui anno Chri.
1262. 3. Cal. Decemb. Roma veniens, ab univerſo clero populo Trever. eccleſiæ
pro more atque uti decebat honorificè receptus eſt, tametſi pallio careret. Eius
res in geſtis Treverorum perſcriptæ reperiuntur a duobus auctoribus antiquis,
uno quidem laudatore in omnibus, altero vitia quoque prodente ac ſugillante:
cæterum quicquid eius ſit,inſtituti huius eſt bona fide in utramque partem om-
nia referre. Legitur itaque litigantibus inter ſe de pontificatu Treverenſe Arnol- C
do Sleidano & Henrico Bolandino, Decanum hunc Metenſem Henricum de
Finſtinga, Romam profectum prætextu negotiorum cognati ſui Argentoraten-
ſis epiſcopi, quanquam nullum Romæ negotium haberet, ſeque callidè veluti
propinquitatis & affinitatis vinculo junctum Bolandino, ac Theoderico abbati
S. Mathiæ Trever. qui Comes Balandini erat, in ipſorum familiaritatem & cau-
ſam, nihiloque ſecius in uſum & ſermones procuratorum Sleidani inſinuaſſe,
donec explorata utriuſque partis ſecreta conſilia Cardinalibus proderet, qui utri
uſq; tam Sleidani quàm Balandini electionibus adverſabantur. Ita illis reproba-
tis ipſe Henricus cum omnes expenſas utriuſque partis, nec non omnes alias ob-
ligationes in curia factas immenſæ pecuniæ recepiſſet in ſe, Treverenſi eccleſia
donatus eſt, cæterū pallio cariturus dum promiſſa ſolveret. Altero anno epiſco-
patus ab obſidione civitatis Argentinēſis copias reducens, quibus loci epiſcopo D
præſtiterat auxilium, odio inter ipſum & Abbatem ſancti Mathiæ nato, prædia
villaſque monaſterii ſancti Mathiæ miles eius invaſit, diripuit, incendit: glīſcen-
teque deinceps ſimultate graviſſima, tandem pulſus monaſterio grex ſodalium
in urbem Treverim confugit. Abbas in Lotharingiā: poſtea tamen captus & tri-
ennio vinculis detentus, alter in locum eius intruſus eſt. Henricus tum ob iſta a-
liaq; plurima, tum maximè quòd ſynodū celebraſſet, epiſcopū Metenſem con-
ſecraſſet, archiepiſcopū ſeſe vocaret necdum pallia impetrato confirmatus, acer
rimè adverſante Theoderico Abbate, toto pene decennio litibus exagitatus eſt
in curia Romana, pallioque caruit: aliquot inſuper annis vel in patria Finſtingæ,
vel Romæ degere coactus extra ſuam diœceſin: ſiquidē Clemens 4. Papa ipſum
ab adminiſtratione eccleſiæ Trever. ſuſpenderat, eamq; Magiſtro Bernardo de
Caſtineto auditori cauſarum palatii Domini Papæ commiſerat. Tandē vero res
ad

A ad arbitros delata Romæ, quorum opera inter ipſum & Abbatẽ Theodericum
contentiones ſopitæ, lis tota compoſita, palliũ ipſi impertitũ, ſed triginta tria mil-
lia marcharum ſterlingorũ eo nomine per curiam Romanam expreſſa ſunt. Pri-
mis annis epiſcopatus caſtrum Schvvartzenberg obſedit & expugnavit, captis
ibi nobilibus, ac militibus quamplurimis. Anno Chri. 1277. caſtrum Berncaſtel
ædificavit, & anno Chri. 1280. caſtrũ Meien. Secundo anno pòſt caſtrum Mail-
berg cum Advocatia de VVitelich, vaſallis, caſtrenſibus, hominibus, paſcuis,
pratis, villis, & univerſis attinentiis emit 2500. lib. denariorum Trever. Eodem
anno confirmavit Confluentiam & Monaſterium Meinfeldiæ muris firmiſſimis
Deinde biennio illi ſeſe oppoſuerunt Confluentinenſes: quos infeſto exercitu in-
vaſit pulſis adverſariis, oppidoque per vim expugnato caſtrum ibi firmiſſimum
cœpit ædificare Munitiones totius diœceſis multipliciter roboravit: quædam re-
B center opere ſumptuoſo condidit veluti Bericaſtel & Meiene villam, ubi caſtrũ
conſtruxit Idem caſtrum Sarburg, palatium Treverenſe aulis, cameris & ædifi-
ciis, Palatiolum, Grimberg. Pilliche, Manderſcheidt, Novum Caſtrum, Marien-
burg, Eberchſtein, Monthabur, Hardenfels caſtra omnia magnis ædificiis ſump-
tuoſiſſimè renovavit. Comparavit etiã feoda & homagia plurima, Comites, Ba-
rones, nobileſque terræ videlicet unum & triginta. Primùm de Veldentia Gemi-
nipontis, de Sarvverden, Hirſutum & de Hoinberg Comites quinque, & alios
viros nobiles ac potentes ac eorum hæredes fecit homines & fideles in perpetuũ
eccleſiæ Trever. aſſignans unicuique prout dignitas requirebat feoda & pecuni-
am maximam pro feodis comparandis. Summa aſcendit ad 14380. libras Trever.
denariorum. Præterea decimam de Altrei cum jure patronatus 600. libris, item
decimã de Drone cum jure patronatus 200. marcis & 300. libris, item Advoca-
C tiam de Monaſterio 500. marcis. Curtem de Kerlich 2000. marcis Curtem de
Durremuntze 500. marcis, Decimam de Coverna 600. marcis, Advocatiam de
Berncaſtel 1000. libris emit. Redemit inſuper quædam bona apud Meyene 300.
marcis Colonien. ac emit ibidem ſex macharum reditus, & multa alia ac infini-
ta bona, decimas, reditus, poſſeſſiones, domos, vineas, campos, prata quæ lon-
gum eſſet enarrare comparavit. Summa omnium 11800. tam marcharum quàm
librarum Colonien. & Trever. denariorum, exceptis ædificiis & ſtructutis novo-
rum & antiquorum caſtrorum, ac præter 33000. millia marcarum quibus eum
excoriavit Romana Curia: nam aliàs multo majora quã aliquis ſuorũ deceſſo-
rum pontificum Trever. comparaſſet. Gens Treverica bona pace freta ſub ipſo
gaudebat. Metas jurisdictionis eccleſiæ Trev. fiducialiter dilatavit. Vir magni
concilii ac prudentiſſimus acquirendis fluxis mundi opibus, & omni carens reli-
D gionis diſciplina: quodq; referre pudet, clerum & religioſos ſemper habuit exo-
ſos: præcipue vitam monaſticam ſubſannãdo parvipendit, & religionis honorẽ
vi & injuria nitebatur penitus conculcare. Nam bonis eccleſiarũ violenter ſub-
tractis diverſa caſtra ædificavit uti dictum eſt. Conventũ de Himelrode Ciſterci-
enſis ordinis, viros religioſos coegit miſerabiliter exulare, ipſorũ bona ſine cau-
ſa diſſipans. Sed divina juſtitia caſtrigatrix impiorum non paſſa eſt injuriam reli-
gionis inultam: quamobrẽ toto anno ante obitum paralyſi & podagra graviſſi-
me laboravit, ac doloris impatientia magis magiſq; confectus, limina beati Io-
doci viſitare inſtituit procul juxta mare, tametſi omnes amici tam clerici quàm
religioſi ac cives Treverenſes profectionem diſſuaderent. Terminando quaſdam
exactiones fecit fieri per omnes villas ſibi ſubjugatas, & maximè à Iudæis quos
ipſe ſpecialiter protexit, infinitam pecuniæ vim extorſit: atq; ſic curru quem co-
rio tegi aptariq; curaverat, iter ingreſſus, parvo comitatu ad D. Iodocum per-
venit,

Digitized by Google

venit cæterum morbo indies invaleſcente mox obiit die 6. Cal. Maii anno Chri. A
1286. VVernerus archidiaconus Trever. comes peregrinationis corpus Treverim retulit ubi in eccleſia Majore ſepultum eſt ad parietem, dextro latere juxta aram ab ipſo vivo pro ſuorum remiſſione peccaminum largiſſimè dotatam. Duas conventuales eccleſias à fundamentis erexit dedicavitque, Kyleburg, Treverenſis & Monaſterium Metenſi diœceſis: quas ſuo patrimonio egregiè locupletavit inſtitutis ibidem Canonicis qui diu noctuque ſacris ac divinis laudibus operentur, & pro ipſius delictis miſericordiam Dei jugiter implorent. Hæc de Henrico eius nominis 2. Treverorum archimyſta 89. propemodum de verbo ad verbum referunt vetuſti auctores illorum temporum, quanquam gloriæ illius alter impenſius ſtuduiſſe videatur. Schekmannus omnium horum quam minimũ vix attigit. Trittenhemius Hirſaug. Chron. Præfuit inquit, Henricus annis (27. pro) 24 conſtans & magnanimus, qui optimè rexit eccleſiam ſuam, dominiaque & B reditus valde ampliavit.

Henrico mortuo rurſum diſſenſione laboratum eſt in ſucceſſore deſignando: nam canonici Summi templi pro majore atq; ſaniore parte D. Beomundum de VVarnesberg Præpoſitum & archidiaconum eiuſdem & Primicerium Metenſis eccleſiæ, reliqui verò alii Dominũ Eberhardum Cantorẽ, alii Dominũ Ioannẽ de Sirckis archidiaconũ Trev. nominarunt, ſed Ioanne ultro cedente Beomundus & Ebertus Romam illico profecti litem inſtituere, qua necdum finita mortem obiit Ebertus. Tum libera facultate reſtituta Treverenſibus canonicis pontificem creandi, Beomundus abſens iterum, ſimulque dominus Gerardus ab Eppenſtein archidiaconus Trev. electus, atq; inde denuo lis inter iſtos Romæ cœpta eſt. Nec diu poſt, idem Gerargus in archiepiſcopum Moguntinum petitus, competitore eiuſdẽ eccleſiæ judicio Romani pontificis cauſa cadente tandẽ an. Chri. 1288. Dominica Reminiſcere, Beomundo Treverenſis & Gerardo Moguntinus epiſcopa- C tus per ſententiã ceſſit, amboq; à Papa ſolẽniter una eadẽq; die conſecrati, ac poſtea die Palmarum. pallio, nobili ſignaculo ſingulariter inſigniti dimiſſiq; ſunt, Beomundus uti Primas Galliæ & Germaniã ac Metropolitanus eccleſiæ Trever. Galliæ Arelatenſiſq; regni archiCancellarius Treverim. Gerhardus Moguntiacũ. Beomundus igitur 90. archimyſta Treverorum anno Chri. 1289. in die nativitatis D. Virginis matris Treverim ingreſſus, ab univerſo clero & populoglorioſe ſuſceptus eſt in patrem & paſtorem eccleſiæ Trever. Aderant etiam Sifridus archiepiſcopus Colonienſis & Fridericus Dux Lotharingiæ, Comites, Barones & nobiles infiniti: & ſecundum conſuetudinem eccleſiæ Trever. à clero & religioſis longa vulgi circumſtante corona cum ſolennitate magna introductus eſt & intronizatus ſtatimque miſſarum ſolennia in honorem intemeratæ Virginis in D eccleſia ſancti Petri devotiſſimè celebravit. Quibus finitis, omnes invitantur ad epula, palatium nulli clauditur, lætiores facti poſt conviviũ, largius jocundantur: plebs ruit ad ſpectacula novi præſulis ac reliquorum principum & banorũ, totaque civitas in gaudia gratulationemque ſolvitur. A primo anno Beomundi per totum eius pontificatum officia divina ſuſpenſa fuerunt in eccleſia Majore: quippe quia vacante Præpoſitura & Cantoria eiuſdem eccleſiæ, promoto in Archiepiſcopum Beomundo, at Ebertd in Curia Romana mortuo, Papa Præpoſituram magiſtro Petro de Lutzelenburgo phyſico Rudolphi Regis Alemãniæ, Cantoriam vero magiſtro Ioanni officiali Curiæ Trever. contulerat, qui ambo tunc temporis in Curia Romana degebant. Qui cum Treverim ad obtinenda „ iſthæc beneficia perveniſſent, major capituli pars iis graviter adverſata eſt, appel„ latione ad ſedem apoſtolicam interpoſita: ſiquidem jurejurando ſeſe devinctos

aſſerebant,

A aſſerebant, atque eius rei confirmationē ac diploma impetraſſe ab ſede apoſto-
lica, quod perſonas quantumvis literatas, humili genere ortas recipere non tene-
rentur in fratres & canonicos, ſed tantum de clara ſtirpe genitas tametſi perſona-
rum acceptor non ſit Deus, & ſola ſit nobilitas animum quæ moribus ornat.
Homo enim videt in faciem, Deus autem intuetur cordis interiora. Quibus etiā
pactionibus Papa ſe ſe conſtringi negavit, ſed ab his & omnibus cōſimilibus quæ
poſſent excogitari, atq; à legum edictis ipſum abſolutum & liberum eſſe non du-
bitamus. Et ipſi canonici Trever. accepto nuntio de promotione Papali, ipſum
antevertentes, aliisq; perſonis & Præpoſituram & Cantoriam contulerant. Gra-
vis hinc orta diſſenſio inter illos. Nam Beomundus ac decanus & archidiaconi
& magna pars fratrum eiuſdem capituli parebant mandatis apoſtolicis, reliquis
ſuſpenſis & excommunicatis: & eccleſia ipſa interdicto ſuppoſita eſt, unde divi-
B nus cultus, obſervantia religionis & eccleſiaſtica diſciplina penitus diſſipata. Per
idem tempus dominus Beomundus obſedit caſtrū Schvvartzenberg auxilio Du-
cis Lotharingiæ captumq; tandem & funditus everſum eſt. Regio aliàs tempore
Beomundi à bellis & incendiis quievit. Ipſe quotidianis miſſarum ſollenniis, or-
dinum ſacrorum celebrationibus, ac horis canonicis ſingulari ſtudio intentus
fuit. In rebus mundanis acutiſſimus indagator & conſultus, procerum & conſul-
torum prudentiſſimus, diſcordiarum ſedator, pacis reformator, & totius hone-
ſtatis exemplar ac informator, iurium & conſuetudinum patriæ ſubtiliſſimus &
honeſtiſſimus recitator, ob mirabilem profundamq; ſapientiā principibus mag-
natibusq; ſeculi venerandus civeſque Trevirenſem paterna ſolicitudine ample-
ctebatur eorum pervigili cura procurans libenter pacem & honorem, ſicq; eos
reddidit cunctis ſuis beneplacitis benevolos & intentos. Moris illi erat quotidie
C miſſa & horis canonicis dictis in publico ſui poteſtatem facere omnibus quacun-
que de cauſa convenire atque appellare ipſum cupientibus: & ob eximiā facun-
diam nemo non libenter ipſi auſcultabat. Summo loco gratiæ fuit apud tres in-
clytos Romanorū reges, Rodulphum, Adolphum, & Albertum quorū primū
venerabatur ut patrem, ſecundū amplectebatur ut filium, tertium inſtruxit atq;
promovit ut amicum. Munitiones & caſtra totius diœceſis plurimum emenda-
vit. Inſtruxit caſtrum de Numagio, Alben & domū quæ Baptiſmus dicitur erexit à
fundo. Monthabur, Hardenfels, Pilliche, Mevene & alia caſtra plurima & præci-
pue Berncaſtel aulis, cameris, muris, turribus & propugnaculis ac diverſis ædifi-
ciis copioſe decoravit. Præterea in expeditionibus, conciliis & parlamentis regū
& Principum inter quos ſemper apparuit præ cæteris glorioſior, magnam pecu-
niæ vim largiter expendebat unde ſæpius ab eccleſiis ſubſidia poſtulabat, corpo-
D ri ſuo, rebus & amicis nunquam parcens, ſed cuncta liberaliter exponens pro iu-
re & honore imperii conſervandis, ac diœceſis ſuæ ſublimatione & commodo
promovendis. Quamobrē rex Adolphus fidem eius quodq; multa millia mar-
charum in eius & imperii promotione expendiſſet attendens, regale caſtrum
Cochme cum opido adiacente ac omnibus pertinentiis & caſtris videlicet Clot-
ten & Kemplum ex conſenſu & voluntate omnium Principū regni Alemanniæ
irrevocabiliter ipſi & eccleſiæ Trev. contulit in perpetuū pleno iure ſine calum-
nia omnimoda poſſidenda libere & quiete, ſimulq; regale hoc donativo & Regni
principū [illegible] roboravit. Melius ac nobilius membrū ac utilius pro
defenſione temporalium nullus deceſſorum acquiſivit. Dū etiā inſuper bona [illegible]
eccleſiæ [illegible] de Pie port ab ipſa eccleſia diu alienata redemit 400.
marcis. Advocatiam de Mevene 150. marcis, quartam partē [illegible] Ble-
gen 100. marcis, bonaque de Coverna [illegible] marcis, item bona de [illegible] &

de Giliſheim 400. lib. bona de Ludinſdorff 00. marcis emit, aliaq; multa quæ A
longū eſſet omnia recenſere. Feoda etiā & homagia plurima cōparavit eccleſiæ.
Domino de Dudelindorff contulit 200. lib. Trever. denariorum pro feodo cō-
parando, ut eſſet homo & fidelis eccleſiæ Treverenſis: itē Domino Ioanni Ad-
vocato de Hunolſtein 200. lib. Domino Friderico de Novo caſtro 200 lib. VVer-
nero Ringravio 200. lib Domino de Blanckenheim 250. li. Ioanni Domicello de
Mailberg 200. lib. Domino Reizoni de Bruberg 200. marcas: Comiti de Vienna
500. li. Domino de Berdberg 250. li: Domino Simoni de Keile 400. li. Turon. Do-
mino Iofrido de Meinſēberg 300. li. Domino Iofrido de Bolliche & Domino Cu-
noni 1000. li. Turō Domino Conrado & VVernero de Varnesberg fratrib9 300.
li. Domino Iſinbardo de VVarnesberg 00. li. Turō. Iſinbardo de Hei 00 li. Tu-
ron. Domino Friderico de Tettingen 200 li. Domino Beomundo de Saraponte
400. lib. ut caſtrum de Daginſtul aliàs Dageſtein ligium eſſet eccleſiæ Trever. B
itē Comite Geminipontis & Domino de Kirckele 1000 li. Domino Godilmanno
no de Dorſvvilre 200. lib. Domino de Manderſcheidt 150. lib. Domicello de Brā-
denburg 140 li. Domino Henrico de Helffenſtein 200 marcas. Comiti de Dietze
200. marcas. Multa denique comparavit homagia pro quibus 00 lib cui pau-
lo plus vel minus ſingulis contulit pro reditibus comparandis vel aſſignandis,
ſeu pro homagiis antiquis emendandis & augendis, quæ tædii vitandi cauſa præ-
termittuntur cùm ſint alibi plenius annotata. Sed & ornamenta eccleſiaſtica
pretioſiſſima comparavit, cuiuſmodi nemo unquā deceſſorum eius: preſertim
ornamenta pontificalia infulas caſulas, cappas, dalmaticas, & ſubtilia in univer-
ſam quinquaginta: calices inſuper aureos, & argenteas cruces gemmatas, & u-
tenſilia & clenodia aurea & argentea maximi pretii, & gemmas electas, ac libros
eccleſiaſticos multos ordinarios pro officiis pontificalibus & ſacris ordinibus C
canonice peragendis: quæ ornamenta capellæ ſuæ ſpecialiter ſummam 3000. li-
brarum valebant. Vnde ob admirandam conſtantiam & fidem ipſius approba-
tam, illuſtri ac preclaro loco habitus eſt apud Bonifacium octavum Papam &
omnes Cardinales: ſiquidem egregia eius fama orbem pervaſerat: tametſi inte-
rim non caruerit obtrectatoribus & invidis laudum ac fœlicitatis ſuæ, veluti &
de Adelberone pontifice viro plane magnifico legitur. Ipſo Beomundo petente
Rudolphus Romanorū Rex quinq; oppida in dioeceſi Trever. ſita, Montabur,
Berncaſtel, VVittelich, Billiche & Sarburg regali auctoritate liberas eſſe ſtatuit,
& hoc ſigilli ſui munimine confirmavit pleno iure, prout Regalis magnificen-
tia civitates & oppida libertare conſuevit: quam libertatem inclyti Reges Adol-
phus & Albertus publicè confirmarunt. Denique Chri. anno 1299. die 9. Decēb.
fato functus eſt Dominus Beomundus, pontificatus ſui anno 11. Treveris atque D
in clauſtro Hymerode ſepultus. Hæc de Beomundo ſcriptor antiquus eiuſdē tē-
peſtatis accurrate prodidit, Scheckmānus nulla parte, Trittenhemius autē Hir-
ſaug Chron. paucis attigit, inquiens: Anno Chri. 1298. 5. Id. Novēb obiit Beomū-
dus archiepiſcopus Trev. qui caſtrum Numagen prope Trittenheim villam na-
tivitatis meæ circa Moſellam à fundamentis de novo conſtruxit: ſepultus in Hy-
merod monaſterio. Sic ille, ſed in anno ac die mortis apertè aberrans. Prodidit
inſuper eodem anno Beomundum ſenio morboq; gravatum in coadjutorem
ſuum aſſumpſiſſe VVichboldum Colonienſem archiepiſcopum: cuius rei ſcrip-
tor vetus non meminit, eaq; propter id in medio relinqui poteſt.

Beomundo mortuo Bonifacius 8. pontifex Romanus ilico Dietherū de Naſ-
ſovv fratrem Germanum Cæſaris Adolphi quem anno ſuperiore Albertus Cæ-
ſar prælio victum occiderat, 91. archiepiſcopū Trever. conſtituit, quò pertinaci-

us Al-

A us Alberto Regi obſiſteret contra quem Papa tum quod uxorem haberet ut ve-
tus ſcriptor inquit, de viperali genimine ſeminis Friderici Imp. tum aliis de cauſis
rigidas exercebat ſententias. Eius Dietheri res geſtæ peculiariter ſcriptæ traditæ
non extant niſi quod Hirſaug. Chron. nec non initio geſtorum Baldevvini ſuc-
ceſſoris Dietheri, iſtud quod modo commemoratū eſt, proditur, addito inſuper
ipſum Cæſari Alberto viriliter reſtitiſſe, pariterq; Confluentinenſibus ſibi rebel-
lantibus eoſque domuiſſe cæterum & æris alieni plurimū, & invidiam cleri con-
traxiſſe ac tandem Romam citatum priuſquam dies comparendi exiſteret, fato
functum anno Chri. 1307. 23. die Novemb.

Succeſſit eodem anno 92. archiepiſcopus Baldevvinus de Lutzenburgo, Præ-
poſitus & Canonicus eccleſiæ Majoris Trever. die 7. Decemb à capitulo nomina-
tus abſens apud Lutetiam Pariſiorum diſciplinæ cauſa, jam tum vitæ annum 22.
B agens atque à Clemente 5. Papa rejectis adverſariorum querelis de minori ipſius
ætate dispensatū, ſolenniterq; confirmatus, proximi etiam menſis Martii die 6.
Idus, per Cardinalem presbyter ordinatus, & poſtridie ab ipſo Papa conſecratus
eſt Pictavii, Treverim deinde venit eodē anno Chri. die Pentecoſtes, magno pro-
cerum comitatu, magnaq; populariū lætitia receptus & in eccleſiā ſuam proceſ-
ſionaliter deductus eſt præſente matre, fratribus, ſorore, ac multis ſpectabilibus:
ubi mox eodē die miſſarum ſolennia ſolenniter celebravit. Curiam ſolennē fa-
ciens & ſumptuoſam cunctos advenientes lautiſſimè procuravit: à nobilibus &
ſubditis huldas & ſubjectiones debitas acceptavit, & feodalia feodalibus in feoda
condonavit, cunctaq; deceſſoris ſui debita perſolvit. diſſipata & obligata omni-
modo ſatisfaciens ad jus & proprietatē eccleſiæ viriliter revocavit. Hæc ſcriptor
vetus res eius geſtas prolixe tribus libris referens operoſus laudator etiā minima-
C rum actionum Primo libro ipſum non modo ſtatuta jejunia ſed alia quoq; plu-
rima ſæpe ſervaſſe, horas canonicas multaſq; privatas orationes dixiſſe, omni fe-
rè die miſſam celebraſſe, aliamq; audiviſſe, ſolitarium otii temporibus egiſſe, ſtu-
diis inſtitiſſe ſuæ eccleſiæ privilegia ſæpius perlegiſſe, ſpectacula ludoſq; fugiſſe
cæterū animi interdu cauſa cum ſuis veluti omniū minimus, epiſcopalem inqui-
ens dignitatem ſuſpendimus ad parietem, curſu, ſaltu, lapidis jactu, palæſt. a ſeſe
exercuiſſe, ac eiuſmodi innumera curioſe memorat. Tum etiam rancoris inquit,
materia inter eum & cives Trev. fuerat exorta. Nā cives tēpore Diętheri ſibi ali-
qua eccleſiæ jura illicite uſurparant, pro quo Dominus Baldevvinus nimiū offen
ſus guerram cum eis habiturus, primo anno creationis ſuæ Treverim exivit. Sed
Dominus VValramus (frater eius) hoc intercipiens, concordiā ordinavit, jura ar-
chiepiſcopi & eccleſiarū validè conſervando, ut in literis hinc inde datis contine-
D tur. Diſcreta etiam proviſione omnia eccleſiæ ſuæ privilegia primò Papalia, ſe-
cundò Imperialia, tertio homagialia & alia perpetua timens amiſſionem deſtru-
ctionemve vel ſigillorum antiquorū facilem aſſidua revolutione fracturā, quæ
poſteris inſigni damno eſſe poſſet, in unum volumen congregando & tranſcribi
mandando utiliter ordinavit, & illud triplicavit, unum ſuæ eccleſiæ capitulo &
capitulari loco, aliud ſuæ ſucceſſorum ſuorū cameræ Treverico in palatio, tertiū
verò ſuorum & ſucceſſorū ſuorum feriato ſemper Camerario ad omnia quo di-
verteret loca devehendum provide deputavit, ut archiepiſcopus ubiq; ſua Ho-
magia, literas & privilegia ſaltem ſub copia recognoſcere nec non unicuiq; cum
eſſet opus recitare poſſet iſtud vel tale à nobis in feodum habes Inſuper omnium
eccleſiarum ſuarum collegia ad oſtendenda ſua privilegia, quo in iſta volumina
deſcriberentur compulit, & quotquot oſtenſa ipſi fuere, quæ tamen ſub bullis
vel ſigillis apparuere veris, integrè de verbo exarari juſſit. ut ſi qua contingeret

vel antiquitate negligentiave vel alio quovis caſu amitti corrumpive, nihilominus A
in iis codicibus memoria retineretur perpetua. Sequitur li. 2. fratrẽ eius Henricũ
7. Regẽ Romanorum creatũ 2. anno Regni urbẽ Coloniam iterum adiiſſe, conventu ſolenni feuda ſuâ requirentes ibidẽ inveſtiviſſe, contumaces ritè pro tribunali condemnaſſe, & à Colonienſibus huldas accepiſſe confirmatis ipſorum privilegiis. Tum digreſſus ad Confluentiã Baldevvino petente perpetua theolonii privilegia Trev. eccleſiæ favorabiliter indulſit, anno Regni ſui primo, Chri. autẽ 1309. 6. die Febr. ac dein à Baldevvino rogat⁹ civitatẽ Treverim quã prius ob injuriã & offenſam ſæpenumero ſibi illatã necdũ adepto Regno hoſtiliter obſederat, nunc benigne viſitavit. Baldevvinus eccleſiæ ſuæ redditus ultra quòd invenit ferè duplicavit, territoria & homagia multipliciter ampliavit, civitatis & terræ augmentationẽ ſi cives gratanter acceptaſſent quã plurimũ procuravit. Nã & à fratre Henrico Cæſare nundinas nundinatũq; libertates uti Frãcofurdienſes habẽt, B
quando eis expirãt, videlicet à nativitate D. Virginis matris uſq; in diẽ ſancti Remigii in capite Octob. duraturas, civitati Trevericæ ob eius & circũjacentis terræ meliorationẽ donari & indulgeri ſub ſigillo Regio impetravit. Quã nundinarũ libertatẽ ſaltẽ Treverenſes circũquaq; proximã per leucã ut dicitur eis bannicã, obſervare & defendere recuſarũt, unde talis benevola impetratio quæ utiliſſima eſſe noſcitur, fruſtrata. Atq; inde Rex cũ Domino Baldevvino Comitatũ Lutzenburgenſẽ ingreſſus, ſolatiis plurimis inſiſtendo, ad civitates regias viſitãdas easq; Regno coadunandas ſe quãplurimũ diſponebat. Profectus tandẽ in Italiã cum Henrico Rege Baldevvinus, Mediolani ab ipſo privilegium perpetuũ impetravit eccleſiæ ſuæ ſuper theolonio Cõfluentino, nimirũ anno regni Henrici. 3. Chr. 1311. Non. Feb. Romæ verò Cellã quatuor coronatorũ ad jus archiepiſcopi Trev. pertinentem inhabitavit, quò rei illius memoria renovaretur. Nec diu pòſt privilegia C
ſuæ eccleſiæ quòd Bopardienſes & VVeſalienſes in ſturis & aliis Treverorum archiepiſcopo obediant & intendãt, in pignore ab Imperatore benevole obtinuit, quod utiliter impetravit: Datũ apud ſanctũ Caſſianũ, in caſtris ante Florentiã. an. Chr. 1312. Regni Hencici 4. Imperii primò, 6. Id. Decẽb. Deinde ab Italia digreſſo Baldevvino, Imp. Henricus mortẽ obiit. Lib. 3. geſtorũ pergit auctor. Baldevvini potiſſimũ opera cũ an. Chr. 1314. Ludovicus Bojariæ Dux in Regẽ Romanorũ electus & Aquisgrani coronatus fuiſſet, ibi Dominus Baldevvinus libertates ſuæ eccleſiæ & privilegia, fecerat innovari & confirmari, ſibi ab Imperio impignorata corroborari, & Comites Palatinos pro ſe & omnibus ſuis hæredibus omni ſuo juri in Mon. & Thurun procuravit ſimpliciter renuntiare: fecerat etiã Dominũ Joannẽ regẽ Bohemiæ & Petrũ archiepiſcopũ Maguntinum ad omnia prædicta conſenſum ſuũ adhibere & talia per omnia approbare. Iſto etiam anno pontib⁹ D
lapideis uno ripas Kile juxtà Iranck, altero ripas Ruuere junxit. Hinc ſancti Beati juxta Confluentes collegiũ 12. canonicorũ inſtituit obtenta in id Papæ confirmatione. Ludovico Cæſari adverſus Fridericũ Auſtriacũ in Ezzelingenſi prælio fortẽ operã navavit: ſequenti etiam anno Chri. 1315. præcipuam operam apud Spiram tulit, tam auxiliis militaribus quã re frumentaria: quo loco multa eccleſiæ ſuæ impetrans privilegia Bopardiam & VVeſaliam & additionem Galginſchide in pignore ſuæ eccleſiæ cum hulda acquiſivit priuſquam Treverim reverteretur. Anno Chri. 1316. Bacharici conventu procerum à Ludovico Cæſare habito, Bacharacenſes & Rotibula cum maxima Hulda pro maxima pecuniæ ſumma eccleſiæ ſuæ in pignus recepit. Sternenberg alienis legatum ſibi donari redimendũ impetravit: quod & redemit, eoq; ſuam augmentavit eccleſiam. Anno Chr. 1317. Stirberg prope Egram à Landgravio de Luchtenberg legitima emptione facta,
feudum

Digitized by Google

A feudum ligium & aperibile ſuæ in perpetuum eſſe eccleſiæ ut in literis continetur viriliter ordinavit. Iſto etiam tempore VVitlich & Meyen muris circundedit, & canonicos regulares de Lænche propter frequentem hoſpitũ viſitationẽ depauperatos, in Meyen tranſtulit: eccleſiam ibidẽ iis incorporavit. clauſtrũ iiſdem ædificavit ut regulam canonicorũ liberius poſſent conſevare. Anno Chri. 1319. auxilio venit Ludovico Cæſari adverſus Fridericum Auſtriacum apud VVisbaden: ubi cedente Friderico, Baldevvinus uti Bopardienſes ſi nollent ipſi obedire, auctoritate regia diffidere poſſet, impetravit, Nec diu poſt petro Maguntino pontifice mortuo, Baldevvinus ab univerſo capitulo in archiepiſcopum eiuſdem eccleſiæ poſtulatus eſt: cæterum gratiis actis effecit uti Mathias quidam niger monachus à Papa iſthoc pontificatu donatus, in epiſcopum reciperetur. Anno Chriſti 1320. gravi bello afflixit Adolphum Ducem Bavariæ, Comes de Spanheim, Naſſavv
B & Creutzenach: caſtrum Sprendelingen per vim cepit, agrum Crucenacenſem uſq; ad oppidi portas incendiis prædiſq; ac pariter finitima caſtri Spanheim vaſtavit. Bald nſtein ad lonam propter rebellionem Reineri & Ioannis de VVeſterburgh à fundamentis violenter erexit: caſtrumq; Reichenberg tunc conſtruxit & VVilhelmo Comiti de Catzenelenbogen in feudũ ligium cum omnibus pertinentiis dedit. Sequenti anno Chri. 1321. ipſius caſtri Baldenſtein fundum ab illis de VVeſterburg ſuæ eccleſiæ in perpetuum allodium comparavit, & in conventu apud Bacharacum ipſum caſtrũ auctoritate regia libertari curavit: retentiones in omnibus Imperii caſtris contra quoſcunque, & quod omnia Imperii obligata ubicunq; poſſet redimere, impetravit. Et caſtrum Scadecke feudum ligium & aperibile facta emptione legitima procuravit. Et Eſch prope Clothẽ muro circumduci & libertati fecit. Inſuper illos de Doſsvvilre ad ſatisfaciendũ capitulo
C ſuæ eccleſiæ Trever. mangno exercitu coegit. Anno Chri. 1322. caſtrum Kirburg feudum aperibile ligium à Simone de Spanheim comite acquiſivit, & terram quam undique violenter acquiſierat reſtituit. Duces Bavariæ hæredes Rudolphi Ducis, ipſe pignus Bacharach Ludovicum Cæſarẽ confirmaverunt aſſignatione. Anno Chri. 1323. Baldevvinus VVellenſtein prope Creutzenach & à Friderico Sylveſtri Nevvenberg prope Kyr caſtra, & turrim Seinheim feudum ligium & aperibile ſuæ eccleſiæ comparavit: & regem Boihemiæ feudo in Simeten renuntiare fecit, quod ligium & aperibile Georgius Comes Hirſutus ab ipſo Baldevvino & eccleſiæ ſua Trever. cum pertinentiis recepit, exceptis mi ſmicis & caſtrenſibus, ut in eius privilegiorũ libro plenius continetur. An. Chri. 1324. Smiedtburg & partem . . . ligia & aperibilia fecit, & Comitem de Hennenberg 41. marcarum argenti annuorum redditum feodalem ſtatuit, quos redditus ec-
D cleſiæ. Trever. in ſua terra aſſignavit. Iſto etiam anno ſociale bellum geſſit adverſus Metenſes. Anno Chriſti 1325 Furſtenberg diu obſedit: VVinterburg à Ioanne Comite de Spanheim feudum ligium & aperibile eccleſiæ comparavit. Anno Chriſti 1327. Mathiæ Maguntino pontifici auxilium tulit expugnando oppido zu den Gieſſen: quamobrem viciſſim Maguntinus ilico cum omnibus copiis ipſi Baldevvino ſeſe iunxit adverſus Bopardienſes, quos Baldevvinus magna vi invaſit, portis perruptis & incenſa oppidi parte cum ſuburbio, quod tamen præter eius voluntatem acciderat, ipſos ſuam requirere gratiam malis eorum gratibus coartavit: qui ſeſe ac oppidum bona & corpora & voluntati ipſius unanimiter reddiderunt. & ſibi & ſuæ eccleſiæ ſubiectionem & fidelitatem perpetuam iuraverunt, iuribuſque, libertatibus & privilegiis ſuis renuntiantes. Eodem anno totum ſancti VVendelini caſtrum & diſtrictum comparavit. Sequente qui fuit annus Chriſti 1328. contentione inter ipſum Baldevvinum &

Digitized by Google

"Comitiſſam de Starckenberg ſuper quibuſdam bonis in Birckenfeldt exortâ, A
cæterum treugis eo nomine conditis , nihilominus Comitiſſa Baldevvinum
haud præmonitum diffidatumve, per Moſellæ alveum navigio deſcendentem
prodirione cepit, & in caſtro ſuo Starckenberg detinuit, donec promitteret ſeſe
quoad viveret, nullum caſtrum in Birckenfeldt erecturum, ſucceſſoribus tamen
" arbitrio ſuo relicto. Sub idem tempus Mathia Moguntino pontifice mortuo
Baldevvinus à Capitulo eodem unanimiter in archiepiſcopum poſtulatus: at
eccleſiam ſuam deſerere nolens, tutor diœceſis Maguntinæ factus eſt, aſſignatis
in eius manus caſtris & munitionibus. Et Henricum de Virneburg quem Papa
Maguntino pontificatu donaverat, capitulum ſuſcipere recuſavit. Eodem anno
Baldevvinus vallem ſub Homberg ſituatam, renovationem VVeiskirch &
Lieſsheim caſtrorum ligia & aperibilia ſua eccleſiæ Treverenſi recepta ſtipulatione
ut in privilegiis adierit. Proximo anno Chriſti 1329. itinera juxta Cochme, B
Triis, Stupam & Neve per quæ vix inanis equus duci poterat, adeo ampliavit
ut equus aſinuſue cum ſarcina commodè tranſire poſſent. Maguntini cives
quia Baldevvinum pro Tutore illius eccleſiæ recipere nolebant, infeſto exercitu
ab ipſo petiti maximiſque cladibus & damnis affecti ſunt. Oppidum enim
Eltvvil inter Maguntiacum & Bingiam ædificavit, & eccleſiam de Flershem incaſtellavit,
mercimoniorũ uſum & annonã ipſis impedivit, ac tandẽ multis prælijs
fuſos ſeſe in Tutorem eccleſiæ admmittere compulit, anno Chri. 1330. Tum
quoq; caſtrũ Schmiedtburg comparando ac ædificando eccleſię Trever. dedit. &
juxta Treverim ſanctum Albanum ab abbate ſancti Mathiæ comparatum ædificiis
decorare cœpit pro Carthuſienſibus. Anno Chri. 1331. Domini de Eltz. Erẽberg,
VValdecce, Schonecce ac alii complures ſocii cum adverſus Baldevvinum
conſpiraſſent, ipſe exercitu contracto Eltz circũſedit, & Baldeneltz à fundamento C
conſtructum ad iſtius potentiam diminuendam mirabiliter firmavit. Eodem
anno caſtrum Solmetz feudum ligium & aperibile fecerat. VVinteravv ad tuitionem
eccleſiæ ſuæ Trever. conſtruxit. Inſuper needum finita guerra contra
Eltz, Erenberg, VValdecce & Schonecce, adverſus ipſos ædificavit caſtrum Ruſenberg.
Eodem anno Spirenſem epiſcopatum debitis belliſq; gravatum poſtulante
loci Epiſcopo & capitulo in temporalibus regendum ſuſcepit, treſq; ſimul
epiſcopatus adminiſtravit. Anno Chri. 1332. pax cũ Dominis de Eltz, Erenberg,
VValdecce & Schonecce ipſis bello feſſis facta: Baldevvin' ſui caſtri Baldeneltz
perpetuum juratum & fidelem Burggravium ſtatuit Ioannem de Eltz. Anno
Domini 1333. dominum de Schurenberg à Domino de Vonisberg comparatum
eccleſiæ addidit Moguntinæ: & eodem anno die 13. Novemb. Dux Lotharingiæ
de homagio ſuo à Domino Baldevvino recepto munimina tradidit literarum. D
Anno Chri. 1334. Baldevvinus petentibus Erfordienſibus infeſto exercitu Marchionem
Miſnenſem & Comites de Honſtein invaſit. Sequente anno Erfordienſes
ipſi rebellarunt, contra quos miſit Marchionem cum ſuis copiis. Anno
Chriſti. 1336. Spirenſis epiſcopatus adminiſtrationem reſignavit, alio in epiſcopũ
electo: ac ſequente anno Moguntinæ quoq; diœceſis tutela ſeſe deſtituit. Anno
Chri. 1339. Baldevvinus à rege Angliorum tanquam infinitis pecuniarum ſummis
mutuatis coronam regni eius pignori accepit. Anno Chriſti. 1340. veſaniæ
Comitum VValrami de Creutzenach & Sylveſtris de Duna domandæ cauſâ,
Dunam obſidione cinxit, & caſtrum quod Mons Sancti Ioannis dicitur, contra
Dunam à fundamento erectum, maximis operibus firmavit. Mox in die D. Thomæ
monaſterium: & conventũ Carthuſienſium juxta muros Trever. à ſe de no-
" vo conſtructum ſolenniter dedicavit. Sequente anno Chri. 1341. Comes de Spanheim

Digitized by Google

A heim opera Ludovici Imperatoris cum Baldevvino reconciliatus eſt: Comes verò Sylveſter de Duna è caſtro Velsberg nocturno plerunque tempore prædis incendiisque graſſari non deſinebat: quamobrem Baldevvinus tandem infeſto exercitu Velsberg obſedit, nequicquam tentante Duce Lotharingiæ cuius feudum & diſtrictus eſt ipſa arx, obſidionem propellere: Baldevvini enim potentia territus, ultro ad ipſum in caſtra venit, ſocietatem adverſus hoſtes quoſcunque contraxit: proinde caſtrum ac ipſo præſidio quo intus erat, Duci traditum eſt ad voluntatem epiſcopi violandum & deſtruendum, uti accidit. Proximo inſuper anno Chri. 1342. Comes Sylveſter de Duna tædio belli ſponte ad Baldevvinum Treveros profectus, ipſe ſeſe dedidit, eiuſq; gratiam adeptus eſt. Eodem anno Comes Barenſis a Domino Baldevvino homagium & feodum iuramento innovatum acceptavit, & ſuper eo duplicia munimina literarum præbuit. Anno Chri.

B 1344. Baldevvinus pontē apud Confluentes in Moſella ſumptuoſius conſtruxit: & à Domino Reinhero de VVeſterburg diffidatus inſtructo exercitū Scadece ſimul & Grentzavv arces expugnatas ſuæ eccleſiæ obtinuit. Eodem anno medietatem dominii de Limpurg emptione legitima acquiſivit. Anno Chri. 1345. privilegium perpetuum per totam ſuam diœceſin contra mendicantium ordines ſuper quarta parte legatorum parochialibus eccleſis concedenda impetravit. Anno Chri. 1346. die 11. Iulii cum aliis aliquot Electoribus ratificata Papæ excōmunicatione Ludovici Imp. tanquam ab Imperio depoſiti, adverſus ipſum in Regem Rom. elegit Carolum regis Boihemiæ filium. Anno ſequente Reinhardus de VVeſterberg auxilio Ludovici Imp. Burggravium Baldevvini ex arce Grentzavv pepulit, reſiduumq; de Grentzavv occupavit: cives quoq; Confluentinenſes ad obſiſtendū incautè profectos inſigni clade cecidit. Anno Chri. 1348.

C Dominus de VVeſterburg & Vilmarienſes multa diœceſi mala intulere. Baldevvinus iuſta emptione Vermich caſtrum cum pertinentiis ſuæ eccleſiæ compara vit, & Duci Iuliacenſi in cuius territorio ſitum eſt, feudi nomine conceſſit. Maguntiæ Cæſareo conventu privilegiorū ſuorū & Archicancellariatus regni Arelatenſis confirmationē obtinuit: ſimulq; per totam Galliam & Germaniā Tutor & Manburnus regni Romanorum conſtitutus eſt. Eodem anno cum multis fœderatis Hoſolmetz ſolo æquavit: & Vilmar infeſto exercitu aggreſſus, cùm in obſidione dies 15. moratus eſſet, pactione ipſum caſtrum in poteſtatem arbitrorū traditum: at poſtea conventionis fides uti & in Grentzavv ab hoſtibus fracta eſt. Eodem anno Baldevvinus caſtra & territoria Freudenberg. Freudenſtein, Coppa, & caſtrum & dominium de Coverna cum caſtrenſibus & pertinentiis comparata, & Bobingen feudum ligium & aperibile legitima emptione eccleſiæ ſuæ

D addidit. Anno Chri. 1350. diſſenſio nata eſt inter Baldevvinum epiſcopum & Iacobum de Moncler, qui à Baldevvino libera cuſtodia in palatio Trever. aliquādiu habitus, ac tandem per compoſitionē dimiſſus, ſtatim terris epiſcopi prædis & incendio vaſtare cœpit: quamobrē Baldevvinus anno ſequente Moncler obſidione cinxit, villam Ham navali irruptione cepit, & turrim ibi ædificans Grineck appellavit. Deinde relictis in obſidione copiis, ipſe Confluentiam profectus eſt, ubi Comes de Seyna literis traditis caſtrum hoc recognovit pertinere ad eccleſiam Treverorum. Ibi etiam Comes de Berge caſtrum ſuum VVyndeckh Domino Baldevvino venditum, ab eodem feudum ligium & aperibile ſuæ Trevericæ eccleſiæ, homagiumque de Aruueltz acceptavit & ſeiuratum hominem ſubdidit eccleſiæ Treverorum. Baldevvinus inde ad exercitium reverſus, variis operibus oppugnationi Moncler inſtitit, donec eodem potiretur, obſeſſis ſeſe per certas conditiones dedentibus. Epiſcopus igitur obtento caſtro, Dominus de Moncler

b

cler effectus, Natalem Domini ibidem in horis & miſſis devotè celebravit, ca- A
ſtrumque poſtea ſolo æquavit & exadverſo in ſancti Petri allodio fortius caſtrũ
ædificavit Sareſtein, iſto etiam anno caſtrum Tryſs cum pertinentiis ſuis jure ce-
dens feodali eccleſiæ ſuæ addidit. Anno Chri. 1352. pluribus magnatibus in fœ-
dus accitis, regio nomine generalẽ terræ pacẽ & eius advocatum Dominum de
Sleyda ordinavit: tertiaq; die Iulii Dunam Eiffliæ potenti exercitu ad deditionẽ
coëgit, cuius tamen poſteriorem partẽ deinde Colonienſi archiepiſcopo ceſſit,
& plurima caſtrenſium domicilia circa Dunam & Vlmenam quæ fuerant rapto
rum receptacula devaſtavit. Tum ultra Rhenum progreſſus Saſroth & Hoſele-
bach à quo præſidiũ noctu diffugerat, delevit: Elkershuſen etſi opinione invictũ
obſedit, ad deditionem compulit, incendit evertitq;: Tum Hackenberg etiam
obſeſſo Reinhardum de VVeſterburg ut Henricum de Graffſchaff captum libe-
rè dimitteret, adegit. Anno Chri. 1353. Bohemos in auxilium regi Franciæ miſſos, B
& à Ioanne de Schoneckh in caſtro Lieſshem cuſtodia retentos liberavit, caſtro
inſuper diruto. Gerolſtein etiam obſedit, ſed aquæ penuria relinquere coactus
eſt. Eodem anno 3. die Septemb. Fridericus Comes Sylveſter duplici ſyngrapha
recognovit ſe caſtrum Droneckh cum diſtriſtu dicto Marcha, & appendiciis de
Talfanckh ab eccleſia Trever. in feodum tenere. Nec diu poſt in vigilia Natalis
Domini in æde majore Maguntiaci Baldevvinus rege Carolo nec non Magun-
tino & Colonienſe Pontifice præſente veſperas, & in capella Regis Matutinas
& primam Miſſam celebravit, Regem communicavit & confirmationem mul-
torum privilegiorum obtinuit. Deinde XV. Cal. Febr. Treveros reverſus ægritu-
dine captus, receptis ſacramentis & auctoritate apoſtolica à pœna & à culpa ab-
ſolutus, 12. Cal. Martii animam efflavit, ætatis anno 68 pontificatu potitus an-
nis 46. ſeptimanis 6. dieb. 4. Exequiæ Treveris ſolenniter actæ, præſente Carolo C
Rege plurimiſque magnatibus: atque in choro poſteriore fani ſummi Trever.
ſitus eſt. Hæc iiſdem pene verbis ſed alienarum quoque rerum narratione inter-
polatus de Baldevvino prodidit auctor vetus, & uti apparet æqualis illorum tẽ-
porum: cui etiam res ipſius pontificis admodũ privatæ patuerunt. Scheckman-
nus de tam multis pauciſſima refert. Et hoc, inquit, non utilior epiſcopus fuit in
diœceſi. Bella geſſit multiplicia: invaſerunt enim gregem Trevericum lupi ra-
paces: in bellis ſemper fortunatus: impignorata redemit, caſtella, pagos, territo
ria, cum redditibus & proventibus maximis conquiſivit diœceſi. Addit tum de
fundatis Carthuſienſibus tam apud Treveros, quam ad Confluentes, ac de põte
ibidem conſtructo. Trittenheimius Hirſaug. Chron. plura de Baldeuvino, uti &
inſuper omnibus relata ſunt, ex eodem ſcilicet auctore commemorat. Habet autẽ
& hoc amplius, anno Chriſti 1329. Baldeuvium à canonicis VVormatienſibus D
in Adminiſtratorem illius eccleſiæ vnanimiter aſſumptum, eaque cura ſequente
demum anno ſeſe liberaſſe, adeo vt aliquandiu (tametſi in iſto videtur errare
Tritten hemius) ſimul quatuor eccleſiarum rector fuerit. Sed & Baldeuvinus,
inquit, ordinarium breviarij totius anni emendans & corigens, in eam formam
qua meus eſt reſtituit, & eccleſiam ſuam multis divitijs & honoribus ſupra om-
nes prædeceſſores ſuos magnificè ampliavit. Ita Trittenhemius. Et Albertus Ar-
gentinenſis in anno Chriſti 1349. Baldevvius, inquit, archiepiſcopus Treverorũ
cum annis 42. rexiſſet eccleſiam, & propter ſenium ac tenacitatẽ nihil plus pro-
,, ficeret, cùm frequenter ſolitarius vitam quaſi carnificum duceret, Ioannem de
Liechtenberg Argentinenſem præpoſitum in ſpiritualibus & temporalibus Ad-
miniſtratorem & Vicarium deputavit. Inſuper in catalogo quodam manuſcrip-
to Treverenſium pontificum, præter alia refertur ſolitariæ vitæ precipuum de-

ſiderium

A ſiderium Baldeuvino fuiſſe: neque ſolùm duo monaſteria Carthuſienſiũ, videlicet aqud Treveros D. Albani, & iuxta Confluentiam D. Beati condidiſſe, facultatibus ampliſſimis additis, ſed etiam in D. Albani cœnobio ſibiipſi peculiariter conſtruxiſſe Cellam, eamque per vices inhabitaſſe contemplationi vacando. Et pergit auctor, ſimplici habitu ac propemodum deſpecto panis & aquæ ſæpiſsimè edulio ac paucis ſibi ſervientibus contentus, multis annis devote & laudabiliter ſancta converſatione vixit. Relatione quippe patrum Carthuſienſiũ qui ei ſedulò miniſtrarunt didicimus, tantam in eo fuiſſe humilitatem, vt etiam ſervientiũ ei obſequia clam effugeret, ſibiq; ipſe lætus & alacer miniſtraret. Tanta ei deniq; ad divinas laudes devotio affuit, vt de nocte ſurgeret & cum fratribus matutinas decantaret: tantus feruor, vt excitantem alios ſacriſtam ipſe ſolicitus ſæpe prævenirer. Miſſas in conventu cantavit, & de manu ſua diebus ad hoc ſtatutis fra-
B tres ipſe communicavit. Miſſas ſuas devotiſſimè celebravit, ordines, eccleſias, altaria conſecrans: ac alia epiſcopalia iura & opera paſtorali cura & diligentia ipſe perſonaliter officioſiſſimè adimplevit &c. Hæc in catalogo: ubi & epitaphium eius admodum inconditum carmen refertur. Deniq; præter ea quæ cõmemorata ſunt in ſuperioribus, exempla proferuntur regalium codicillorum quos Baldevvinus ad incrementum & confirmationẽ dignitatis opumq; ſuæ eccleſiæ nactus ſit. Henricus 7. Rex Romanorum ſemper Auguſt. Venerabili Baldevvino Treverorum archiepiſcopo Principi & Germano ſuo chariſſimo ac eius eccleſiæ monetam uti deceſſores illius eandem ab Imperio habuerunt, denuo cõceſſit & confirmavit, expreſsè conſentiens quòd archiepiſcopus in civitate Treverenſi & extra in locis ſui dominii vel diſtrictus, monetam ſuam quamcunq; per ſe vel aliòs cudere valeret, prout ſibi ſecundum Deum & juſtitiam melius videretur. Sub *Tomo 6. piſc. 5. littera L.*
C ſigillo regio Datum Lutzelenburg. 6. Cal. Iulii anno Domini 1310. regni Henrici ſecundo. Ludovicus 4. Rom. Imp. Aug reſpectu Baldevvini Treverorum archiepiſcopi, civitatem, oppida, villas, valles & caſtra ſua & eccleſiæ ſitæ liberavit & libertata confirmavit, prout Impp. & Reges Rom. munitiones libertare conſueverunt, indulgens locis ac civibus & incolis eorum ut omni jure, honore & honeſta conſuetudine quibus oppidũ Franckenfort eſt munitũ, gaudeant, & quòd archiepiſcopus liberam poteſtatem habeat per ſe vel alios ibidem delinquentes, puniendi, & tam meri quàm mixti imperii juſtitias exercendi & exequendi. Caſtrum Cocheme & Clottene cum omnibus appertinentiis eidem archiepiſcopo jure proprietatis & poſſeſſionis tenendum perpetuò confirmavit, ita etiã ut impignorata ad inſpectantia redimere poſſet à quocunq; ac ſibi habere. Monetam in civitate Trever. & extra quovis locorum ſui dominii vel diſtrictus pro more *Tomo 6. piſc. 5. littera D.*
D cudendi facultatẽ innovavit, pariterq; theolonium in Confluentia. Volens etiãne Baldevvinus vel ultra montes, vel citra ad parlamentũ aut expeditionem Imperatoris ire teneretur, niſi & alii Principes Electores omnes vocarentur. Neminem vaſallorum, miniſterialium, caſtrenſiũ, civiũ, oppidanorum, hominũ aut ſubditorum archiepiſcopi ad judicium Regalis vel Imperialis curiæ vel alterius cuiuſcunq; ſuper quacunq; cauſa trahi permiſit invitum niſi archiepiſcopus juſtitiam denegaret, vel homines eius aut ſubditi ipſi parere au ſtare juri coram epiſcopo recuſarent. Libertatem vectigalium, tributorum & onerum eccleſiaſticis perſonis pro rebus quas non negotiandi cauſa deferrent, indulſit. Fori eccleſiaſtici cauſas alio trahi vetuit. officium & prærogativã Archicancellariatus regni Arelatenſis & Galliæ ſtabilivit. Receptiones & retentiones per fideles Imperii ac jus eis de rebus paciſcendi approbavit. Poteſtatem quælibet Imperii bona, ubicunque, cuivis aut qualitercunq; obligata, alienata ſeu vendita redimendi ſibique

biq; retinendi archiepiſcopo permiſit. Eidem in augmentũ feudorum ſuorum A merum & mixtũ imperium & plenam juriſdictionẽ in Cranburg & in omnibus juriſdictionibus, villis & earum hominibus diœceſis Trever. ubi homines ſeu villani judicia reddere criminalia & civilia ſolebant, quæ Freiengerode vocantur, conceſſit. Homines eccleſiæ Trever. in civitatibus & oppidis Imperialibus recipi pro civibus qui Palbulger dicuntur, haud licere ſtatuit. Archiepiſcopo de nobilibus, vaſallis, & miniſterialibus eccleſiæ ſuæ ac de eorum feudis ſecundũ formã aulæ Regalis ſeu Imperialis judicare fas eſſe cenſuit. Excommunicatos ab ipſo archiepiſcopo vel ſuis, poſt annũ & diem proſcribi juſſit. Sententiam ſuperiorũ Regum de feudi amiſſione, ſi vaſallus inveſtituram infra annum & diem non requirat, vel feudum alienet, confirmavit. Caſtra, fortalitia ſeu munitiones à quoquam infra Leucam unam à locis juriſdictionis aut diſtrictus archiepiſcopi & eccleſiæ Trev. (quam prærogativa venerandæ ſenectutis meritò præcellentem ſin- B gulari hoc privilegio decorandã cenſuit) erigi præter voluntatem archiepiſcopi ſeverè inhibuit. Deniq; cuncta vetera privilegia, libertates & gratias monetas, judæos, juriſdictiones, foreſtarias, dominia, thelonia, ſtratas publicas, conductus per terram & aquam in dominio vel diſtrictu ipſius archiepiſcopi vel eccleſiæ, cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus quæ tenet, nominatim feoda de Coverna caſtri ſuperioris & inferioris, proprietatẽ & poſſeſſionem ſeu quaſi monaſterii Sancti Maxmini Trev. advocatiã monaſterii de VVadgaſſe & de Sprenckersbach, nec non poſſeſſionẽ oppidi ſui Monaſterii in Meinfedt & caſtri Thuron denuo approbavit & confirmavit, vt nemo in futurum ipſi archiepiſcopo ſuper eis aliquam movere audeat quæſtionem, omnes defectus ſupplendo de plenitudine peteſtatis Imperialis ſanctione addita cũ pœna 100. li. auri puri. Sub ſigillo Imperiali. Datum Nurenberg 10. Cal. Septemb. anno Domini 1312. Regni C

Tomo e-piſc. 5. littera M.

Ludovici 18. Imperii 5. Carolus 4. Rom. Baldevvino diploma perq; ad facultatem dediſſe aſſeritur ſocietates, confraternitates, conjurationes, ſtatuta, conſilia, conſuetudines vel obſervantias quaslibet minus rationabiles, vel ipſi archiepiſcopo ſeu eccleſiæ contrarias, in civitate Treve. aut oppidis vel terris ipſius aut eccleſiæ tollendi, & in melius mutandi: additurq; mandaſſe Carolũ quòd cõmunitates & incolæ prædictarum civitatis, oppidorum & terrarum archiepiſcopo ſingulis decenniis ſuas huldas & fidelitatum præſtationes innovarent memoriæ cauſa; quodq; magiſtratus locorũ jura, libertates & conſuetudines ſervare jurantes, iſtud facere debeant cum exceptione juramenti prius archiepiſcopo præſtiti. Pars literarum typario Regiæ Celſitudinis communitarum. Datum Romæ 6. Cal. Decemb. anno Domini 1346. regnorum Caroli anno primo.

Tomo e-piſc. 5. littera N.

Idem Carolus 4. Rom. & Bohemiæ rex venerabili Baldevvino archiepiſcopo Trever. Principi & D patruo ſuo chariſſimo ac eius eccleſiæ proditur innovaſſe privilegium monetæ, indulgens ut in civitate Trever. vel extrà, locis quibuſcunque ſui dominii vel diſtrictus, monetam auream & argenteam cudi atque mutare faceret pro ſuo arbitrio, abſque cuiuſquam impedimento, ac volens ut in terra ſeu dominio ſuo ubi moneta cuderetur, emptiones venditionesq; mercium & victualiorum non alia pecunia fierent quam illis denariis ibi fabricatis, niſi de ſpeciali conſenſu Archiepiſcopi. Diploma id pœna 20. lib. auri puri ſancitum. Sub Regiæ Majeſtatis ſigillo. Datum Maguntiæ anno Domini 1354. Indict. 7. 6. Id. Ianuarii, regnorum Caroli anno octavo.

Hactenus expoſitis Baldevvini Treverorũ archimyſtæ rebus geſtis, ad ſucceſſorem eius pergendum eſt. Is fuit Beomundus alter huius nominis, Treverenſiũ pontificum 93. genere de Edendorff, vir prudens, cæterùm ſenectute confectus

eaque

Digitized by Google

A tus eadq; propter quietis appetens. Tum Comites militesq; ac nobiles eccleſiæ Trever. jurejurando conſtricti, ſpreta religione adverſus archiepiſcopum conſpirarunt, caſtraq; ſua priùs Baldevvino vendita per vim veluti propria ſibi poſſidere cœperunt. Comiti autem de Starckenburg tota regione prædis incendiiſque graſſanti, Beomundus exercitu contracto reſtitit, donec pax facta eſt. ac tandem Beomundus Cunonem de Falckenſtein adjutorem ſibi aſſumpſit, nec diu pòſt, conſenſu Romani pontificis ſucceſſorē conſtituit, abdicata ultrò provinciæ cura. Mortuus anno Chri. 1367. die Scholaſticæ virginis, ſepulcto in æde Majore Treveris conditus. Hæc ferè in geſtis Cunonis qui ſucceſſit tradita ſunt, & à Scheckmannno quoque generatim memorata. Trittenhemius autem Hirſaug. Chron. ſcribit, gravibus inter Beomundum Comiteſque de Spanheim & Starckenburg diſcordiis ortis propter caſtella quædam & dominia, mox inter-
B cedentibus amicis VValramum Comitem de Spanheim in concordiam cum epiſcopo rediiſſe, ſed Comitem de Starckenberg agrum villaſq; Trever. eccleſiæ ferro ac flamma vaſtaſſe: Beomundum igitur infeſto exercitu villam eius Enckerich ad Moſellam cum ipſa munitione quam Comes ſub Caſtello Starckenburg *Tomo 6. piſt. 5. litera F.* pro exigendo à navigantibus theolonio fecerat, cepiſſe ſubvertiſſeq;, qua re Comes ad petendam pacem ſit adductus. Inſuper Beomundū podagra ſenioq; gravatum Cunoni Moguntino canonico quem priùs Coadjutorē accivetat, epiſcopatum reſignaſſe refert anno Chri. 1362. pro ſuſtentatione ſui oppido & arce Sarburg cum attinentiis dum viveret retento. Privilegium ut perhibent, à Carolo 4. Imp. obtinuit, quo confirmata illi antiqua deceſſorum poteſtas & prærogativa Iudæos Treveris, Confluentiæ, ac in aliis oppidis ditioneq; tota eccleſiæ Trever. tanquā cæteras ſuas res proprias habendi: addita ſanctione pœnæ 50. librarū
C auri puri, ne Treverenſes Confluentini, aut qui alii diœceſis incolæ ab eiuſmodi Iudæis ad epiſcopum pertinentibus tributi, cenſus, aliove quovis nomine quicquam exigerent. Sub ſigillo Imp. Majeſtatis Datum Metis an à nativit. Chri. 1356. die D. Luciæ virginis, Regni Caroli anno 11. Imperii 2. Porro Beomūdus ut dictū eſt Cunonē de Falckenſtein canonicū Moguntinū, quod illi[9] eccleſiæ tutela ſtrenuè ſummaq; cū laude functus erat, initio Trev. eccleſię canōicatu auxit, ſimulq; ſibi adjutorē ſumpſit. Nec diu poſt quū auxilio finitimorum adverſus Arminiacos, dein etiā peculiariter cōtra Philippū Iſenburgicū fortē operā Cuno navaſſet, ipſum Philippū cepiſſet, caſtrumq; quod ille ad eccleſiæ Treverenſis detrimentum extruxerat, evertiſſet, tanta eius fortuna lætatus Beomundus, ipſi Archiepiſcopatū tradidit: auctorq; factus eſt Papa Innocentius ſextus anno Chri. 1362.

D Cunonem hunc Treverorum 94. antiſtitem pontificatu aſſumpto valde charum civitati Treverenſi, atque ab ipſa ſtatim inuſitatis honoribus affectum fuiſſe certis actorum monumentis conſtat. In more erat civitatis inſtitutoque majorum uti quum deſignatus Archiepiſcopus Treverenſis primùm cum pallio Treverim perveniſſet, & in ara D. Petri quæ eſt in æde ſumma miſſam decantaſſet, poſtero die prodiret in aream civitatis vulgari nomine Camphoff dictam, quo etiam magiſtratus urbis & populus conveniebat. Tum civitatis Centenarius nomine civium & univerſitatis ſacramentum publicè dicebat Archiepiſcopo conceptis verbis, ipſi ſuum & eccleſiæ ſuo dominatum ac jus ſicuti jam inde antiquitus ſeſe relicturos, ſalva civitatis libertate, jure & conſuetudine uti item antiquitùs. Tale juramentum Cunoni deſignato pōtifici Centenarius

Demſelben Ertzbiſchoven ſein vnd ſeines Stiffts herſcheidt vnd recht zu laſſen wie die vō alters herkommen/ Behelteniß vnſer Ste-

de freiheide / rechts vnd gewonheit wie ſie von alters herkommen.

tenarius urbis præſtitit honoris præcipui gratia (ſic in actis traditur) non juris neceſſitate: ſiquidem nec miſſæ ſacris tunc temporis operabatur, nec palliū obtinuerat. Cuno verò confeſtim dextra porrecta in manum Magiſtri Scabinorum, ipſi vice civium & univerſitatis ſua Principali fide jurisjurandi loco palam promiſit, civitatem in ſua libertate, ſuo jure ac more prout jam inde antiquitus ſinere atq; conſervare. A

Sie bey jhrer Freyheide / recht vnd gewonheit wie die von alters herkhommen / zu laſſen / vnd ſie darbey zu behalten.

Nihilominus tamen haud diu pòſt contentiones graviſſimas cum civitate exercere cœpit. Ita nimirum ex adipe prodit iniquitas ut ait Ioannes XXII. Papa. Præcipuam diſſenſionis occaſionem inde ſumpſit, quòd civitas ex inveterato uſu jus ſibi aſſerebat negotiatores mercimonia flumine Moſella vehentes adigendi uti triduo mercatum in ripa urbis haberent, præterea quòd ſtatutis tam veteribus quàm novis uteretur eccleſiaſticæ libertati adverſis. Archiepiſcopus itaque myſtas omnes procul à civitate diſcedere juſſit, vias & aditus ad urbem terra flumineque præcluſit, commerciorum uſum & annonam impedivit. præſidiis cuſtodiisque finitima ſepſit, cives aliquot per miniſtros equitesq; ſuos hoſtiliter cepit, & in vinculis habuit donec de controverſiis omnibus civitas arbitrum recipere coacta eſt Imperatorem Carolum 4. Atque ita ſubito variis hinc inde querelis & reſponſionibus editis, quæ etiamnum monumentis literarum perſcriptæ ſuperſunt, Carolus judicium tuliſſe fertur civitati quidem adverſum, ſed gratiæ manifeſtò obnoxium, & conſulti Iuris juſtitiæque cenſent, multis nominibus infirmum: quamobrem neque civitas exhibitis cum ſuo ſigillo literis arbitrium laudavit, tametſi hoc Carolus expreſsè tā ut arbiter quàm ut Princeps ſummus in ipſa ſententia juſſerat, & de tali arbitrio ipſius paulo pòſt denuo tranſactū eſt, nimirū anno Chr. 1365. die 16. Iunii, quemadmodū ſignatis eodē die tabulis conſtat. Nondum igitur inde uſq; in præſens ſpacio amplius annorū ducentorū Carolina iſta ſententia vim ullā nacta contenditur: ſiquidem Cuno primùm, ac deinde ſucceſſores eius ſponte ab arbitrio receſſerint, atque iſtud deſuetudine prorſus interierit, civitas vero hactenus in uſu perpetuo libertatis antiquæ ac priſtini juris ſui permanſerit & præſens Treverorum reipubl. forma haud ſecus ac aliarū omnium civitatum dignitatumq; ſacri Imperii conditio, ipſa viciſſitudine naturaque rerum atque temporum Germanici Regni, nec præter auctoritatem Regum & Imperatorum, per longiſſimam conſuetudinem jure optimo introducta firmataq; ſit. Et exiſtimari equidem poteſt haudquaquam levibus de cauſis à Carolina iſta ſententia ipſum Cunonem receſſiſſe, nova tranſactione cum civitate inita, veluti jam dictum eſt. Nec tam difficilè, quàm prolixiùs ſit non ſolum conjecturas, ſed etiam ſolida in id cauſarū argumenta plurima cōmemorare: cæterū ſi ipſa ſaltem Carolini arbitrii formula petitis uberior & pluſquam enormis, ſimulque jusjurandum Cunonis quo ſeſe biennio antè obſtrinxerat, uti civitatē in ſua libertate, ſuo jure atq; conſuetudine veteri ſineret atq; conſervaret, animadvertatur, ſtatim ſumma ratio ad tranſigendū & ad deſerendū arbitriū ipſe ſibi taliū conſcius pontifex in aperto eſt. Sed hæc hactenus. Cunonē ſcribit Trittenh. Hirſaug. Chron. valde utiliter prefuiſſe annis 21. (quod à morte Beomūdi accipiendū eſt) & pro ſervitiis, inquit, Carolo Imp. 4. multipliciter impēſis Bopardiā & VVeſaliā cū medietate Sterrēberg quæ Baldevvinus quōdā archiepiſcopus à fratre ſuo Henrico Imp. 7. in pignus expenſarum ratione Imperii in Italia habitarū obtinuerat, impignoratione arctiore pro ſuma maxima impetravit, ita quod poſterioris impignorationis ſumma major fuerit priore. Erat enim Cuno vir prudentiſſimus,

B C D

dentiſſimus,

Digitized by Google

A dentiſſimus, qui à natura ad regimen etiam multarum eccleſiarum natus vide-
retur, laborioſus, ſtrenuus & ingenio acutiſſimus, & cui nullus ſuo tēpore inve-
niretur ſimilis. Addit poſtea, Chr. anno 1367. ipſum ab Engelberto archiepiſcopo
Colonienſe volūtate capituli illius, & Vrbano 5. pontifice Rom. approbante co-
adjutorem aſſumptum adminiſtrandæ Colonienſis eccleſiæ tam in ſpiritualib⁹
quam temporalibus: & quum anno proximo mortem obiiſſet Engelbertus, Cu-
nonem à capitulo poſtulatum archiepiſcopi Colonienſis titulum recuſaſſe, ſed
juſſu Vrbani Papæ. Adminiſtratorio nomine eccleſiam Colonienſem cum ſua
Treverenſe ſatis ſtrenuè & utiliter gubernaſſe: quibus quoque temporibus ca-
ſtrum Engers cum fortalitio ſuo juxta Rhenū inter Confluentiam & Anderna-
cum, ſatis pulcrè conſtruxit, quod ex nomine ſuo Conenengers nuncupari volu-
it, tametſi nomen eius pauci apponant. Deniq; Chri. anno 1369. idem auctor re-
B fert Cunonem eccleſiæ Colonienſis Adminiſtratorem civitate illa, quòd eccle-
ſiaſtico interdicto ob violata privilegia & libertates clericorum biennio ſubacta
fuerat, clerum excedere juſſiſſe. Plenius in annalibus Agrippinenſium traditur
Cunonem non modò Coadjutoris, ſed etiam Adminiſtratoris & Commenda-
toris & Vicarii generalis poſtremoque rurſus Adminiſtratoris titulo ſucceſſive
Colonienſem eccleſiam rexiſſe, donec eandem anno Chriſti 1370. nepoti ſuo ex
ſorore Friderico Sarvverdenſi tradidit. Inſuper à ſcriptore rerū Cunonis proditū
eſt, ipſum poſtquam Colonienſis eccleſiæ curā depoſuiſſet, etiam in Archiepiſco
pum Moguntinum petitum, ſed gratiis actis renuiſſe provinciam. Deinde ſcrip-
tor idē nec recedēs, in hanc ſententiā pergit. Dominus Cuno archiepiſcopatū ſuū
Treverenſem ampliavit, omnia caſtra & fortalitia firmavit, muris exaltavit, fru-
C menti & vini abundantia ditavit. Caſtrū Schoneck cū attinentiis à Duce Lutzen-
burgenſe ſibi hypothecæ datū, ac rurſus liberatū, denuo poſt obitū Ducis à Rege
VVenceslao pro majore pecuniæ ſumma pignori accepit. Ducem Lotharingiæ
mutuo etiā argento propter pacē patriæ ſibi conciliavit. Comitē de VVida cum
Iſenburgenſibus domuit, rapta reſtituere compulit. Eccleſiā in Engers quæ Co-
mitis eiuſdem erat, ſibi retinuit, munitionemq; de eccleſia & villa fecit: hoſtiles
irruptiones varias à diœceſi fortiter avertit. Poſtremò cū infirmitate corporis fa-
tiſceret, VVernerū de Konigſtein ex filii Philippi fratris ſui genitum, aulæ ſuæ diu
aſſuetū, & in Archidiaconatu Trev. geminaq; præpoſitura D. Florini Confluen-
tiæ Diviq; Paulini juxta Trev. ſatis probatum ſimplicem, rectum ac providū ſibi
ſubſtituit, annuente Vrbano 6. Pōtifice Rom. qui explorata VVerneri induſtria,
Cunonem ab epiſcopatu abſoluit, VVernerū ipſum confirmavit, conſecrari juſ-
D ſit, pallium illi traſmiſit & univerſos obtemperare juſſit: quamobrē etſi canoni-
ci ædis ſummæ nonnihil initio reſiſterent, quod capitulariter non erat electus,
cauſis tamē auditis tandem conſenſere, ipſum elegerunt, electum confirmatūq;
dicto audientes ſuſcepere. Ita Cuno VVernerum anno Chri. 1388. menſe Majo ſo-
lenniter in epiſcopatum induxit, pace, tranquillum, ære alieno liberū, copia vi-
ni, frumenti ac annonæ reliquæ cunctis locis abundantē, adeo quidē ut aſſirma-
retur archiepiſcopales opes longè ſupra centena millia nummorū florenorum
uberiores tum fuiſſe quàm reperiſſet Cuno. Eas verò ipſe non ſtatim VVer-
nero conceſſit, ſed in poteſtate ſua retinuit dū vixit: cæterum brevi poſt menſe
Iunio mortuus & Confluentiæ ſepultus eſt in æde D. Caſtoris. Ita fere ſcriptor il-
le vetus de Cunone, quanquam rudius & prolixius.

In catalogo Cæſarum ſuprà de Carolo 4. Imp. ac VVenceslao Rege comme- Tomo e-
moratum eſt Cunonem Treverorum archimyſtam ab iis anno Chriſti 13 [illegible]4. & piſt. 5. lite-
1376. diploma parū convenientia nomini Auguſtorū, ſupremæq; Majeſtati ad- ra H.

Digitized by Google

Tomo epiſc. 5. litera L.

verſa, ſicuti jam prius relata ſunt, videri impetraſſe, prætereaq; Regalia Caroli A
4. Imp. Cunoni archiepiſcopo Treverorum Chriſti anno 1376. poſtride Cal. Iunii
conceſſa nuper prodiiſſe. Codicillis iſtis quæ vocant Regalia, breviter hiſce de re-
bus mentio fit. Carolus 4. Rom. Imp. Aug. & Bohemiæ rex, intuitu venerabilis

Tomo epiſc. 5. litera O. & Tom. epiſc. 6. litera S.

Cunonis ſanctæ Trever. eccleſiæ archiepiſcopi, ſacri Imperii per regnum Arela-
tenſe & Galliam archicancellarii, Principis Conſanguinei devoti ſui chariſſimi,
civitatem, oppida, villas, caſtra & fortalitia eius & eccleſiæ prædictæ libertat & li-
bertata confirmat, eademq; decernit ad ipſam eccleſiam Treverenſem pertinere,
cum juriſdictione meroq; ac mixto imperio & eorundem exercitio, poteſtateq;
animadvertendi in delinquentes iſtorum locorũ. Confirmantur dein & conce-
duntur eidẽ archiepiſcopo atq; eius eccleſiæ proprietas & poſſeſſio perpetua ca-
ſtrorum & munitionũ Cochme, Kemplen & Clotten cum thelonio, juriſdictio-
ne & omnibus pertinentiis, item monetam in civitate Treveri vel extrà, locis do- B
minii vel diſtrictus epiſcopalis ſignandi, & falſarios puniendi jus, non obſtante
ſed ſublata prætenſione civitatis Treverẽſis quòd epiſcopus in civitate ipſa cum
illius conſenſu monetã cudere debeat. Confirmantur deinde thelonia ſuper flu-
mine Rheni & Moſellæ, & immunitas vectigalium pro rebus quas clerici diœce-
ſis Trev. non negotiandi cauſa deferunt, item juriſdictio & conductus ſuper flu-
vium Moſellæ unà cum ſtrata eius utrobiq; dicta Linpadt, à ripa Dilmerbach
prope villam Remich, uſque in Rhenum, & conductus ſuper fluvium Rheni à
Duberbach inter Brie & Renſe, uſque ad ripam Nette prope Andernacum, præ-
terea conductus & foreſta in Spurckenberg prope Montabur, in Leſura, Kyle &
Sura fluviis, nec non toto tractu inter amnes Brimzam & Dronam: ſtrata eti-
am utraque ſeu Linpadt & conductus fluminis Saræ ab amne Brimza uſque ad
Moſellam, ſanctione addita ne quis cuiuſcunque ſtatus illos conductus per re- C
ceptionem thelonii vel captionem ſeu arreſtationem perſonarum vel rerum,
quovis modo belli quoque temporibus infringat, quibuſcunque privilegiis non
obſtantibus. vel pravam conſuetudinem in iſtis conductibus naufragorum vel
cadentium bigarum & aurigarum bona veluti jure Grundtror occupandi, dein-
ceps exerceat. Vaſalli miniſteriales, caſtrenſes, cives, oppidani aut ſubditi archi-
epiſcopi tam eccleſiaſtici quàm ſeculares, etiam ſi quis miniſterialis aut vaſallus
ipſius Cæſaris ſeu Imperii foret, ad judicium Imperialis aut Regalis curiæ, vel al-
terius cuiuſcunque ſuper quacunque cauſa trahi vetantuur inviti: ſed coram
Archiepiſcopo conveniri jubentur, niſi non parerent, aut coram eo ſtare juri re-
cuſarent. Archiepiſcopo ſimilem Regali vel Imperiali aulæ judiciorum formam
exercere, atque una ſola pro omnibus terminis citatione uti permittitur. Quibus
perſonis in judiciis ſuis etiam feudalibus uti poſſit, & qualiter actis judiciũ tan- D
quam veris ſtari oporteat exprimitur. In feudalibus cauſis à curiæ paribus ad Ar-
chiepiſcopum, ipſi etiã Archiepiſcopo à parium ſententiis quibuſcunque ad Cæ-
ſarem provocandi facultas tribuitur. Vaſalli intra diem & annum feuda ſua re-
quirere atque recipere, nec ea præter domini voluntatem alienare aut obligare
jubentur, alioquin libera poteſtas Archiepiſcopo conceditur protinus abiq; ul-
lo juris ordine talia feuda ſibi vendicandi. Inſuper Archiepiſcopo Trever. indul-
getur libertas ultra vel citra montes ad parlamentum & expeditionem Impera-
toris haud accedendi, niſi & alii omnes Electores Imperii nominatim vocentur.
Archicancellariatus exercitium munusq; & proventiones, cuſtodia ſigillorum
Imperalium vel Regalium, inſtitutio & deſtitutio Cancellarii, Protonotario-
rum & Notariorum cancellariæ quotieſcunque contingit Imperatorem vel Re-
gẽ terminos Arelatenſis regni vel Galliæ intrare, ſimulq; prærogativa vocis pri-

A mæ tam in electione Regis Romani futuri Imperatoris, quàm in aliis Imperii negotiis per Electores communiter tractandis Archiepiſcopo Trever. confirmantur. Fortalitia caſtrave quævis in fundo vel diſtrictu totius eccleſiæ Trever. vel inſtra leucā à locis juriſdictionis eius, præter conſenſum Archiepiſcopi erigere nemini nec ipſis quidem Auguſtis licere poena 50 lib. puri auri, inſuper eccleſias vel monaſteria ſeu capellas dioeceſis Trever. incaſtellare abſque voluntate ipſius primarii ſacerdotis fas haud eſſe ſub pœna banni Imperialis ſancitur. Excommunicati ab Epiſcopo vel eius officialibus & judicibus, ultra annum & diem pertinaces, per ipſum Archiepiſcopum vel eius Curiæ magiſtratum proſcribi & in Imperiali banno poni, atque à cunctis vitari jubentur. Bona feudave Imperii qualibet obligata, alienata, venditave, à quocunque redimendi, ſibique retinendi facultas, nominatim emptio oppidi Limburg & caſtrorum de Coverna
B cum omnibus pertinentiis, Archiepiſcopo confirmatur. Ius argentariarum ſeu aliarum mineriatū in dominio ſeu diſtrictu Treverēſis eccleſiæ, vel in ipſius dioeceſi exiſtentium, nec non theſauri in iiſdem terminis inventi eidem Archiepiſcopo conceduntur, nullo cuiuſquam privilegio, jure vel uſu obſtante. Poteſtas caſſandi mutandiq; cōmunitates, ſocietates, fraternitates, ſtatuta, conſilia & rectores ſuorū locorū civitatis & oppidorum pro arbitrio, quotieſcunque videatur expedire, item ordinatio civitatum, oppidorum & bonorum ſuorum archiepiſcopo attribuitur in perpetuum. Subditi eccleſiæ Treverenſis neque ut Palburger oder mundtleudt, neque ſi damnati proſcriptive vel hoſtes Archiepiſcopi ſint, in civitatibus Imperialibus recipi, ſed expelli jubentur. Archiepiſcopum Treverenſem inimicis ſuis juſtum bellum indicere & in expeditionibus ſuis vel Imperii quovis locorū victualia capere pro arbitrio poſſe, nec inde ad damna vel præ-
C ſtationes ullas teneri debere exprimitur. Omnia feuda eccleſiæ Treverenſis ad eandem & ad Archiepiſcopum iiſdem modis devolui quibus ad Cæſarē vel Imperium ſolent, nec ad prolem fœmineā pervenire debere decernitur, niſi de tali privilegio clare doceatur. Merum & mixtum imperium cum attinentiis in juriſdictionibus diœceſis quæ Freiengereide vocantur, archiepiſcopo cōfirmatus pariterque jus tutelæ exercendæ vaſallorum ſuorum inpuberum. Si quā collatio beneficii cuiuſquā diœceſis Trev. Cæſari competat, ipſum Archiepiſcopo Treverenſi perſonas idoneas præſentare debere pro inſtitutione obtinenda declaratur Sententia per ipſum Carolum pridem lata pro Cunone contra civitatem Treverenſem, qua ipſam eiuſq; dominiū directum & utile, advocatiā ibidem cum mero & mixto imperio ac juriſdictione tam eccleſiaſtica quam ſeculari ad Epiſcopum & eccleſiam pertinere decrevit, ratificatur & confirmatur. Denique privi-
D legia, ſententiæ, libertates, exemtiones, gratiæ, atque omnia quæcunque Trever. archiepiſcopis & eorum eccleſiæ vel monaſteriis & ſubditis ipſius unquam conceſſa fuere, monetæ etiam & judæi, dominia, juriſdictiones, foreſtariæ, diſtrictus thelonia, ſtratæ publicæ, conductus per terram & aquas, jus navigandi, piſcariæ, aquarum decurſus, ripæ & littora in dominio, poteſtate vel diſtrictu archiepiſcopi & eccleſiæ Treverenſis & omnia feuda, jura & conſuetudines, libertates, proventus, bonaque omnia quæ poſſident vel quaſi, ſpecialiter feuda caſtrorum de Coverna, proprietas vel quaſi monaſterii ſancti Maximini, advocatia monaſteriorum de VVadtgaſſen & de Sprenckersbach, proprietas & poſſeſſio oppidi ſui Monaſterii in Meinfeldt, & caſtri Thurum cum omnibus pertinentiis eidem archiepiſcopo & eccleſiæ Treverenſi confirmantur renovanturque ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis Imperialis. Omnia privilegia, literæ cæſareæ quibuſcunq; perſonis vel locis conceſſæ, nec non omnia ſtatuta, conſuetudines & u-

ſus quatenus advertſantur præmiſſis caſſantur & tolluntur:cum promiſſione defenſionis & non contraveniendi per ipſum etiam imperatorem: addito, in omnibus epiſcopi privilegiis latiſſimam interpretationē fieri debere: & cum inhibitione ne quiſquam mortalium ſuper talibus Archiepiſcopos Treverenſes moleſtet: quib. eo nomine per mittitur etiā pœnas mulctaſq; ſtatuere in rebelles. Defectus ſi qui ſint in his aut aliis literis cæſareis, vel quibuſcunq; ſolennitatibus, ij de plenitudine poteſtatis Imperialis ſupplentur: & hiſce tabulis plenæ probationis auctoritas tribuitur. Prædicta omnia ſanciuntur pœna centū librarum auri puri. Signum Caroli. Teſtes citantur Principes Electores & alii, nobiliſq; & fideles Imperii pleriq;. Sub bulla aurea typario Cæſ. Ma. impreſſa. Datū Bacharach anno Domini 1376. Indict. 14. 2. Cal. Iunii, Regnorum Caroli 30. Imperii 22. Recognovit Nicolaus Cameracenſis præpoſitus vice & nomine Reverentiſſimi Domini Cunonis Archiepiſcopi Treverenſis, ſacri Rom. Imperii per Galliam & Arelatenſe regnum Archicancellarii, Imperialis aulæ Protonotarius. A B

Enimuero haud ab re eſt animadvertere Cunonē tunc temporis quum Carolus filium ſuum VVenceslaum Regem creare ambiebat, Bacharaci velut in Gallia, munus Archicancellariatus ſacri Rom. Imperii exercuiſſe, ne mirum videatur ab indulgentiſſimo Cæſare Archicancellario ſuo quidvis tributum, nihil negatum, & eaſdem literas quas Imp. Ludovicus 4. primùm enormi liberalitate Baldevvino Treverorum pontifici ante annos fere 33. conceſſerat, inſigniter & ampliſſimè pro arbitrio votoque petentis Archicancellarii, ſigillorum Imperialium cuſtodis, auctas atque locupletatas, ipſique ſub aurea bulla renovatas. Et ut hoc obiter quoque repetatur, primum omnium ex ſuperioribus ampliſſimum diploma Cæſarem cui Treverenſis archimyſtæ Principatus & plenior temporalium poteſtas inniti videtur, à Ludovico 4. Imp. anno Chriſti 1332. Baldevvino Archiepiſcopo conceſſum eſt. Porro quam inſigniter tandem ingratus in Ludovicum fuerit Baldevvinus, ſuprà pluribus in Impp. catalogo ipſoque Ludovico memoratur. Sed & ſi acta Romanorum Pontificum adverſus Ludovicum rata fuerint, quemadmodum Baldevvinus ipſe cenſuit quum anno Chri. 1364. ſuperſtite Ludovico Aug. ac ſi Imperium vacaret, Carolum 4. Bohemium nepotis ſui ex fratre filium in ſchiſmate Regem Rom. dixit equidem ab excommunicato minusque juſto Principe codicillos iſtos Baldevvino datos conſequi neceſſe ſit, cum conſtet Chri. anno 1324. Ludovicum anathema factum, nec unquam expiatum: quamobrē nec à Romanenſibus ullo pene vel Regis vel Imperatoris titulo, ſed Bavari tantum cognomine nuncupari ſolet. Præterea quam facile Baldevvino fuerit à Ludovico 4. Imp. nihil non impetrare privatim, ex ipſa Cæſaris fortuna licet æſtimare, quæ propemodum è Baldevvino pendere ac ipſius gratia vel ſtare vel deſtrui tunc poſſe viſa eſt. At neque permultum refert præſertim ad ſtatum urbis Treverenſis indicandum, qualecunque ſit iſtud Ludovici 4. diploma ſuperius in Baldevvino breviter relatum: ſiquidem quòd Treverim enuntiativè uti dicunt homines forenſes, Baldevvini & eccleſiæ ſuæ civitatem cum cæteris oppidis libertat, vel libertatem confirmat, & eodem jure, honore & honeſta conſuetudine quibus oppidum Franckenfurt munitum eſt gaudere jubet, & archiepiſcopo poteſtatem tribuit ibidem in delinquentes animadvertendi, merique & mixti imperii juſtitias exercendi & exequendi, ſimul in ipſa civitate vel extra prout moris eſt monetam cudendi, iſta non admodum controverſa ſunt. Treverim adhuc ſuam civitatem vocant archimyſtæ, & eſt epiſcopalis ipſorum civitas: nam & Agrippinenſis Colonia, multæque civitates aliæ pariter à ſuis pontificibus appellantur, idque & Cæſares in litteris C D

ſuis

Digitized by Google

A ſuis ex occaſione nonnunquam facere conſtat, tametſi alioquin eaſdem urbes ſuas & Imperii nuncupent. Libera fuit Treveris ante Baldevvinum epiſcopum & Ludovicum Imp. lõgo ævo. Meri & mixti imperii juſtitias pœnaſque ſceleratorum exercent & exequuntur, monetam quoque ſignandi facultatem habent etiamnum civitate Trever. pontifices, nimirum pro more & uſu antiquiſſimo, cuius initii memoria non extat: ſicuti præter alios alibi tum Agrippinenſis præſul ibidem gladii poteſtate ſummaq; iuriſdictione utitur, tum alii in aliis urbib⁹ Imperii monetam cudunt variaq; regalia poſſident & exercent Epiſcopi: nihilominus tamen eaſdem civitates & antiquam libertatem poteſtatemq; ſui & jura conſuetudineſq; ſuas obtinere planũ eſt. Alterũ diploma quod à Carolo 4. Rege nactus fertur Baldevvinus anno Chri. 1346. Bonnæ (nimirum tunc temporis intra terminos Archicancellariatus & cuſtodiæ ſuæ ſigillorũ imperialiũ) quia pro B parte tantũmodo adhuc in publicũ prodit, ut in Baldevvini rebus geſtis antea quoq; relatũ eſt, levioris momenti videtur: atque inſuper à Carolo nec dũ juſto Rege, dubia vel nulla prorſus poteſtate datum: proinde nec in uſum unquã venit, quanquam certi temporis ſpatia de huldis præſertim innovandis præſcripſerit. Deinde quam facilis fuerit Carolus 4. in augendis amplificandiſque ſeorſim Pontificũ Treverenſiũ privilegiis, documento ſunt codicilli ipſius an. Chri. 1354. Moguntiæ nec non an. Chri. 1356. Metis illi Baldevvino, hi Beomundo conceſſi. Nam ſi priores de moneta diſponentes, ad Henrici 7. & Ludovici 4. Impp literas anno Chri. 1310. Lutzelenburgi, & anno Chri. 1332. Norinbergæ Baldevvino conceſſas expendantur, inſigniter auctæ apparent. Ac rurſum in Regalibus Cunoni præſtitis Bacharaci, anno Chri. 1376. latius cum novo incremento extenduntur. C Poſteriores literæ de iudæis Boemundo conceſſæ, non modo pactis inter Baldevvinum & civitatẽ Treverenſem anno Chri. 1328. initis, uti poſtea docebitur, ſed etiam perantiquæ conſuetudini quæ tum vigebat, ac deinceps longo inſuper tẽpore viguit, nimirũ quod judæi pro tutela tributũ annuũ civitati præſtitere manifeſto adverſantur, nec in uſu unquam fuerunt: quare tum illo nomine, tum quod ante annos ſupra centũ & quinquaginta judæi prorſus urbe exacti, nec deinceps ad inhabitandum admiſſi ſunt diploma iſtud inane nec ullius momenti eſt. Carolinum porro arbitriũ Chr anno 1364. exeunte latum tam prægnans apparet, ut conſultorum judicio per ſe neceſſario corruat: præterquam quod non modo non impletum laudatumve, ſed etiam nova tranſactione mox immutatũ ſolutumq; fuit: proinde cum poſtea veluti non extiterit nec confirmari quoq; potuit. Poſtremò Regalia Caroli 4. quæ vocantur, anno Chri. 1376. Bacharaci D præſtita Cunoni, Archicancellario nimirũ & cuſtodi Imperialium ſigillorũ corpus totum dominationis & prærogativarum eccleſia Trever. una veluti compagine lata complectuntur Sed quàm multa contineant alia, quæq; nec poſſiderunt unquam Treverenſes Epiſcopi vel in uſu habuere, nec poſſident exercentve, partim etiam ſibi non vendicant, ſi locus ſit demonſtrari pluribus queat. In exemplum tamen de multis iſtud capiatur. Ius & imperium iterq; nauticum Moſellæ fluminis à rivo Dilmerbach prope villã Remich, uſq; ad Confluentia Rheni, Archiepiſcopo Treverenſi attribuitur non ſolum in futurum, ſed etiam pro ævo præterito. At manifeſtum eſt a villa Remich & propinquo rivo tractu fere quinque milliariorum germanicorum ſupra Treverim. fluvii Moſellam dictionis eſſe Lutzelburgenſium Dynaſtarum nec memoriam hominum diverſum extare: ripam ſiniſteram vel utrinque finibus ſolis Lutzelburgenſibus. Rurſum infra Treverim Comites Spanheimenſes toto ſuo territorio quantum extra Moſellã & ultra protendatur, Archiepiſcopo Treverenſi nullum imperium fluminis con-

vel antiquitate negligentiave vel alio quovis caſu amitti corrũpive, nihilominus in iis codicibus memoria retineretur perpetua. Sequitur li. 2. fratrẽ eius Henricũ 7. Regẽ Romanorum creatũ 2. anno Regni urbẽ Coloniam iterum adiiſſe, conventu ſolenni feuda ſua requirentes ibidẽ inveſtiviſſe, contumaces rite pro tribunali condemnaſſe, & à Colonienſibus huldas accepiſſe confirmatis ipſorum privilegiis. Tum digreſſus ad Confluentiã Baldevvino petente perpetua theolonii privilegia Trev. eccleſiæ favorabiliter indulſit, anno Regni ſui primo, Chri. autẽ 1309. 6. die Febr. ac dein à Baldevvino rogatus civitatẽ Treverim quã prius ob iniuriã & offenſam ſæpenumero ſibi illatã necdũ adepto Regno hoſtiliter obſederat, nunc benigne viſitavit. Baldevvinus eccleſiæ ſuæ redditus ultra quòd invenit ferè duplicavit, territoria & homagia multipliciter ampliavit civitatis & terræ augmentationẽ ſi cives gratanter acceptaſſent quã plurimũ procuravit. Nã & à fratre Henrico Cæſare nundinas nundinatũq; libertates uti Frãcofurdienſes habẽt, quando eis expirãt, videlicet à nativitate D. Virginis matris uſq; in diẽ ſancti Remigii in capite Octob. duraturas, civitati Trevericæ ob eius & circũiacentis terræ meliorationẽ donari & indulgeri ſub ſigillo Regio impetravit. Quã nundinarũ libertatẽ ſoltẽ Treverenſes circũquaq; proximã per leucã ut dicitur eis bannicã, obſervare & defendere recuſarũt, unde talis benevola impetratio quæ utiliſſima eſſe noſcitur, fruſtrata. Atq; inde Rex cũ Domino Baldevvino Comitatũ Lutzenburgensẽ ingreſſus, ſolatiis plurimis inſiſtendo, ad civitates regias viſitãdas easq; Regno coadunandas ſe quãplurimũ diſponebat. Profectus tandẽ in Italiã cum Henrico Rege Baldevvinus, Mediolani ab ipſo privilegium perpetuũ impetravit eccleſiæ ſuæ ſuper theolonio Cõfluentino, nimirũ anno regni Henrici. 3. Chr. 1311. Non. Feb. Romæ verò Cellã quatuor coronatorũ ad ius archiepiſcopi Trev. pertinentem inhabitavit, quò rei illius memoria renovaretur. Nec diu pòſt privilegia ſuæ eccleſiæ quòd Bopardienſes & VVeſalienſes in ſturis & aliis Treverorum archiepiſcopo obediant & intendãt, in pignore ab Imperatore benevole obtinuit, quod utiliter impetravit: Datũ apud ſanctũ Caſſianũ, in caſtris ante Florentiã. an. Chr. 1312. Regni Hencici 4. Imperii primò, 6. Id. Decẽb. Deinde ab Italia digreſſo Baldevvino, Imp. Henricus mortẽ obiit. Lib. 3. geſtorũ pergit auctor. Baldevvini potiſſimũ opera cũ an. Chr. 1314. Ludovicus Bojariæ Dux in Regẽ Romanorũ electus & Aquisgrani coronatus fuiſſet, ibi Dominus Baldevvinus libertates ſuæ eccleſiæ & privilegia, fecerat innovari & confirmari, ſibi ab Imperio impignorata corroborari. & Comites Palatinos pro ſe & omnibus ſuis hæredibus omni ſuo iuri in Mon. & Thurun procuravit ſimpliciter renuntiare: fecerat etiã Dominũ Ioannẽ regẽ Bohemiæ & Petrũ archiepiſcopũ Maguntinum ad omnia prædicta conſenſum ſuũ adhibere & talia per omnia approbare. Iſto etiam anno pontibus lapideis uno ripas Kile, juxtà Iranck, altero ripas Ruueræ junxit. Hinc ſancti Beati iuxta Confluentes collegiũ 12. canonicorũ inſtituit obtenta in id Papæ confirmatione. Ludovico Cæſari adverſus Fridericũ Auſtriacũ in Ezzelingenſi prælio fortẽ operã navavit: ſequenti etiam anno Chri. 1315. præcipuam opem apud Spiram tulit, tam auxiliis militaribus quã re frumentaria: quo loco multa eccleſiæ ſuæ impetrans privilegia Bopardiam & VVeſaliam & additionem Galginſchide in pignore ſuæ eccleſiæ cum hulda acquiſivit priuſquam Treverim reverteretur. Anno Chri. 1316. Bacharici conventu procerum à Ludovico Cæſare habito, Bacharacenſes & Rotibula cum maxima Hulda pro maxima pecuniæ ſumma eccleſiæ ſuæ in pignus recepit. Sternenberg alienis legatum ſibi donari redimendũ impetravit: quod & redemit, eoq; ſuam augmentavit eccleſiam. Anno Chr. 1317. Stirberg prope Egram à Landgravio de Luchtenberg legitima emptione facta, feudum

A feudū m ligium & aperibile ſuæ in perpetuum eſſe eccleſiæ ut in literis continetur
viriliter ordinavit. Iſto etiam tempore VVitlich & Meyen muris circundedit, &
canonicos regulares de Lænche propter frequentem hoſpitū viſitationē depau-
peratos, in Meyen tranſtulit: eccleſiam ibidē iis incorporavit. clauſtrū iiſdem ædi-
ficavit ut regulam canonicorū liberius poſſent conſevare. Anno Chri. 1319. auxi-
lio venit Ludovico Cæſari adverſus Fridericūm Auſtriacum apud VVilsbaden:
ubi cedente Friderico. Baldevvinus uti Bopardienſes ſi nollent ipſi obedire, aucto
ritate regia diffidere poſſet, impetravit, Nec diu poſt petro Maguntino pontifice
mortuo, Baldevvinus ab univerſo capitulo in archiepiſcopum eiuſdem eccleſiæ
poſtulatus eſt: cæterum gratiis actis effecit uti Mathias quidam niger monachus
à Papa iſthoc pontificatu donatus, in epiſcopum reciperetur. Anno Chriſti 1320.
gravi bello afflixit Adolphum Ducem Bavariæ, Comes de Spanheim, Naſſavv
B & Creutz :nach: caſtrum Sprendelingen per vim cēpit, agrum Crucenacenſem
uſq; ad oppidi portas incendiis prædiſq; ac pariter finitima caſtri Spanheim va-
ſtavit. Bald nſtein ad Ionam propter rebellionem Reiheri & Ioannis de VVeſter-
burgh à fundamentis violenter erexit: caſtrumq; Reichenberg tunc conſtruxit
& VVilhelmo Comiti de Catzenelenbogen in feudū ligium cum omnibus per-
tinentiis dedit. Sequenti anno Chri. 1321. ipſius caſtri Baldenſtein fundum ab illis
de VVeſterburg ſuæ eccleſiæ in perpetuum allodium comparavit, & in conven-
tu apud Bacharacum ipſum caſtrū auctoritate regia libertari curavit: retentio-
nes in omnibus Imperii caſtris contra quoſcunque, & quod omnia Imperii obli-
gata ubicunq; poſſet redimere, impetravit. Et caſtrum Scadecke feudum ligium
& aperibile facta emptione legitima procuravit. Et Eſch prope Clothē muro cir
cumduci & libertati fecit. Inſuper illos de Doſsvvilre ad ſatisfaciendū capitulo
C ſuæ eccleſiæ Trever. mangno exercitu coegit. Anno Chri. 1322. caſtrum Kirburg
feudum aperibile ligium à Simone de Spanheim comite acquiſivit, & terram
quam undique violenter acquiſierat reſtituit. Duces Bavariæ hæredes Rudolphi
Ducis, ipſe pignus Bacharach Ludovicum Cæſarē confirmaverunt aſſignatio-
ne. Anno Chri. 1323. Baldevvinus VVellenſtein prope Creutzenach & à Frideri-
co Sylveſtri Nevvenberg prope Kyr caſtra, & turrim Seinheim feudum ligium
& aperibile ſuæ eccleſiæ comparavit: & regem Boihemiæ feudo in Simeren re-
nuntiare fecit, quod ligium & aperibile Georgius Comes Hirſutus ab ipſo Bal- ,,
devvino & eccleſiæ ſua Trever. cum pertinentiis recepit, exceptis miſmicis & ca-
ſtrenſibus, ut in eius privilegiorū libro plenius continetur An. Chri. 1324. Smiedt ,,
burg & partem : . . ligia & aperibilia fecit, & Comitem de Hennenberg 41.
marcarum argenti annuorum reddituum feodalem ſtatuit, quos redditus ec-
D cleſiæ. Trever. in ſua terra aſſignavit. Iſto etiam anno ſociale bellum geſſit
adverſus Metenſes. Anno Chriſti 1325 Furſtenberg diu obſedit: VVinterburg »
à Ioanne Comite de Spanheim feudum ligium & aperibile eccleſiæ compara- »
vit. Anno Chriſti 1327. Mathiæ Maguntino pontifici auxilium tulit expugnan-
do oppido zu den Gieſſen: quamobrem viciſſim Maguntinus ilico cum omni-
bus copiis ipſi Baldevvino ſeſe junxit adverſus Bopardienſes, quos Baldevvinus
magna vi invaſit, portis perruptis & incenſa oppidi parte cum ſuburbio, quod
tamen præter eius voluntatem acciderat, ipſos ſuam requirere gratiam malis
eorum gravibus coartavit: qui ſeſe ac oppidum bona & corpora & voluntati
ipſius unanimiter reddiderunt. & ſibi & ſuæ eccleſiæ ſubjectionem & fidelitatem
perpetuam juraverunt; juribuſque, libertatibus & privilegiis ſuis renuntiantes.
Eodem anno totum ſancti VVendelini caſtrum & diſtrictum comparavit. Se-
quente qui fuit annus Chriſti 1328. contentione inter ipſum Baldevvinum &

,, Comitiſſam de Starckenberg ſuper quibuſdam bonis in Birckenfeldt exortà, A
cæterum treugis eo nomine condictis , nihilominus Comitiſſa Baldevvinum haud præmonitum diffidatumve, per Moſellæ alveum navigio deſcendentem proditione cepit, & in caſtro ſuo Starckenberg detinuit, donec promitteret ſeſe quoad viveret, nullum caſtrum in Birckenfeldt erecturum, ſucceſſoribus tamen
,, arbitrio ſuo relicto. Sub idem tempus Mathia Moguntino pontifice mortuo Baldevvinus à Capitulo eodem unanimiter in archiepiſcopum poſtulatus: at eccleſiam ſuam deſerere nolens, tutor diœceſis Maguntinæ factus eſt, aſſignatis in eius manus caſtris & munitionibus. Et Henricum de Virneburg quem Papa Maguntino pontificatu donaverat, capitulum ſuſcipere recuſavit. Eodem anno Baldevvinus vallem ſub Homberg ſituatam, renovationem VVeiskirch & Lieſsheim caſtrorum ligia & aperibilia ſua eccleſiæ Treverenſi recepta ſtipulatione ut in privilegiis adierit. Proximo anno Chriſti 1329. itinera juxta Cochme, Triis, Stupam & Neve per quæ vix inanis equus duci poterat, adeo ampliavit ut equus aſinuſve cum ſarcina commodè tranſire poſſent. Maguntini cives quia Baldevvinum pro Tutore illius eccleſiæ recipere nolebant, infeſto exercitu ab ipſo petiti maximiſque cladibus & damnis affecti ſunt. Oppidum enim Eltvvil inter Maguntiacum & Bingiam ædificavit, & eccleſiam de Flershem incaſtellavit, mercimoniorũ uſum & annonã ipſis impedivit, ac tandẽ multis præliis fuſos ſeſe in Tutorem eccleſiæ admmittere compulit, anno Chri. 1330 Tum quoq; caſtrũ Schmidburg comparando ac ædificando eccleſię Trever dedit. & juxta Treverim ſanctum Albanum ab abbate ſancti Mathiæ comparatum ædificiis decorare cœpit pro Carthuſienſibus. Anno Chri. 1331. Domini de Eltz. Erẽberg, VValdecce, Schonecce ac alii complures ſocii cum adverſus Baldevvinum conſpiraſſent, ipſe exercitu contracto Eltz circũſedit, & Baldeneltz à fundamento conſtructum ad iſtius potentiam diminuendam mirabiliter firmavit. Eodem anno caſtrum Solmetz feudum ligium & aperibile fecerat. VVinteravv ad tuitionem eccleſiæ ſuæ Trever. conſtruxit. Inſuper necdum finita guerra contra Eltz, Erenberg, VValdecce & Schonecce, adverſus ipſos ædificavit caſtrum Ruſenberg. Eodem anno Spirenſem epiſcopatum debitis belliſq; gravatum poſtulante loci Epiſcopo & capitulo in temporalibus regendum ſuſcepit, treſq; ſimul epiſcopatus adminiſtravit. Anno Chri. 1332. pax cũ Dominis de Eltz, Erenberg, VValdecce & Schonecce ipſis bello feſſis facta: Baldevvin⁹ ſui caſtri Baldeneltz perpetuum juratum & fidelem Burggravium ſtatuit Ioannem de Eltz. Anno Domini 1333. dominum de Schurenberg à Domino de Vonisberg comparatum eccleſiæ addidit Moguntinæ: & eodem anno die 13. Novemb. Dux Lotharingiæ de homagio ſuo à Domino Baldevvino recepto munimina tradidit literarum. D
Anno Chri. 1334. Baldevvinus petentibus Erfordienſibus infeſto exercitu Marchionem Miſnenſem & Comites de Honſtein invaſit. Sequente anno Erfordienſes ipſi rebellarunt, contra quos miſit Marchionem cum ſuis copiis. Anno Chriſti. 1336. Spirenſis epiſcopatus adminiſtrationem reſignavit, alio in epiſcopũ electo: ac ſequente anno Moguntinæ quoq; diœceſis tutela ſeſe deſtituit. Anno Chri. 1339 Baldevvinus à rege Angliorum tanquam infinitis pecuniarum ſummis mutuatis coronam regni eius pignori accepit. Anno Chriſti. 1340. veſaniæ Comitum VValrami de Creutzenach & Sylveſtris de Duna domandæ cauſa, Dunam obſidione cinxit, & caſtrum quod Mons Sancti Ioannis dicitur, contra Dunam à fundamento erectum, maximis operibus firmavit. Mox in die D. Thomæ monaſterium: & conventũ Carthuſienſium juxta muros Trever. à ſe de no-
,, vo conſtructum ſolenniter dedicavit. Sequente anno Chri. 1341. Comes de Span-

heim

A heim opera Ludovici Imperatoris cum Baldevvino reconciliatus eſt: Comes verò Sylveſter de Duna è caſtro Velsberg nocturno plerunque tempore prædis incendiisque graſſari non deſinebat: quamobrem Baldevvinus tandem infeſto exercitu Velsberg obſedit, nequicquam tentante Duce Lotharingiæ cuius feudum & diſtrictus eſt ipſa arx, obſidionem propellere: Baldevvini enim potentia territus, ultro ad ipſum in caſtra venit, ſocietatem adverſus hoſtes quoſcunque contraxit: proinde caſtrum ac ipſo præſidio quo intus erat, Duci traditum eſt ad voluntatem epiſcopi violandum & deſtruendum, uti accidit. Proximo inſuper anno Chri. 1342. Comes Sylveſter de Duna tædio belli ſponte ad Baldevvinum Treveros profectus, ipſe ſeſe dedidit, eiuſq; gratiam adeptus eſt. Eodem anno Comes Barenſis a Domino Baldevvino homagium & feodum iuramento innovatum acceptavit, & ſuper eo duplicia munimina literarum præbuit. Anno Chri. B 1344. Baldevvinus pontē apud Confluentes in Moſella ſumptuoſius conſtruxit: & à Domino Reinhero de VVeſterburg diffidatus inſtructo exercitu Scadece ſimul & Grentzavv arces expugnatas ſuæ eccleſiæ obtinuit. Eodem anno medietatem dominii de Limpurg emptione legitima acquiſivit. Anno Chri. 1345. privilegium perpetuum per totam ſuam diœceſin contra mendicantium ordines ſuper quarta parte legatorum parochialibus eccleſiis concedenda impetravit. Anno Chri. 1346. die 11. Iulii cum aliis aliquot Electoribus ratificata Papæ excōmunicatione Ludovici Imp. tanquam ab Imperio depoſiti, adverſus ipſum in Regem Rom. elegit Carolum regis Boihemiæ filium. Anno ſequente Reinhardus de VVeſterberg auxilio Ludovici Imp. Burggravium Baldevvini ex arce Grentzavv pepulit, reſiduumq; de Grentzavv occupavit: cives quoq; Confluentinenſes ad obſiſtendū incautè profectos inſigni clade cecidit. Anno Chri. 1348. C Dominus de VVeſterburg & Vilmarienſes multa diœceſi mala intulere. Baldevvinus iuſta emptione Vermich caſtrum cum pertinentiis ſuæ eccleſiæ comparavit, & Duci Iuliacenſi in cuius territorio ſitum eſt, feudi nomine conceſſit. Maguntiæ Cæſareo conventu privilegiorū ſuorū & Archicancellariatus regni Arelatenſis confirmationē obtinuit: ſimulq; per totam Galliam & Germaniā Tutor & Manburnus regni Romanorum conſtitutus eſt. Eodem anno cum multis fœderatis Hoſolmetz ſolo æquavit: & Vilmar infeſto exercitu aggreſſus, cùm in obſidione dies 15. moratus eſſet, pactione ipſum caſtrum in poteſtatem arbitrorū traditum: at poſtea conventionis fides uti & in Grentzavv ab hoſtibus fracta eſt. Eodem anno Baldevvinus caſtra & territoria Freudenberg, Freudenſtein, Coppa, & caſtrum & dominium de Coverna cum caſtrenſibus & pertinentiis comparata, & Bobingen feudum ligium & aperibile legitima emptione eccleſiæ ſuæ D addidit. Anno Chri. 1350. diſſenſio nata eſt inter Baldevvinum epiſcopum & Iacobum de Moncler, qui à Baldevvino libera cuſtodia in palatio Trever. aliquādiu habitus, ac tandem per compoſitionē dimiſſus, ſtatim terras epiſcopi prædis & incendio vaſtare cœpit: quamobrē Baldevvinus anno ſequente Moncler obſidione cinxit, villam Ham navali irruptione cepit, & turrim ibi ædificans Grineck appellavit. Deinde relictis in obſidione copiis, ipſe Confluentiam profectus eſt, ubi Comes de Seyna literis traditis caſtrum hoc recognovit pertinere ad eccleſiam Treverorum. Ibi etiam Comes de Berge caſtrum ſuum VVyndeckh Domino Baldevvino venditum, ab eodem feudum ligium & aperibile ſuæ Trevericæ eccleſiæ, homagiumque de Aruueltz acceptavit & ſeiuratum hominem ſubdidit eccleſiæ Treverorum. Baldevvinus inde ad exercitium reverſus, variiſque operibus oppugnationi Moncler inſtitit, donec eodem potiretur, obſeſſis ſeſe per certas conditiones dedentibus. Epiſcopus igitur obtento caſtro, Dominus de Moncler

cler eſſectus, Natalem Domini ibidem in horis & miſſis devotè celebravit, ca- A
ſtrumque poſtea ſolo æquavit & exadverſo in ſancti Petri allodio fortius caſtrū
ædificavit Sareſtein, iſto etiam anno caſtrum Tryſs cum pertinentijs ſuis jure ce-
dens feodali eccleſiæ ſuæ addidit. Anno Chri. 1352. pluribus magnatibus in fœ-
dus accitis, regio nomine generalē terræ pacē & eius advocatum Dominum de
Sleyda ordinavit: tertiaq; die Iulii Dunam Eiffliæ potenti exercitu ad deditionē
coëgit, cuius tamen poſteriorem partē deinde Colonienſi archiepiſcopo ceſſit,
& plurima caſtrenſium domicilia circa Dunam & Vlmenam quæ fuerant rapto
rum retentacula devaſtavit. Tum ultra Rhenum progreſſus Saſſoth & Hoſele-
bach à quo præſidiū noctu diffugerat, delevit: Elkershuſen etſi opinione invictū
obſedit, ad deditionem compulit, incendit evertitq;: Tum Hackenberg etiam
obſeſſo Reinhardum de VVeſterburg ut Henricum de Grafſchaff captum libe-
rè dimitteret, adegit. Anno Chri. 1353. Bohemos in auxilium regi Franciæ miſſos, B
& à Ioanne de Schoneckh in caſtro Lieſshem cuſtodia retentos liberavit, caſtro
inſuper diruto. Gerolſtein etiam obſedit, ſed aquæ penuria relinquere coactus
eſt. Eodem anno 3. die Septemb. Fridericus Comes Sylveſter duplici ſyngrapha
recognovit ſe caſtrum Droneckh cum diſtriſtu dicto Marcha, & appendiciis de
Talfanckh ab eccleſia Trever. in feodum tenere. Nec diu pòſt in vigilia Natalis
Domini in æde majore Maguntiaci Baldevvinus rege Carolo nec non Magun-
tino & Colonienſe Pontifice præſente veſperas, & in capella Regis Matutinas
& primam Miſſam celebravit, Regem communicavit & confirmationem mul-
torum privilegiorum obtinuit. Deinde XV. Cal. Febr. Treveros reverſus ægritu-
dine captus, receptis ſacramentis & auctoritate apoſtolica à pœna & à culpa ab-
ſolutus, 12. Cal. Martij animam efflavit, ætatis anno 68 pontificatu potitus an-
nis 46. ſeptimanis 6. dieb. 4. Exequiæ Treveris ſolenniter actæ, præſente Carolo C
Rege plurimiſque magnatibus: atque in choro poſteriore fani ſummi Trever.
ſitus eſt. Hæc iiſdem pene verbis ſed alienarum quoque rerum narratione inter-
polatus de Baldevvino prodidit auctor vetus, & uti apparet æqualis illorum tē-
porum: cui etiam res ipſius pontificis admodū privatæ patuerunt. Scheckman-
nus de tam multis pauciſſima refert. Et hoc, inquit, non utilior epiſcopus fuit in
diœceſi. Bella geſſit multiplicia: invaſerunt enim gregrem Trevericum lupi ra-
paces: in bellis ſemper fortunatus: impignorata redemit, caſtella, pagos, territo
ria, cum redditibus & proventibus maximis conquiſivit diœceſi. Addit tum de
fundatis Carthuſienſibus tam apud Treveros, quam ad Confluentes, ac de pōte
ibidem conſtructo. Trittenheimius Hirſaug. Chron. plura de Baldeuvino, uti &
in ſuper oribus relata ſunt, ex eodem ſcilicet auctore commemorat. Habet autē
& hoc amplius, anno Chriſti 1329. Baldeuvium à canonicis VVormatienſibus D
in Adminiſtratorem illius eccleſiæ vnanimirer aſſumptum, eaque cura ſequente
demum anno ſeſe liberaſſe, adeo vt aliquandiu (tametſi in iſto videtur errare
Tritten hemius) ſimul quatuor eccleſiarm rector fuerit. Sed & Baldeuvinus,
inquit, ordinarium breviarij totius anni emendans & corigens, in eam formam
qua meus eſt reſtituit, & eccleſiam ſuam multis divitijs & honoribus ſupra om-
nes prædeceſſores ſuos magnifice ampliavit. Ita Trittenhemius. Et Albertus Ar-
gentinenſis in anno Chriſti 1349. Baldevvius, inquit, archiepiſcopus Treverorū
cum annis 42. rexiſſet eccleſiam, & propter ſenium ac tenacitatē nihil plus pro-
„ficeret, cùm frequenter ſolitarius vitam quaſi carnificum duceret, Ioannem de
Liechtenberg Argentinenſem præpoſitum in ſpiritualibus & temporalibus Ad-
miniſtratorem & Vicarium deputavit. Inſuper in catalogo quodam manuſcrip-
to Treverenſium pontificum, præter alia refertur ſolitariæ vitæ precipuum de-

ſiderium

A ſiderium Baldeuvino fuiſſe: neque ſolùm duo monaſteria Carthuſienſiũ, videlicet aqud Treveros D. Albani, & iuxta Confluentiam D. Beati condidiſſe, facultatibus ampliſſimis additis, ſed etiam in D. Albani cœnobio ſibiipſi peculiariter conſtruxiſſe Cellam, eamque per vices inhabitaſſe contemplationi vacando. Et pergit auctor, ſimplici habitu ac propemodum deſpecto panis & aquæ ſæpiſsimè edulio ac paucis ſibi ſervientibus contentus, multis annis devote & laudabiliter ſancta converſatione vixit. Relatione quippe patrum Carthuſienſiũ qui ei ſedulò miniſtrarunt didicimus, tantam in eo fuiſſe humilitatem, vt etiam ſervientiũ ei obſequia clam effugeret, ſibiq; ipſe lætus & alacer miniſtraret. Tanta ei deniq; ad divinas laudes devotio affuit, vt de nocte ſurgeret & cum fratribus matutinas decantaret: tantus feruor, vt excitantem alios ſacriſtam ipſe ſolicitus ſæpe præveniret. Miſſas in conventu cantavit, & de manu ſua diebus ad hoc ſtatutis fra-
B tres ipſe communicavit. Miſſas ſuas devotiſſimè celebravit, ordines, eccleſias, altaria conſecrans: ac alia epiſcopalia iura & opera paſtorali cura & diligentia ipſe perſonaliter officioſiſſimè adimplevit &c. Hæc in catalogo: ubi & epitaphium eius admodum inconditum carmen refertur. Deniq; præter ea quæ cõmemorata ſunt in ſuperioribus, exempla proferuntur regalium codicillorum quos Baldevvinus ad incrementum & confirmationẽ dignitatis opumq; ſuæ eccleſiæ nactus ſit. Henricus 7. Rex Romanorum ſemper Auguſt. Venerabili Baldevvino Treverorum archiepiſcopo Principi & Germano ſuo chariſſimo ac eius eccleſiæ monetam uti deceſſores illius eandem ab Imperio habuerunt, denuo cõceſſit & confirmavit, expreſsè conſentiens quòd archiepiſcopus in civitate Treverenſi & extra in locis ſui dominii vel diſtrictus, monetam ſuam quamcunq; per ſe vel aliòs cudere valeret, prout ſibi ſecundum Deum & juſtitiam melius videretur. Sub
C ſigillo regio Datum Lutzelenburg. 6. Cal. Iulii anno Domini 1310. regni Henrici ſecundo. Ludovicus 4. Rom. Imp. Aug reſpectu Baldevvini Treverorum archiepiſcopi, civitatem, oppida, villas, valles & caſtra ſua & eccleſiæ ſitæ liber avit & libertata confirmavit, prout Impp. & Reges Rom. munitiones libertare conſueverunt, indulgens locis ac civibus & incolis eorum ut omni jure, honore & honeſta conſuetudine quibus oppidũ Franckenfort eſt munitũ, gaudeant, & quòd archiepiſcopus liberam poteſtatem habeat per ſe vel alios ibidem delinquentes, puniendi, & tam meri quàm mixti imperii juſtitias exercendi & exequendi. Caſtrum Cocheme & Clottene cum omnibus appertinentiis eidem archiepiſcopo jure proprietatis & poſſeſſionis tenendum perpetuò confirmavit, ita etiã ut impignorata ad inſpectantia redimere poſſet à quocunq; ac ſibi habere. Monetam in civitate Trever. & extra quovis locorum ſui dominii vel diſtrictus pro more
D cudendi facultatẽ innovavit, pariterq; theolonium in Confluentia. Volens etiãne Baldevvinus vel ultra montes, vel citra ad parlamentũ aut expeditionem Imperatoris ire teneretur, niſi & alii Principes Electores omnes vocarentur. Neminem vaſallorum, miniſterialium, caſtrenſiũ, civiũ, oppidanorum, hominũ aut ſubditorum archiepiſcopi ad judicium Regalis vel Imperialis curiæ vel alterius cuiuſcunq; ſuper quacunq; cauſa trahi permiſit invitum niſi archiepiſcopus juſtitiam denegaret, vel homines eius aut ſubditi ipſi parere au ſtare juri coram epiſcopo recuſarent. Libertatem vectigalium, tributorum & onerum eccleſiaſticis perſonis pro rebus quas non negotiandi cauſa deferrent, indulſit. Fori eccleſiaſtici cauſas alio trahi vetuit. officium & prærogativã Archicancellariatus regni Arelatenſis & Galliæ ſtabilivit. Receptiones & retentiones per fideles Imperii ac jus eis de rebus paciſcendi approbavit. Poteſtatem quælibet Imperii bona, ubicunque, cuivis aut qualitercunq; obligata, alienata ſeu vendita redimendi ſibique

Tomo epiſc. 5. littera L.

Tomo epiſc. 5. littera D.

Digitized by Google

biq; retinendi archiepiſcopo permiſit. Eidem in augmentū feudorum ſuorum A merum & mixtū imperium & plenam jurisdictionē in Cranburg & in omnibus juriſdictionibus, villis & earum hominibus diœceſis Trever. ubi homines ſeu villani judicia reddere criminalia & civilia ſolebant, quæ Freiengerode vocantur, conceſſit. Homines eccleſiæ Trever. in civitatibus & oppidis Imperialibus recipi pro civibus qui Palbulger dicuntur, haud licere ſtatuit. Archiepiſcopo de nobilibus, vaſallis, & miniſterialibus eccleſiæ ſuæ ac de eorum feudis ſecundū formā aulæ Regalis ſeu Imperialis judicare fas eſſe cenſuit. Excommunicatos ab ipſo archiepiſcopo vel ſuis; poſt annū & diem proſcribi juſſit. Sententiam ſuperiorū Regum de feudi amiſſione, ſi vaſallus inveſtituram infra annum & diem non requirat, vel feudum alienet, confirmavit. Caſtra, fortalitia ſeu munitiones à quoquam infra Leucam unam à locis juriſdictionis aut diſtrictus archiepiſcopi & eccleſiæ Trev. (quam prærogativa venerandæ ſenectutis meritò præcellentem ſingulari hoc privilegio decorandā cenſuit) erigi præter voluntatem archiepiſcopi ſeverè inhibuit. Deniq; cuncta vetera privilegia, libertates & gratias monetas, judæos, juriſdictiones, foreſtarias, dominia, thelonia, ſtratas publicas, conductus per terram & aquam in dominio vel diſtrictu ipſius archiepiſcopi vel eccleſiæ, cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus quæ tenet, nominatim feoda de Coverna caſtri ſuperioris & inferioris, proprietatē & poſſeſſionem ſeu quaſi monaſterii Sancti Maxmini Trev. advocatiā monaſterii de VVadgaſſe & de Sprenckersbach, nec non poſſeſſionē oppidi ſui Monaſterii in Meinfedt & caſtri Thuron denuo approbavit & confirmavit, vt nemo in futurum ipſi archiepiſcopo ſuper eis aliquam movere audeat quæſtionem, omnes defectus ſupplendo de plenitudine poteſtatis Imperialis ſanctione addita cū pœna 100. li. auri puri. Sub ſigillo Imperiali. Datum Nurenberg 10. Cal. Septemb. anno Domini 1312. Regni C Ludovici 18. Imperii 5. Carolus 4. Rom. Baldevvino diploma perq; ad facultatem dediſſe aſſeritur ſocietates, confraternitates, conjurationes, ſtatuta, conſilia, conſuetudines vel obſervantias quaslibet minus rationabiles, vel ipſi archiepiſcopo ſeu eccleſiæ contrarias, in civitate Treve. aut oppidis vel terris ipſius aut eccleſiæ tollendi, & in melius mutandi: additurq; mandaſſe Carolū quòd cōmunitates & incolæ prædictarum civitatis, oppidorum & terrarum archiepiſcopo ſingulis decenniis ſuas huldas & fidelitatum præſtationes innovarent memoriæ cauſa; quodq; magiſtratus locorū jura, libertates & conſuetudines ſervare jurantes, iſtud facere debeant cum exceptione juramenti prius archiepiſcopo præſtiti. Pars literarum typario Regiæ Celſitudinis communitarum. Datum Romæ 6. Cal. Decemb anno Domini 1346. regnorum Caroli anno primo. Idem Carolus 4. Rom. & Bohemiæ rex venerabili Baldevvino archiepiſcopo Trever. Principi & D patruo ſuo chariſſimo ac eius eccleſiæ proditur innovaſſe privilegium monetæ, indulgens ut in civitate Trever. vel extrà, locis quibuſcunque ſui dominii vel diſtrictus, monetam auream & argenteam cudi atque mutare faceret pro ſuo arbitrio, abſque cuiuſquam impedimento, ac volens ut in terra ſeu dominio ſuo ubi moneta cuderetur, emptiones venditionesq; mercium & victualiorum non alia pecunia fierent quam illis denariis ibi fabricatis, niſi de ſpeciali conſenſu Archiepiſcopi. Diploma id pœna 20. lib. auri puri ſancitum. Sub Regiæ Maieſtatis ſigillo. Datum Maguntiæ anno Domini 1354. Indict. 7. 6. Id Ianuarii, regnorum Caroli anno octavo.

Tomo e-piſc. 5. litera M.

Tomo e-piſc. 5. litera N.

Hactenus expoſitis Baldevvini Treverorū archimyſtæ rebus geſtis, ad ſucceſſorem eius pergendum eſt. Is fuit Beomundus alter huius nominis, Treverenſiū pontificum 93. genere de Edendorff, vir prudens, cæterùm ſenectute confectus eaque

A tus eaq; propter quietis appetens. Tum Comites militesq; ac nobiles eccleſiæ Trever. jurejurando conſtricti, ſpreta religione adverſus archiepiſcopum conſpirarunt, caſtraq; ſua priùs Baldevvino vendita per vim veluti propria ſibi poſſidere cœperunt. Comiti autem de Starckenburg tota regione prædis incendiiſque graſſanti, Beomundus exercitu contracto reſtitit, donec pax facta eſt. ac tandem Beomundus Cunonem de Falckenſtein adjutorem ſibi aſſumpſit, nec diu pòſt, conſenſu Romani pontificis ſucceſſorē conſtituit, abdicata ultro provinciæ cura. Mortuus anno Chri. 1367. die Scholaſticæ virginis, ſepulcto in æde Majore Treveris conditus. Hæc ferè in geſtis Cunonis qui ſucceſſit tradita ſunt, & à Scheckmannno quoque generatim memorata. Trittenhemius autem Hirſaug. Chron. ſcribit, gravibus inter Beomundum Comiteſque de Spanheim & Starckenburg diſcordiis ortis propter caſtella quædam & dominia, mox inter-
B cedentibus amicis VValramum Comitem de Spanheim in concordiam cum epiſcopo rediiſſe, ſed Comitem de Starckenberg agrum villaſq; Trever. eccleſiæ ferro ac flamma vaſtaſſe: Beomundum igitur infeſto exercitu villam eius Enckerich ad Moſellam cum ipſa munitione quam Comes ſub Caſtello Starckenburg pro exigendo à navigantibus theolonio fecerat, cepiſſe ſubvertiſſeq;, qua re Comes ad petendam pacem ſit adductus. inſuper Beomundū podagra ſenioq; gravatum Cunoni Moguntino canonico quem priùs Coadjutorē acciverat, epiſcopatum reſignaſſe refert anno Chri. 1362. pro ſuſtentatione ſui oppido & arce Sarburg cum attinentiis dum viveret retento. Privilegium ut perhibent, à Carolo 4. Imp. obtinuit, quo confirmata illi antiqua deceſſorum poteſtas & prærogativa Iudæos Treveris, Confluentiæ ac in aliis oppidis ditioneq; tota eccleſiæ Trever. tanquā cæteras ſuas res proprias habendi: addita ſanctione pœnæ 50. librarū
C auri puri, ne Treverenſes Confluentini, aut qui alii diœceſis incolæ ab eiuſmodi Iudæis ad epiſcopum pertinentibus tributi, cenſus, aliove quovis nomine quicquam exigerent. Sub ſigillo Imp. Majeſtatis Datum Metis an à nativit. Chri. 1356. die D. Luciæ virginis, Regni Caroli anno 11. Imperii 2. Porro Beomūdus ut dictū eſt Cunonē de Falckenſtein canonicū Moguntinū, quod illi⁹ eccleſiæ tutela ſtrenuè ſummaq; cū laude functus erat, initio Trev. eccleſię canōicatu auxit, ſimulq; ſibi adjutorē ſumpſit. Nec diu poſt quū auxilio finitimorum adverſus Arminiacos, dein etiā peculiariter cōtra Philippū Iſenburgicū fortē operā Cuno navaſſet, ipſum Philippú cepiſſet, caſtrumq; quod ille ad eccleſiæ Treverenſis detrimentum extruxerat, evertiſſet, tanta eius fortuna lætatus Beomundus, ipſi Archiepiſcopatū tradidit: auctorq; factus eſt Papa Innocentius ſextus anno Chri. 1362.

Tomo 6. piſc. ſ. litera R.

Cunonem hunc Treverorum 94. antiſtitem pontificatu aſſumpto valde
D charum civitati Treverenſi, atque ab ipſa ſtatim inuſitatis honoribus affectum fuiſſe certis actorum monumentis conſtat. In more erat civitatis inſtitutoque majorum uti quum deſignatus Archiepiſcopus Treverenſis primùm cum pallio Treverim perveniſſet, & in ara D. Petri quæ eſt in æde ſumma miſſam decantaſſet, poſtero die prodiret in aream civitatis vulgari nomine Camphoff dictam, quo etiam magiſtratus urbis & populus conveniebat. Tum civitatis Centenarius nomine civium & univerſitatis ſacramentum publicè dicebat Archiepiſcopo conceptis verbis, ipſi ſuum & eccleſiæ ſuo dominatum ac jus ſicuti jam inde antiquitus ſeſe relicturos, ſalva civitatis libertate, jure & conſuetudine uti item antiquitus. Tale juramentum Cunoni deſignato pōtifici Centenarius

Demſelben Ertzbiſchouen ſein vnd ſeines Stiffts herſchaidt vnd recht zu laſſen wie die vō alters herkhommen / Behelteniß vnſer Ste-

de freiheide/rechts vnd gewonheit wie ſie von alters herkommen.

tenarius urbis præſtitit honoris præcipui A gratia (ſic in actis traditur) non juris neceſſitate: ſiquidem nec miſſæ ſacris tunc temporis operabatur, nec palliũ obtinuerat. Cuno verò confeſtim dextra porrecta in manum Magiſtri Scabinorum, ipſi vice civium & univeſitatis ſua Principali fide jurisjurandi loco palam promiſit, civitatem in ſua libertate, ſuo jure ac more prout jam inde antiquitus ſinere atq;

Sie bey jhrer Freyheide/ recht vnd gewon heit wie die von alters herkhommen/ zu laſſen/ vnd ſie dar bey zu behalten.

conſervare. Nihilominus tamen haud diu pòſt contentiones graviſſimas cum civitate exercere cœpit. Ita nimirum ex adipe prodit iniquitas ut ait Ioannes XXII. Papa. Præcipuam diſſenſionis occaſionem inde ſumpſit, quòd civitas ex inveterato uſu jus ſibi aſſerebat negotiatores mercimonia flumine Moſella vehentes adigendi uti triduo mercatum in ripa urbis haberent, præterea quòd ſtatutis tam veteribus quàm novis uteretur eccleſiaſticæ libertati adverſis. B Archiepiſcopus itaque myſtas omnes procul à civitate diſcedere juſſit, vias & aditus ad urbem terra flumineque præcluſit, commerciorum uſum & annonam impedivit, præſidiis cuſtodiisque finitima ſepſit, cives aliquot per miniſtros equitesq; ſuos hoſtiliter cepit, & in vinculis habuit donec de controverſiis omnibus civitas arbitrum recipere coacta eſt Imperatorem Carolum 4. Atque ita ſubito variis hinc inde querelis & reſponſionibus editis, quæ etiamnum monumentis literarum perſcriptæ ſuperſunt, Carolus judicium tuliſſe fertur civitati quidem adverſum, ſed gratiæ manifeſtò obnoxium, & conſulti Iuris juſtitiæque cenſent, multis nominibus infirmum: quamobrem neque civitas exhibitis cum ſuo ſigillo literis arbitrium laudavit, tametſi hoc Carolus expreſsè tã ut arbiter quàm ut Princeps ſummus in ipſa ſententia juſſerat, & de tali arbitrio ipſius paulo pòſt denuo tranſactũ eſt, C nimirũ anno Chr. 1365. die 16. Iunii, quemadmodũ ſignatis eodẽ die tabulis conſtat. Nondum igitur inde uſq; in præſens ſpacio amplius annorũ ducentorũ Carolina iſta ſententia vim ullã nacta contenditur: ſiquidem Cuno primùm, ac deinde ſucceſſores eius ſpontè ab arbitrio receſſerint, atque iſtud deſuetudine prorſus interierit, civitas vero hactenus in uſu perpetuo libertatis antiquæ ac priſtini juris ſui permanſerit & præſens Treverorum reipubl. forma haud ſecus ac aliarũ omnium civitatum dignitatumq; ſacri Imperii conditio, ipſa viciſſitudine naturaque rerum atque temporum Germanici Regni, nec præter auctoritatem Regum & Imperatorum, per longiſſimam conſuetudinem jure optimo introducta firmataq; ſit. Et exiſtimari equidem poteſt haudquaquam levibus de cauſis à Carolina iſta ſententia ipſum Cunonem receſſiſſe, nova tranſactione cum civitate inita, veluti jam dictum eſt. Nec tam difficilè, quàm prolixiùs ſit non ſolum con- D jecturas ſed etiam ſolida in id cauſarũ argumenta plurima cõmemorare: cæterũ ſi ipſa ſaltem Carolini arbitrii formula petitis uberior & pluſquam enormis, ſimulque jusjurandum Cunonis quo ſeſe biennio antè obſtrinxerat uti civitatẽ in ſua libertate, ſuo jure atq. conſuetudine veteri ſineret atq; conſervaret, animadvertatur, ſtatim ſumma ratio ad tranſigendũ & ad deſerendũ arbitriũ ipſe ſibi taliũ conſcius pontifex in aperto eſt. Sed hæc hactenus. Cunonẽ ſcribit Trittenh. Hirſaug. Chron valde utiliter prefuiſſe annis 21. (quod à morte Beomũdi accipiendũ eſt) & pro ſervitiis, inquit, Carolo Imp. 4. multipliciter impẽſis Bopardiã & VVeſaliã cũ medietate Sterrẽberg quæ Baldevvinus quõdã archiepiſcopus à fratre ſuo Henrico Imp. 7. in pignus expenſarum ratione Imperii in Italia habitarũ obtinuerat, impignoratione arctiore pro ſuma maxima impetravit, ita quod poſterioris impignorationis ſumma major fuerit priore. Erat enim Cuno vir prudentiſſimus

dentiſſimus

A dentiſſimus, qui à natura ad regimen etiam multarum eccleſiarum natus videretur, laborioſus, ſtrenuus & ingenio acutiſſimus, & cui nullus ſuo tēpore inveniretur ſimilis. Addit poſtea, Chr. anno 1367. ipſum ab Engelberto archiepiſcopo Colonienſe volūtate capituli illius, & Vrbano 5. pontifice Rom. approbante coadjutorem aſſumptum adminiſtrandæ Colonienſis eccleſiæ tam in ſpiritualib⁹ quam temporalibus: & quum anno proximo mortem obiiſſet Engelbertus, Cunonem à capitulo poſtulatum archiepiſcopi Colonienſis titulum recuſaſſe, ſed juſſu Vrbani Papæ. Adminiſtratorio nomine eccleſiam Colonienſem cum ſua Treverenſe ſatis ſtrenuè & utiliter gubernaſſe: quibus quoque temporibus caſtrum Engers cum fortalitio ſuo juxta Rhenū inter Confluentiam & Andernacum, ſatis pulcrè conſtruxit, quod ex nomine ſuo Conenengers nuncupari voluit, tametſi nomen eius pauci apponant. Deniq; Chri. anno 1369. idem auctor refert Cunonem eccleſiæ Colonienſis Adminiſtratorem civitate illa, quòd eccleſiaſtico interdicto ob violata privilegia & libertates clericorum biennio ſubacta
B fuerat, clerum excedere juſſiſſe. Plenius in annalibus Agrippinenſium traditur Cunonem non modò Coadjutoris, ſed etiam Adminiſtratoris & Commendatoris & Vicarii generalis poſtremoque rurſus Adminiſtratoris titulo ſucceſſive Colonienſem eccleſiam rexiſſe, donec eandem anno Chriſti 1370. nepoti ſuo ex ſorore Friderico Sarvverdenſi tradidit. Inſuper à ſcriptore rerū Cunonis proditū eſt, ipſum poſtquam Colonienſis eccleſiæ curā depoſuiſſet, etiam in Archiepiſcopum Moguntinum petitum, ſed gratiis actis renuiſſe provinciam. Deinde ſcriptor idē nec recens, in hanc ſententiā pergit. Dominus Cuno archiepiſcopatū ſuū Treverenſem ampliavit, omnia caſtra & fortalitia firmavit, muris exaltavit, frumenti & vini abundantia ditavit. Caſtrū Schoneck cū attinentiis à Duce Lutzen-
C burgenſe ſibi hypothecæ datū, ac rurſus liberatū, denuo poſt obitū Ducis à Rege VVenceslao pro majore pecuniæ ſumma pignori accepit. Ducem Lotharingiæ mutuo etiā argento propter pacē patriæ ſibi conciliavit. Comitē de VVida cum Iſenburgenſibus domuit, rapta reſtituere compulit. Eccleſiā in Engers quæ Comitis eiuſdem erat, ſibi retinuit, munitionemq; de eccleſia & villa fecit: hoſtiles irruptiones varias à diœceſi fortiter avertit. Poſtremò cū infirmitate corporis fatiſceret, VVernerū de Konigſtein ex filii Philippi fratris ſui genitum, aulæ ſuæ diu aſſuetū, & in Archidiaconatu Trev. geminaq; præpoſitura D. Florini Confluentiæ Diviq; Paulini juxta Trev. ſatis probatum ſimplicem, rectum ac providū ſibi ſubſtituit, annuente Vrbano 6. Pōtifice Rom. qui explorata VVerneri induſtria, Cunonem ab epiſcopatu abſoluit, VVernerū ipſum confirmavit, conſecrari juſſit, pallium illi traſmiſit & univerſos obtemperare juſſit: quamobrē etſi canonici
D ædis ſummæ nonnihil initio reſiſterent, quod capitulariter non erat electus, cauſis tamē auditis tandem conſenſere, ipſum elegerunt, electum confirmatūq; dicto audientes ſuſcepere Ita Cuno VVernerum anno Chri. 1388 menſe Majo ſolenniter in epiſcopatum induxit, pace, tranquillum, ære alieno liberū, copia vini, frumenti ac annonæ reliquæ cunctis locis abundantē, adeo quidē ut aſſirmaretur archiepiſcopales opes longè ſupra centena millia nummorū florenorum uberiores tum fuiſſe quàm reperiſſet Cuno. Eas verò ipſe non ſtatim VVernero conceſſit, ſed in poteſtate ſua retinuit dū vixit: cæterum brevi poſt menſe Iunio mortuus & Confluentiæ ſepultus eſt in æde D. Caſtoris. Ita fere ſcriptor ille vetus de Cunone, quanquam rudius & prolixius.

In catalogo Cæſarum ſuprà de Carolo 4. Imp. ac VVenceslao Rege commemoratum eſt Cunonem Treverorum archimyſtam ab iis anno Chriſti 1374. & 1376. diploma parū convenientia nomini Auguſtorū, ſupremæq; Majeſtati ad- Tomo epiſt. 3. litera H.

Tomo epiſc. 5. litera I.

verſa, ſicuti jam prius relata ſunt, videri impetraſſe, prætereaq; Regalia Caroli 4. Imp. Cunoni archiepiſcopo Treverorum Chriſti anno 1376. poſtride Cal. Iunii conceſſa nuper prodiiſſe. Codicillis iſtis quæ vocant Regalia, breviter hiſce de rebus mentio fit. Carolus 4. Rom. Imp. Aug. & Bohemiæ rex, intuitu venerabilis Cunonis ſanctæ Trever. eccleſiæ archiepiſcopi, ſacri Imperii per regnum Arelatenſe & Galliam archicancellarii, Principis Conſanguinei devoti ſui chariſſimi, civitatem, oppida, villas, caſtra & fortalitia eius & eccleſiæ prædictæ libertat & libertata confirmat, eademq; decernit ad ipſam eccleſiam Treverenſem pertinere, cum juriſdictione meroq; ac mixto imperio & eorundem exercitio, poteſtateq; animadvertendi in delinquentes iſtorum locorū. Confirmantur dein & conceduntur eidē archiepiſcopo atq; eius eccleſiæ proprietas & poſſeſſio perpetua caſtrorum & munitionū Cochme, Kemplen & Clotten cum thelonio, juriſdictione & omnibus pertinentiis, item monetam in civitate Treveri vel extrà, locis do- B minii vel diſtrictus epiſcopalis ſignandi, & falſarios puniendi jus, non obſtante ſed ſublata prætenſione civitatis Treverēſis quòd epiſcopus in civitate ipſa cum illius conſenſu monetā cudere debeat. Confirmantur deinde thelonia ſuper flumine Rheni & Moſellæ, & immunitas vectigalium pro rebus quas clerici diœceſis Trev. non negotiandi cauſa deferunt, item juriſdictio & conductus ſuper fluvium Moſellæ unà cum ſtrata eius utrobiq; dicta Linpadt, à ripa Dilmerbach prope villam Remich, uſque in Rhenum, & conductus ſuper fluvium Rheni à Duberbach inter Brie & Renſe, uſque ad ripam Nette prope Andernacum, præterea conductus & foreſta in Spurckenberg prope Montabur, in Leſura, Kyle & Sura fluviis, nec non toto tractu inter amnes Brimzam & Dronam: ſtrata etiam utraque ſeu Linpadt & conductus fluminis Saræ ab amne Brimza uſque ad Moſellam, ſanctione addita ne quis cuiuſcunque ſtatus illos conductus per re- C ceptionem thelonii vel captionem ſeu arreſtationem perſonarum vel rerum, quovis modo belli quoque temporibus infringat, quibuſcunque privilegiis non obſtantibus. vel pravam conſuetudinem in iſtis conductibus naufragorum vel cadentium bigarum & aurigarum bona veluti jure Grundtror occupandi, deinceps exerceat. Vaſalli miniſteriales, caſtrenſes, cives, oppidani aut ſubditi archiepiſcopi tam eccleſiaſtici quàm ſeculares, etiam ſi quis miniſterialis aut vaſallus ipſius Cæſaris ſeu Imperii foret, ad judicium Imperialis aut Regalis curiæ, vel alterius cuiuſcunque ſuper quacunque cauſa trahi vetantur inviti: ſed coram Archiepiſcopo conveniri jubentur, niſi non parerent, aut coram eo ſtare juri recuſarent. Archiepiſcopo ſimilem Regali vel Imperiali aulæ judiciorum formam exercere, atque una ſola pro omnibus terminis citatione uti permittitur. Quibus perſonis in judiciis ſuis etiam feudalibus uti poſſit, & qualiter actis judiciū tan- D quam veris ſtari oporteat exprimitur. In feudalibus cauſis à curiæ paribus ad Archiepiſcopum, ipſi etiā Archiepiſcopo à parium ſententiis quibuſcunque ad Cæſarem provocandi facultas tribuitur. Vaſalli intra diem & annum feuda ſua requirere atque recipere, nec ea præter domini voluntatem alienare aut obligare jubentur, alioquin libera poteſtas Archiepiſcopo conceditur protinus abſq; ullo juris ordine talia feuda ſibi vendicandi. Inſuper Archiepiſcopo Trever. indulgetur libertas ultra vel citra montes ad parlamentum & expeditionem Imperatoris haud accedendi, niſi & alii omnes Electores Imperii nominatim vocentur. Archicancellariatus exercitium munuſq; & proventiones, cuſtodia ſigillorum Imperalium vel Regalium, inſtitutio & deſtitutio Cancellarii, Protonotariorum & Notariorum cancellariæ quotieſcunque contingit Imperatorem vel Regē terminos Arelatenſis regni vel Galliæ intrare, ſimulq; prærogativa vocis pri-

Tomo epiſc. 5. litera O. & Tom. epiſc. 6. litera S.

nia jam

A mæ tam in electione Regis Romani futuri Imperatoris, quàm in aliis Imperii ne-
gotiis per Electores communiter tractandis Archiepiſcopo Trever. confirman-
tur. Fortalitia caſtrave quævis in fundo vel diſtrictu totius eccleſiæ Trever. vel in-
ſtra leucā à locis juriſdictionis eius, præter conſenſum Archiepiſcopi erigere ne-
mini nec ipſis quidem Auguſtis licere poena 50 lib. puri auri, inſuper eccleſias
vel monaſteria ſeu capellas dioeceſis Trever. incaſtellare abſque voluntate ipſi-
us primarii ſacerdotis fas haud eſſe ſub pœna banni Imperialis ſancitur. Excom-
municati ab Epiſcopo vel eius officialibus & judicibus, ultra annum & diem
pertinaces, per ipſum Archiepiſcopum vel eius Curiæ magiſtratum proſcribi
& in Imperiali banno poni, atque à cunctis vitari jubentur. Bona feudave Im-
perii qualibet obligata, alienata, venditave, à quocunque redimendi, ſibique re-
tinendi facultas, nominatim emptio oppidi Limburg & caſtrorum de Coverna
B cum omnibus pertinentiis, Archiepiſcopo confirmatur. Ius argentariarum ſeu
aliarum mineriatū in dominio ſeu diſtrictu Treverēſis eccleſiæ, vel in ipſius dioe-
ceſi exiſtentium, nec non theſauri in iiſdem terminis inventi eidem Archiepiſ-
copo conceduntur, nullo cuiuſquam privilegio, jure vel uſu obſtante. Poteſtas
caſſandi mutandiq; cōmunitates, ſocietates, fraternitates, ſtatuta, conſilia & re-
ctores ſuorū locorū civitatis & oppidorum pro arbitrio, quotieſcunque videatur
expedire, item ordinatio civitatum, oppidorum & bonorum ſuorum archiepiſ-
copo attribuitur in perpetuum. Subditi eccleſiæ Treverenſis neque ut Palburger
oder mundtleudt, neque ſi damnati proſcriptive vel hoſtes Archiepiſcopi ſint,
in civitatibus Imperialibus recipi, ſed expelli jubentur. Archiepiſcopum Treve-
renſem inimicis ſuis juſtum bellum indicere & in expeditionibus ſuis vel Impe-
rii quovis locorū victualia capere pro arbitrio poſſe, nec inde ad damna vel præ-
C ſtationes ullas teneri debere exprimitur. Omnia feuda eccleſiæ Treverenſis ad
eandem & ad Archiepiſcopum iiſdem modis devolui quibus ad Cæſarē vel Im-
perium ſolent, nec ad prolem fœmineā pervenire debere decernitur, niſi de tali
privilegio clare doceatur. Merum & mixtum imperium cum attinentiis in juriſ-
dictionibus dioeceſis quæ Freiengereide vocantur, archiepiſcopo cōfirmatus pa-
riterque jus tutelæ exercendæ vaſallorum ſuorum inpuberum. Si quā collatio
beneficii cuiuſquā dioeceſis Trev. Cæſari competat, ipſum Archiepiſcopo Treve-
renſi perſonas idoneas præſentare debere pro inſtitutione obtinenda declaratur.
Sententia per ipſum Carolum pridem lata pro Cunone contra civitatem Treve-
renſem, qua ipſam eiuſq; dominiū directum & utile, advocatiā ibidem cum me-
ro & mixto imperio ac juriſdictione tam eccleſiaſtica quam ſeculari ad Epiſco-
pum & eccleſiam pertinere decrevit, ratificatur & confirmatur. Denique privi-
D legia, ſententiæ, libertates, exemtiones, gratiæ, atque omnia quæcunque Trever.
archiepiſcopis & eorum eccleſiæ vel monaſteriis & ſubditis ipſius unquam con-
ceſſa fuere, monetæ etiam & judæi, dominia, juriſdictiones, foreſtariæ, diſtrictus
thelonia, ſtratæ publicæ, conductus per terram & aquas, jus navigandi, piſcariæ,
aquarum decurſus, ripæ & littora in dominio, poteſtate vel diſtrictu archiepiſ-
copi & eccleſiæ Treverenſis & omnia feuda, jura & conſuetudines, libertates,
proventus, bonaque omnia quæ poſſident vel quaſi, ſpecialiter feuda caſtrorum
de Coverna, proprietas vel quaſi monaſterii ſancti Maximini, advocatia mona-
ſteriorum de VVadtgaſſen & de Sprenckersbach, proprietas & poſſeſſio oppidi
ſui Monaſterii in Meinfeldt, & caſtri Thurum cum omnibus pertinentiis eidem
archiepiſcopo & eccleſiæ Treverenſi confirmantur renovanturque ex certa ſci-
entia, de plenitudine poteſtatis Imperialis. Omnia privilegia, literæ cæſareæ qui-
buſcunq; perſonis vel locis conceſſæ, nec non omnia ſtatuta, conſuetudines & u-

A ſuis ex occaſione nonnunquam facere conſtat, tametſi alioquin eaſdem urbes
ſuas & Imperii nuncupent. Libera fuit Treveris ante Baldevvinum epiſcopum „
& Ludovicum Imp. lōgo ævo. Meri & mixti imperii juſtitias pœnaſque ſcelera-
torum exercent & exequuntur, monetam quoque ſignandi facultatem habent
etiamnum civitate Trever. pontifices, nimirum pro more & uſu antiquiſſimo,
cuius initii memoria non extat: ſicuti præter alios alibi tum Agrippinenſis præ-
ſul ibidem gladii poteſtate ſummaq; juriſdictione utitur, tum alii in aliis urbib⁹
Imperii monetam cudunt variaq; regalia poſſident & exercent Epiſcopi: nihilo-
minus tamen eaſdem civitates & antiquam libertatem poteſtatemq; ſui & jura
conſuetudinesq; ſuas obtinere planū eſt. Alterū diploma quod à Carolo 4. Rege „
nactus fertur Baldevvinus anno Chri. 1346. Bonnæ, (nimirum tunc temporis in-
tra terminos Archicancellariatus & cuſtodiæ ſuæ ſigillorū Imperialiū) quia pro
B parte tantūmodo adhuc in publicū prodiit, ut in Baldevvini rebus geſtis antea
quoq; relatū eſt, levioris momenti videtur: atque inſuper à Carolo nec dū juſto
Rege, dubia vel nulla prorſus poteſtate datum: proinde nec in uſum unquā ve-
nit, quanquam certi temporis ſpatia de huldis præſertim innovandis præſcripſe
rit. Deinde quàm facilis fuerit Carolus 4. in augendis amplificandiſque ſeorſim
Pontificū Trevirenſiū privilegiis, documento ſunt codicilli ipſius an. Chri. 1354.
Maguntiæ, nec non an. Chri. 1356. Metis illi Baldevvino, hi Beomundo conceſſi.
Nam ſi priores de moneta diſponentes, ad Henrici 7. & Ludovici 4. Impp literas
anno Chri. 1310. Lutzelenburgi, & anno Chri. 1332. Norinbergæ Baldevvino con-
ceſſas expendantur, inſigniter auctæ apparent. Ac rurſum in Regalibus Cunoni
præſtitis Bacharaci, anno Chri. 1376. latius cum novo incremento extenduntur.
Poſteriores literæ de judæis Boemundo conceſſæ, non modò pactis inter Balde-
C vvinum & civitatē Treverenſem anno Chri. 13.8. initis, uti poſtea docebitur, ſed
etiam perantiquæ conſuetudini quæ tum vigebat, ac deinceps longo inſuper tē-
pore viguit, nimirū quod judæi pro tutela tributū annuū civitati præſtitere, ma-
nifeſto adverſantur, nec in uſu unquam fuerunt: quare tum iſto nomine, tum
quod ante annos ſupra centū & quinquaginta judæi prorſus urbe exacti, nec de-
inceps ad inhabitandum admiſſi ſunt, diploma iſtud inane nec ullius momenti
eſt. Carolinum porro arbitriū Chr anno 1364. exeunte latum, tam prægnans ap-
paret, ut conſultorum judicio per ſe neceſſariò corruat: præterquam quòd non
modò non impletum laudatumve, ſed etiam nova tranſactione mox immutatū
ſolutumq; fuit: proinde cum poſtea veluti non extiterit, nec confirmari quoq;
potuit. Poſtremò Regalia Caroli 4. quæ vocantur, an:.o Chri. 1376. Bacharaci
præſtita Cunoni, Archicancellario nimirū & cuſtodi Imperialium ſigillorū cor-
D pus totum dominationis & prærogativarum eccleſia Trever. una veluti compa-
gine lata complectuntur. Sed quàm multa contineant aliena, quæq; nec poſſide-
runt unquam Treverenſes Epiſcopi vel in uſu habuere, nec poſſident exercentve,
partim etiam ſibi non vendicant, ſi locus ſit demonſtrari pluribus queat. In ex-
emplum tamen de multis iſtud capiatur. Ius & imperium iterq; nauticum Mo-
ſellæ fluminis à rivo Dilmerbach prope villā Remich, uſq; ad Confluentia Rhe-
ni, Archiepiſcopo Treverenſi attribuitur, non ſolum in futurum, ſed etiam pro
ævo præterito. At manifeſtum eſt à villa Remich & propinquo rivo tractu ferè
quinque milliariorum germanicorum ſupra Treverim, fluviū Moſellam ditio-
nis eſſe Lutzelburgenſium Dynaſtarum, nec memoriam hominū diverſam ex-
tare: ripariū inſuper vectigalis finibus ſolvi Lutzelburgenſibus. Rurſum infra
Treverim Comites Spanheimenſes toto ſuo territorio quantum juxta Moſellā
& ultra protenditur, Archiepiſcopo Treverenſi nullum imperium fluminis con-

cedere ſed ſibi id aſſerere, ſibi inveterato uſu & exercitio retinere conſtat. Nec mi- A
nus in aperto eſt utroſque Principes iiſdem ſpaciis ad noſtram uſque memoriam
poteſtatem in naufragiis & jus priſcum Grundtror exercere, quod tamen æque
ac vectigalis cuiuſquam exactio in finibus ad jus Archiepiſcopi Trever. pertinen-
tibus ne liceat aut fas ſit, iſtis tabulis Archiepiſcopo cõfirmatur. Quid quod Cu-
noni & eius ſucceſſoribus in perpetuum addicuntur jus, dominium & receptio
omnium argentariarum, ſeu aliarum mineriarum in dominio vel diſtrictu Tre-
verenſis eccleſiæ, vel in ipſius diœceſi repertarum, ſeu reperiendarum, unà cum
theſauris in dictis terminis inventis, non obſtantibus, quibuslibet legibus, ſtatu-
tis, privilegiis, cõſuetudinibus ſeu uſibus per quoſvis Auguſtos vel alios factis vel
introductis? ſunt enim hæc ipſa literarum verba. Latiſſimos equidem fines habe-
re diœceſin Treverenſem & alienas ditiones haud modicas amplecti non ambi-
gitur, quanquam parœcia ſeu ut vulgus parochia, quondam ſatis exili vocabulo B
dicta ſit. Et extare intra terminos diœceſis Trever. fodinas metallorum, argen-
ti, æris, plumbi, ferrique complures ſcitur, quæ tamen ſuos habent dominos, nec
ullo pacto Treverenſi eccleſiæ ſunt obnoxiæ. Nec magis theſaurorum jus in diœ-
ceſi integrum eſt Archiepìſcopis Treverenſibus. Pariterq; ſatis enorme videtur
quòd iiſdem pontificibus conceditur omnia Imperii bona ubicunque reperian-
tur obligata, alienata, venditave, redimere, ac eodem jure ſeu titulo ſibi habere
quo priores poſſeſſores: item quotieſcunque pro negotiis eccleſiæ ſuæ in expedi-
tione ſint, per ſe aut ſuos capitaneos vel mareſchalkos in quemcunque locum
diverterint cum gentibus & comitiva ſua, victualia, hoſpitia, & alia neceſſaria
pro ſe & gentibus ſuis omni jure & modo ſicuti Imperator & ſacrum Imperium
liberê ac propria auctoritate recipere, non obſtante contradictione cuiuſvis, nec
ad damna aut aliquot intereſſe ex præmiſſis teneri, quibuſcunq; perſonis, etiam C
cuiſcunque ſtatus, conditionis aut eminentiæ fuerint. Plura eiuſmodi immenſæ
munificentiæ nec non ad aliorum injuriam Regalia iſthæc Caroli 4. continent,
eaq; propter vel ex parte tantum uſu confirmata, vel prorſus inuſitata: quæ ſi
nunc ſibi vendicare velit Treverenſis eccleſia, neceſſe ſit plurimos dynaſtas pari-
terque civitatem Treverenſem vetuſtiſſimis privilegiis, antiquo jure atque con-
ſuetudine ſua ſpoliari, inſuper ſuperiorum Cæſarum atq; etiam ipſorum Trever.
pontificum acta, literas & conventiones ſolvi, pacẽ turbari, bonas leges antiqua-
ri, formam rerum quæ jamdiu æqua viſa eſt, inverti, facta infecta fieri: præter-
quam quòd omnium ordinum Imperii Rom. dignitatẽ & jus univerſum non ex-
oletis vetuſtate rerum imaginibus, ſed longæ cuiuſq; conſuetudinis uſu & exem-
plis maximè patrum avorumq; ſtare manifeſtum eſt. Planius hæc commemora-
re neceſſe fuit, quò Treverenſis eccleſiæ ſumma temporaliũ poteſtas, Epiſcopo- D
rum Baldevvini præſertim & Cunonis ſingulari induſtria ſubvecta ſolidataq; lu-
culentiùs appareat, eoq; facilius ſit æſtimare quid conferant, qua forma ſint, quo-
ve fundamento innitantur Cæſarum poſteriorum Regalia, veluti D. N. Maxi-
miliani ſecundi a Deo coronati Auguſti, pii, fœlicis, inclyti, cui vita & ſalus: nec
non glorioſæ memoriæ D. Ferdinandi & Caroli 5. & Maximiliani primi & Fride-
rici 3. piiſſimorum Principum Iacobo primo ſolertiſſimo præſuli, & Richardo
Ioanni 4. & 5 nec non Iacobo 3. qui vivit fœliciterq; vivat, Treverorum pontifi-
cibus ad ipſum Carolini diplomatis exemplum, ſed ambitione Iacobi primi u-
beriore forma in unum volumen plurimis literis conſarcinatis, uti poſteà dice-
tur, impertita, innovata & confirmata. Cæterùm VVernero quem Cuno ſuc-
ceſſorem habuit, & dein Ottoni atque Rabano, tum poſt Iacobum primum
Ioanni 2. & Iacobo 2. rurſusque poſt Reichardum Ioanni 3. & Ioanni Ludovico

Treve-

Digitized by Google

A Treverorum pontificibus quid collatū confirmatumve fuerit, & utrum VVenceslaus, Rupertus, Sigiſmundus Albertusque 2. Cæſares eadem forma Regalia dilargiti ſint nec'ne. quæri poteſt, cùm ea de re nullæ adhuc prolatæ ſint tabulæ, quanquam jure diſceptetur. Enimvero quòd ſi non ambigatur omnes Treverorum Archiepiſcopos à Cunone uſque ad Iacobum 3. videlicet ab anno Chri. 1376. uſq; in præſens, ducentorū annorū curriculo, ab Imperatoribus Rom. inveſtituram & confirmationē Regalium pro more nactos, ſicuti id publica Caroli 4. rogatio quæ vocatur Aurea Bulla diſponit, nihilo magis tamen efficaciter aliquo iure vel re quapiam potuerunt inveſtiri donarive, quæ vel nō extitit, vel iam priùs aliis poſſeſſoribus mancipata, ac deinceps in hodiernum vſque diem vſu antiquiſſimo relicta confirmataque fuit, etiā indulgentia, literis & auctoritate Rom. Principum, inſuper ſcientia & conſenſu vel patientia ipſorum quibus enormi li-
B beralitate olim forſitan aſſcribi haud difficulter vel per obreptionem potuit. Nec ignoratur Electorum Principum dignitatem præcipuam & ampliſſimam eſſe oportere: ſed ad ſumum honoris gradum offenſione iuris alieni non eſt opus: nec Archicancellarii Galliæ & regni Arelatenſis (quo nomine atque munere Treverorum Pontifex eminentiſſimū Imperii Septemuiratum gerit) inclyta auctoritas ulla parte læditur ſi civitas Trever. avitam libertatem poteſtatemq; ſui. ſuū jus ſuasq; conſuetudines & prærogativas (quæ Chriſto propitio nec aliena vi vel ſpontanea voluntate, nec alio quovis caſu hactenus amiſit) in poſterū exemplo ceterarum urbium Regalium Imperii Germanici quietè retineat Hæc autem eo potiſſimum dicuntur, quòd contra morem majorum ab archiepiſcopo Trever. forma reipubl. ac libertas eiuſdem civitatis uſu antiquiſſimo, Cæſarum privilegys & auctoritate, conventionibus ſcientia voluntateq; ſuperiorum pontificum
C firmata, ſicuti in ſequentibus apparebit, recenter oppugnari cœpit, ac ſi ipſa civitas olim cum omnibus dominiis directis & utilibus, advocatia, juriſdictione, mero ac mixto imperio ad eccleſiam Treverenſem pertinuerit, & archiepiſcopo poteſtas data ſit communitatem, ſodalitates, ſtatuta, rectores ſeu magiſtratus ibidem, & univerſam urbis adminiſtrationem pro arbitrio ſuo mutandi, tollendi, ipſa etiam civitas ſuis avitis legibus, privilegiis quibuslibet & antiqua conſuetudine adverſus iſta uti non queat, ideo nimirum quippe quia Caroli 4. arbitrio & Regalibus quæ ſucceſſores eius Rom. Principes confirmarint, talia legantur cōprehenſa. Sed num iſta juri æquitative vel uſui cuiuſquā memoriæ vel etiam menti atque voluntati glorioſiſſimorum Principum qui vivam in terris imaginem juſtitiæ geſſere, ſatis conveniant, quæritur: eoq; minus rationis habere videantur
D ſi libertatem, jus, atque conſuetudines Auguſtæ Treverorum, totiusque civitatis antiquum ſtatum, honori Archiepiſcopali dignitative Septemviratus aut eccleſiaſticæ libertati quicquam derogare vel adverſum continere minimè doceatur: ſiquidem piiſſimos Cæſares in privilegiis & confirmationibus ſuis, ut ampliſſimè eorum Regalia cenſeantur, Eccleſiam & Electoratum quò conſervarent maximè ſpectaſſe tum res ipſa loquitur, tum verba palam exprimunt. Et de his hactenus, ac de Cunone 94. Treverorum Archiepiſcopo rebuſque ab eo geſtis abundè dictum eſt.

Ipſum Cunonem ſibi priuſquam excederet ſucceſſorem cepiſſe VVernerum jam priùs quoq; conſtat. VVernerus itaque 95. Treverorum pontifex anno Chri. 1388. menſe Maio factus, deinde menſe Septembri ordinem presbyteratus ſuſcepit & in epiſcopum conſecratus eſt. Initio ſtatim cōtentionibus non caruit, Philippo Comite de Falckenſtein avunculo eius theſauros Cunonis flagitāte quòd is adminiſtratione tutelæ ſuæ magnā inde pecuniam in uſum eccleſiæ Treveren-

Digitized by Google

ſis vertiſſet: Friderico quoq; Colonienſe Archiepiſcopo rationes poſcente de il- A
lius eccleſiæ cura, quam Cuno pridem geſſerat. Maximas inſuper copias adverſus Geldriæ Ducem illa tempeſtate mittebat Franciæ rex Carolus, unde VVernero metus, & neceſſe fuit munitiones caſtraq; ditionis ſuæ militaribus præſidiis firmare, in armis eſſe atq; in eam rem ingentes impenſas agere, donec Carolus exercitum reduceret. Ioannem Comitē de Solms diffidatum hoſtem in conflictu cepit, ac vinctum tamdiu in arce Montabur retinuit, donec cum ſuis renuntiationibus & obligationibus optimis liberaretur. Theloniū quod olim Cuno à Confluentia ad Capellam auctum tranſtulerat, in Conenengets ſtatuit, anno Chriſti 1402. Francofurdienſes infeſto exercitu trium millium equitum petiit, & ſpeculas eorum quas in ſuo territorio erexerant, evertit. Anno Chri. 1401. VVeſalienſes obſedit, & extortis literis admiſſi delicti culpam luere compulit. Anno Chri. 1404. grave bellum exercuit cum nobilibus de Areburg, quo arcem VVelchenhuſen captam diruit: idque tamdiu continuatum eſt donec Comes ipſe de Areburg ab ditione ſua redderetur extorris: unde odium diuturnum & inveteratum reſidet. Comites Sylveſtres cum eccleſiæ Treverenſi diu moleſti fuiſſent, VVernerus armis captis arcem Droneck obſedit, ſed aſſiduis imbribus infecta re caſtra ſolvere coactus, & pax deinde facta eſt. VVernerſeck de novo conſtruxit. Caſtrum ad VVitlich inſigniter à fundamentis inchoavit. Eccleſiam Treverenſem laudabiliter annis 30. rexit: Princeps majoris fortunæ, induſtriæ minoris. Nam introitum à Cunone cepit opulentiſſimum: exitus eius fermè pauper, auro conſumpto, promptuariis quoque vacuis. Obiit anno Chri. 14 8. 4. die Octob. apud Confluentes in eccleſiæ Sancti Caſtoris ſitus. Hæc ſcriptor rerum VVerneri, ſed annis fere centū poſterior, quod alibi ex ipſius monumentis colligitur. Scheckmannus uti & hoc exemplo ſit illius incuriæ, Cunone, inquit, diem ſupremum obeunte, vir valde venerabilis Dominus VVernerus ſubſtituitur 96. Archiepiſcopus, talis ſanè qui epiſcopium egregiè comiterq; rexerit. Civilitatis urbanitatiſq; magnæ erat, in conſilio providus, in opere circumſpectus. Tum ſucceſſiſſe dicit Ottonem 97. pontificem. At manifeſto in errore verſatur, tam quòd mortuo demum Cunoni VVernerum ſubſtitutum dicit, quàm quia poſt Theodericum 87. epiſcopum ſtatim 89. collocat Arnoldum, qui eſt 88. ac deinceps eadem ſerie ſucceſſores recenſet, numero in omnibus ab Arnoldo uſque ad Reichardum depravato. Scire quoque nonnihil intereſt juramentum VVernero

Hude mit alle diſme tage vnd von alle diſme tage vort ſo ſal die gemeinde zu Trier vnd ich gethreuwe vnd holdt ſein vnſerem genedigen Herren Herren Werner Ertzbiſchoue zu Triere vnd ſyme Stiffte vnd jn vnd ſynen Stifft by hirre hirlichheit zu laſſen / vnd nit darahn zu hinderen / Behelteniß der Stede freyheit gewonheit vnd herkommen / ſo vns Gott helffe vnd die Heiligen.

Jtem ſal vnſer genedige Herre von Triere globen mit ſeiner Fürſtlicher ehren mit ſeiner handt in des Scheffenmeiſters handt die Statt

præſtitum à civitate Trev. inter antiqua Senatus monumenta reperiri ſimilis omnino formulæ qua & Cunoni ſacramentum dictum in ſuperioribus indicatum fuit. Præterea VVernero Archiepiſcopo poſtulante Bonifacius 9. Pontifex Rom. conſuetudinē inveteratam quòd ſive teſtato ſive inteſtato decedentibus in civitate vel diœceſi Treverē ſi bēeficiatis, Archiepiſcopus ſeſe de omnibus ipſorum bonis intromittebat, eaque recipiebat & convertebat in ſuos uſus, unde beneficiati tam à parentibus, quàm à creditoribus in neceſſitatibus ſuis ſæpiſſime derelinquebantur, & defectus ac damna gravia, penuriam inſuper interdum ſuſſerebant, abolevit atque ſuſtulit, & Archiepiſcopo in recom-

(Margin letters: B beside "1404. grave bellum", C beside "mannus uti", D beside "ctum in ſuperioribus".)

A von Triere zu laſſen bey hirre frey-heit/ gewonheit vnd herkhommen/ Behelteniß jme vnd ſime Stiffte hirre hiu lichen rechten/ vnd gewonheit.

recompenſam fructus primi anni omnium beneficiorum in civitate vel diœceſi quandocunque vacantium, ſalvo tamen jure Cameræ Apoſtolicæ & cuiuslibet alterius, conceſſit addixitque, Bulla iſtud ipſius Bonifacii teſtante. Sed & conſtitutio VVerneri extat cum decreto aſſenſu Capituli totius edita, & tam Epiſcopo, quam à Capitulo die 6. Febr. anno Chriſti. 1397. more Trever. ſignata, per quam eadem conſuetudo tollitur, & libera poteſtas teſtandi bonaque ſua legitimis hæredibus ab inteſtato relinquendi clericis facta eſt: hoc ſalvo (verba ſtatuti ſunt) quod quia clericus beneficiatus primò & principaliter illis tenetur obnoxius à quibus beneficia recepiſſe dinoſcitur, idem clericus ſi dignitatem habuerit, ad minimum duas marcas argenti, ſi canonica- B tum vel eccleſiam curatam, unam marcam, ſi altare aut ſimplex aliud beneficium, mediam marcam primò & ante omnia in ſuo teſtamento donet & leget ad fabricam eccleſiarum in quibus eiuſmodi beneficia tenuit: quòd ſi pluralis in beneficiis fuerit, ſingulis eccleſiis tantundem donet. Si inteſtatus decedat, agnoſcentes eius bona modum prætaxatum ſolvant, ipſaque eccleſia cunctis aliis creditoribus præferatur: una marca argenti pro ſex florenis curſibilibus Rhenenſibus computata. Nimirum pecunia hæc etiamnum pontificis ſigillifero numerari ſolet. Nec abs re eſt huiſce conſtitutionis VVerneri poſtrema quædam verba ſubjungere. Pro quorum omnium, inquit, commemoratione perpetua ordinamus, & ſub pœna ſupraſcripta ſtatuimus, ut ſingulis annis in perpetuum ſemper caſtrino Animarum, eccleſiæ collegiatæ in civitate noſtra Treverenſi ut alias moris eſt, mane ad eccleſiam noſtram Summã, in Confluentia collegia & eccle- C ſiæ ad ſanctum Florinum conveniant, aliaq; eccleſiarum collegia & eccleſiæ parochiales in ſuis eccleſiis prædicto caſtrino ſolenniter & cum devotione Vigilias & immediatè poſt has Miſſam animarum decantent pro bonæ memoriæ noſtris progeniebus, Domino Cunone avunculo & prædeceſſore immediato, necnon Boemũdo, Baldevvino aliisq; noſtris prædeceſſorib. & ſucceſſoribus, omnibuſq; aliis noſtris & eccleſiæ noſtræ Trever. ac prædictarum aliarum eccleſiarum benefactoribus. Nos etiam omnibus huiſmodi Vigiliis & miſſis intereſſentibus clericis & laicis confeſſis & contritis beatorum Petri & Pauli apoſtolorum auctoritate 40. dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. In præmiſſis quidẽ omnibus debita ſubſidiorum clericorum & conſueta carninm & vecturarum nobis & eccleſiæ noſtræ Trever. per Abbates & monaſteria debi- D torum contributione atque præſtatione, nec non canonica correctione nobis & ſucceſſoribus noſtris Archiepiſcopis Treverẽſibus à jure per miſſa in facineroſos & delinquentes clericos, nobis & iiſdem noſtris ſucceſſoribus ſemper ſalvis &c.

Poſt VVernerum fuit Otto, in ordine 96. Archiepiſcopus, genere ex Comitibus de Zigenheim, antea maioris eccleſiæ Præpoſitus, vir magnificus, armis ſtrenuus, prudens ac Deo devotus. Poſt conſecrationem anno Chri. 1420. à Sigiſmundo Imp. Vratislaviæ regalibus inveſtitus eſt Anno Chriſti 1420. dominiũ de Kempenich cum arce per obitũ Ioannis noviſſimi Domini abſque liberis maribus ad eccleſiã Treverenſem devolutũ, armatis copiis obſedit, dedẽtibuſq; ſeſe fratribus de Schoneck qui cũ præſidio locũ inſederant, cepit: atque ita ſopita cõtentione vaſalli iſtius dominii ab ipſo Ottone feuda ſua recepere. Anno 1425. voti cauſa cum exiguo comitatu peregrinatus eſt ad Hieroſolymas, doniſq; pretioſis ſepulcri Dominici cuſtodes ornavit. Inde reverſus eccleſiæ ſuæ viſitationẽ & reformationẽ inſtituens, re non ſuccedente ob inſolentiam nonnullorũ in talibus

uti

Digitized by Google

uti ſi pertinaciter reſiſtentium, Cardinalem Vintonienſem Anglium, regio ſanguine cretum ſedis apoſtolicæ Legatum auxilio acceſſivit: cæterùm nec tanti viri doctorumq; prælatorum quos ſecum adduxerat auctoritate & induſtria fructum aliquem ſpei ſuæ conſequi potuit, hoſtis maligni ſuggeſtione bonum quod imminebat avertentis. Caput Apoſtoli S. Mathiæ plurimis annis in arce Erenbreitſtein reconditum, ad eccleſiam Treverenſem maxima religione tranſtulit anno Chri. 1422. & pro decore ſani eiuſdem æterno, Miſſam glorioſæ Virginis, quoditie ſolenniter finitis Matutinis ibi decantandam inſtituit atque dotavit. Caſtra & munitiones patriæ ſuæ conſervavit. Arcem in VVitlich à VVernero inceptam mágis impenſis opere regio perfecit. Caſtellum juxta pontem Confluentinum vetuſtate neglectum inſtauravit. VVaſſerpillich adverſus fratres de Gimnich magna vi armatorum obſeſſum expugnatumque ſolo æquavit. Regimini monaſteriorū ac reformationi cleri ſummopere ſtatuit: divino miniſterio, miſſarū ſolenniis, ordinationibus clericorum, conſecrationibus eccleſiarū quod antea rarum fuerat: ipſemet frequenter ac ſedulo intendit: jejuniis ac orationibus vacans noctes ſæpe duxit inſomnes, ſolo proſtratus dulci contemplatione Deo ſeſe cōmendavit: nihil ei quod ad religioſum ac ſanctū pontificē pertinet, defuit. Inſtantibus ſummis Chriſti atq; Virginis matris feſtivitatibus ex aulico tumultu cum paucis ſe ad loca privata reformatorum monaſteriorum recepit, divinis operans. Fuit inſuper maximus eleemoſinarius: in fame ſuccurrebat egenis, preſertim ruri habitantibus: frumentū juſtis pretiis venundari vel mutuo dari præter ullum emolumentum ſuum juſſit, atque ob eam rem horrea cellaſq; ſuas omni annonæ genere refertas habuit, multò quidem labore ſed uſu brevi: non quæſtus aut avaritiæ cauſa uti ſit, ſed in pauperum ſubſidium nec non ad faciliorem hoſtium ſuppreſſionem. Eccleſiā cum principatu annis undecim tranquillè adminiſtravit: ac poſt innumeras curas laboreſq; deficiētibus corporis viribus, graviſſimo calculi dolore ægrotare cœpit, omnibusq; juſtis ad ſalutē probè diſpoſitis Confluentiæ diem extremum clauſit, anno Chri. 1430. Treverim relatus ante aram D. Virginis matris in eccleſia Majore ſemota omni funebri pompa uti ipſe juſſerat, tumulatus eſt. Hæc ſcriptor quidam haud ineruditus nec recens, memoriæ prodidit: atque in eandem ſententiam pleraque refert Scheckmannus. Nam de hoc Ottone, latera, inquit, ſua tàm in rebus eccleſiaſticis quàm ſecularibus talibus munivit viris literatis & religioſis ut dicit Doctor Ioan. Nider Tiedmaro Cancellario eius ſibi teſtimonium ferente, qui noſcere poſſent quid reddendum eſſet Deo, quid Cæſari. In propria perſona cum exercitu non modico Bohemiam intravit, & quantum ſua interfuit, peſtem hæreſis Huſſitarum extinguere & extirpare conatus eſt. Et quia zelus domus Domini comedere eum non deſivit, quando vidit ſuos canonicos & collapſos ſacerdotes à gradu ſuæ inſtitutionis, monaſteriaque deformata ubilibet, idcirco operam dare cœpit ſanctæ reformationi, quam in ſe dudum prior ſtrictè aſſumpſerat. Arcire regularium canonicorum inſtitutis aggreditur canonicos eccleſiæ Majoris, ut à ſanctuario juxta prophetam inciperet: ſed contra ſtimulum calcitrat. Suggerit Pontifici ſummo, petit conſilium & auxilium: dirigit ille Legatum à latere, ut Apoſtolicæ auctoritatis præcepto & cenſura eccleſiaſtica illos coërceat: neuter prævalet, Legatus inquam & epiſcopus. Quo viſo vir devotiſſimus Otto ingemuit, cum beato Ambroſio de cleri duritia illud propheticum in corde verſans, ſi caput ſanctum eſt, & membra. Verùm ubi in capite non valuit, ad membra ſe convertit. Monaſteria urbi adjacentia etſi non prima fronte, vel ſecunda monaſtici rigoris diſciplinæ ſubdidit. Ita Scheckmannus. De Ottone præterea

Treve-

Digitized by Google

A Trevetorũ pontifice conſtat ex Aenea Sylvio, Aventino ac aliis chronographis, prima validiſſima expeditione in Bohemiam adverſus Huſſitas anno Chri. 1420. ipſum unius exercitus ex tribus ductorem fuiſſe, nempe Rhenenſiũ, Bojariorum & Suevorum: quum Cardinalis Vintonienſis Anglus, Martini Pontif. Rom. Legatus Germanos in arma concitavit, cæterùm non modo nulla re memorabili geſta, ſed inſuper inſigni accepta clade turpis fugæ comes factus eſt. Sequente dein anno Chri. 1421. novâ in Bohemos expeditione decreta, comitiis Norinbergæ à Sigiſmundo Cæſ. habitis, non ivit Otto ipſe, ſed auxilia miſit, Aenea teſte. Rabano et ã Spirenſi epiſcopo in illius civitatis obſidione opem tulit, uti Eiſengrinus Chron. Spirenſi annotat. Initio pontificatus bello illũ quod tum inter Colonienſem Archiepiſcopũ & civitatẽ exortum erat, interceſſiſſe, in annalibus Agrippinenſiũ proditur. Iudæos è civitate Treveri pulſos ipſo Pontificatũ gerente certis literarũ monumentis conſtat. Deniq; fama urbẽ tenet veluti per manus tradi-
B ta, cũ à magiſtratu urbis uſum clavis ad exitũ reditumq; cum liberet per portam civitatis admodũ palatio propinquam, impetraſſet, ipſam non modò ſanctè reſtituiſſe, ſed etiam ſedulò admonuiſſe ſenatorium ordinem ne deinceps cuiquã ,, tantundem haberent fidei; vel portam illam patere ſinerent: quamobrem de- ,, foſſis in intima terræ clavibus ea ſtatim cæmento obſtructa clauſaque fuerit, ſi- ,, cuti ad hanc uſque memoriam ſpectatur.

Obiit Otto anno Chri, 1429. 13. die Febr. more Trever. quemadmodũ in acta civitatis relatum: & mox eiuſdem menſis die 27. ſucceſſor dictus eſt pluribus canonicorum votis Iacobus de Sirck illius eccleſiæ Scholaſticus & Herbipolenſis Præpoſitus, apoſtolicæ ſedis Protonotarius, Friderico de Crove majore Præpoſi-
C to tum ſuo quàm canonici alterius de Pittingen abſentis nomine Vdalricum ex Baronibus de Manderſcheid Colonienſem Decanum capiente, qui etiam præcipua gratia magnatum nobilitatis eccleſiæ Treverenſis, ilico in poſſeſſionẽ oppidorum & arcium admiſſus, huldaſque ſubditorum & fidelitates aſſecutus eſt. Iacobus igitur viribus impar litem apud Romanum Pontificem inſtituit: ubi primùm Vdalrici actiones improbatæ. ac ſimul ambo candidati ab Epiſcopatu rejecti ſunt moxq; Rabanus de Helmſtat Spirenſis tum præſul à Papa Treverenſi eccleſiæ 97. datus antiſtes, opera Palatini Comitis Septemviri Electoris, quanquam grandevus ſenex: vicitque ambitio veteranum & avaritia commune ſenectutis malum. Confirmatione Papæ adepta Sigiſmundum Cæſarem Ratisbonæ adiit, ubi Regalibus inveſtitus eſt, & confirmationem quoque privilegiorum ,, eccleſiæ ſuæ obtinuit. Nihilominus tamen Vdalrico deinceps toto penè quadri-
D ennio adhęſerẽtã nobiliũ & militũ quã reliquorũ ſubditorũ ordines, nulla vel Apoſtolicorũ mandatorũ, vel etiã eccleſiaſtici interdicti religionẽ Rabanũ uti incertem aſpernantes. Vrbs Treveris interim obſeſſa & bello vexata duobus ferè annis, auxilio & induſtria ſingulari uſa eſt Arnoldi de Sirck fratris Iacobi qui paulo ante creatus fuerat epiſcopus. Sed & caſtrum Schonecke eius Dominus Rabano adhærebat, Vdalrici factio oppugnavit, quanquam æq; ac Treverim irrito conatu. Tandem Moguntinus, Colonienſis & VVormatienſis pontifices agitatas quinquennio diſcordias compoſuere: ac dein Rabanus annis quatuor in archipiſcopatu quietè reſedit, niſi quod Comitem de Virnenburg ex veteri odio rapinis & incendiis infeſtum habuit, donec concordiæ tabulis dominia Schoneck Eifliæ, Schoneberg, Dune, Kempenich & Hãmerſtein illi pro 45. aureorũ millibus pignori obligavit. Poſtea Chri. an. 1438. in Coadjutorem ſiniſtro conſilio accivit Ioannem Loſſenſem Leodienſium epiſcopũ, ac ſeſe in diœceſin Spirenſem recepit ſuprema fata capturus. Denique mortuo apud Turegum Vdalrico dum

Digitized by Google

dũ Romã denuò petit, Rabanus conſentiente Capitulo annua ſaltem penſione A
ſibi retenta Iacobo de Sirck Archiepiſcopatũ ex toto ceſſit, cum hactenus ipſius
pontificatu eccleſiæ Trev. ad quatercentena millia florenorum æris alieni con-
traxiſſet. Hæc de Rabano ſcriptor non vulgaris rerum ab epiſcopis quibuſdam
Trev. geſtarum prodidit: & Scheckmannus quoq; nonnulla in eandẽ ſententiã
commemorat: civitatis autem monumenta plenius bellum Vdalrici & eodem
alia pleraque ſpectantia referunt. quæ poſtea ſuo loco indicabuntur.

Et fuit Rabani ſucceſſor Iacobus de Sirck Treverorum. 98. archimyſta vir
magnæ induſtriæ, quondam inſuper Renati regis Siciliæ &c. Cancellarius, Euge-
nio Pontifici Rom. & Sigiſmundo Cæſari maximè charus, inter quos etiam ſolus
pacem compoſuit. Confirmatione Pontificis Rom. adeptus, in caſtro Mensburg
archiepiſcopus conſecratus eſt. Initio penitus exhauſtas & inanes annonarias ec-
cleſiæ cellas reperit, erantque cuncta creditoribus obligata. Leodienſi epiſcopo B
quòd coadjutor à Rabano aſſumptus fuiſſet, ſupra 60. millia florenorum ac tan-
tundem Rabano pro ceſſione ſolvit. Primo anno pontificatus eius e vivis ſub-
lato Alberto Rege Rom. induſtria ſumma Fridericum 3. Cæſarẽ dici contendit,
& ad ipſum petentibus Septem viris in Auſtriam profectus eſt, de coronatione
Regis tractaturus: qui cùm dein ad Rheni oras acceſſiſſet, ipſe Iacobus conſen-
tiente Moguntino pontifice Romanam Cancellariam gubernavit, atque tum
primò confirmationem privilegiorum eccleſiæ abs Rege Friderico obtinuit. Mi-
rificus amator pacis ſæpe diſſidentium dynaſtarum bella prudenter avertit. Nec
tamen ab invidia quorundam liber fuit, talium maximè quibus prædæ & cædes
æquo & bono eſſent potiora. Conſpiraverant viginti penè magnates uti ingenti
exercitu comparato ipſum invaderent, ditioneque tota pellerent: ſed dilato ad
illum indicio, fortiter injuriam defendere atque propulſare qua erat magnani- C
mine decrevit. Adverſariis primùm magnam vini vim ad bellum comparatam
ademit, ſibique retinuit: qua re conjurati turbatis ipſorum conſiliis ab inſtitu-
to deterriti quievere, tametſi unus Comes ab injuriis non ceſſans canonicos
Limpurgenſes aliquandiu graviter vexaret. Quoſdam è canonicis eccleſiæ ſuæ
Treverenſis ſibi adverſantes Iacobus dignitatibus & beneficiis exuit, eaque con-
ferri aliis curavit: unde lites quidem acres ortæ, cæterùm morte adverſariorum
intercidere. Anno Chri. 1450. qui erat Iubilæus, unà cum epiſcopo Metenſium
& equitibus 140. Romam petiit, ubi à Nicolao 5. Papa complures tum ad hono-
rem eccleſiæ ſuæ, tum ad uſum ſuum prærogativas obtinuit, præſertim nomi-
nationem ad ſingulos collatores ſuæ diœceſis, quibus multum proviſum fuit: &
ut apud Treveros gymnaſium erigeretur impetravit. Inimicos porro graves ha-
buit maximè Ioannem Comitem de Marca & Areburg, nobilesq; quoſdam cõ- D
ſortes caſtrorum Caldenfelſs, Reiffenberg Vaitzberg, Zipenfeldt, Montfort &c.
à quibus ſæpenumero armis laceſſitus fortiter tamen reſtitit. Vno conflictu ex
nobilium manu qui caſtrum Reiffenberg inſidebant, 80. pene equites cepit, &
duriter habuit. Ioannem Hurde de Schoneck finibus Eiffliæ præpotentem &
pertinacem æmulum auxilio Ruperti Comitis de Virnenburg ex improviſo ag-
greſſus, caſtra illi & oppida Hildesheim, Caſtelberg, Manderſcheidt & Scho-
neck Eiffliæ triduo ademit, anno Chriſti 1452. Religionis quoque ſtudioſus
fuit. Conventum Minorum in Confluentia Chriſti anno 1451. ad regularem
obſervantiam reduxit: monachos regulares in inſula Confluentiæ & Eberhardſ-
cluſa ab initio reformatos primus inſtituit. In ipſam ædẽ Eberhardſcluſæ ſolen-
niter conſecravit: ſicuti ſæpe ſummis feſtivitatibus officiis divinis in ſacris ordini-
bus celebrandis aliiſq; pontificis actionibus operam dedit. In Cœna Domini
chriſma

A chriſma ſanctum co nſecrare, familiam ſuam ſacra euchariſtia cõmunicare ſole-
bat: idemq; palã Viennæ apud Cæſarẽ fecit. Levandis archiepiſcopatus ſui one-
ribus Adminiſtrationẽ Metẽnſis eccleſiæ tam apud Papam quàm apud Cæſarẽ
obtinuerat, ſed mors honeſtiſſimi conſilii fructũ præripuit. Anno Chri. 1455. cir-
cà feſtum Epiphaniæ Fridericum Imperatorem rurſus adiit, indictis comitiis ad
Novam civitatem Auſtriæ, expeditionis Turcicæ cauſa, tumq; coram ipſo Augu- „
ſto frequentiſſimo Principũ legatorumq; cœtu orationem inſignem habuit, mi-
nimè ſegni parcens Cæſari. Multa ibi tunc pro ſe & eccleſia Trev. apud Impera-
torem tractavit. Novam omnium privilegiorum confirmationẽ ſub aureis bul-
lis in forma uberiore obtinuit. Ladislaum etiã Vngariæ & Bohemiæ Regẽ Vien-
næ Auſtriacæ convenit & ut feuda ratione Ducatus Lutzenburgenſis à ſe recipe-
ret, effecit, præſtito ipſi Iacobo corporali juramento ac literarum munimine ad
B inſtar ſuperiorum Ducum Lutzenburgenſium quorum hæreditas jure ad regẽ
Ladislaum redierat. Iacobus inſuper pro pace & quiete eccleſiæ ſuæ cum Carolo
Francorum rege ac filio eius Delphino Viennenſe aliiſque Principibus vicinis
fœdus habuit. Plura egregiè in Principatu Treverenſi ædificia conſtruxit. Demũ
ex Auſtria rediens circa feſtum Michaelis anno Chri. 1455. æger & uti ferebatur „
veneno petitus, navigio Palatiolum advectus eſt, & ingraveſcente morbo dein, „
ab initio Februarii uſque ad finem Maii pene uſu linguæ amiſſo, menteque cap-
tus jacuit donec eiuſdem menſis die 28. ſpirare deſiit pontificatus ſui anno 17.
Chri. 1456. Treverim relatus in choro baſilicæ D. Virginis matris ſitus eſt. Pro-
didit hæc rerum ab epiſcopis aliquot Treverenſibus geſtarum ſcriptor nec re-
cens nec indoctus pro illa memoria, quique Iacobi acta ſatis habuit comperta,
veluti ex indubitatis quæ jam citabuntur monumentis patebit. Annotatum re-
C peritur exactè Iacobum archiepiſcopum anno Chri. 1439. in die Martyrum Fœ-
licis & Audacti (11. Septemb.) conſecratum. Dein ut fuit vir callidus & ſagacis
curæ, nihil prius habuit quàm civitatem Treverenſem cum toto myſtarum or-
dine ſeptem eccleſiis Treverenſibus in concordiam redigere: ſummoq; ſtudio ef-
fecit uti de controverſiis omnibus ſeſe ac duos alios ſimul arbitros ſumerent, cle-
rus in civitatem ſecurè poſſet remeare, ac denuo in tutelam & fidem civitatis re-
ciperetur: quo nomine Iacobus ipſe civitati decumas de myſtis oenopolis addix-
it annis ſex proximis, ſicuti iſta Chri. anno 1440. die 10. Maii & (menſe Iulio) Lu- Docu cita.
næ poſt Kiliani ſignatis tabulis confirmata repériuntur. Hinc Chri. anno 1442. Num. 706. Paſſ. 4. & 5.
cum Fridericus 3. Rom. Rex partes Rheni obivit, Francofurti comitiis habitis uti Reichsabſcheidt Re-
indicat ipſius Reformatio (menſe Auguſto) pridie aſſumptionis Mariæ loco ac formation Kon. Friderichs
anno iſthoc edita, Iacobus ibidem & eiuſdem menſis die 15. teſtantibus id literis
D ab Cæſare Regalia ſua nactus eſt, de quibus ſuprà mentio habita: nec diu exinde de anno 1442
die Lunæ poſt Bartholomæi (circa finem Auguſti) anno eodem Argentorati Tomo e-
privilegium inſuper ſingulare à Friderico impetravit, uti quarumcunque lite- piſ. 5 litte-ra K.
rarum de feudis, hypothecis & aliis juribus eccleſiæ Trever. exempla quæ eſſent Tomo e-piſe 5. litte-
in ipſius codices feudales Manbucher exarata, parem ipſis autographis deper- ra V.
ditis auctoritatem & fidem obtinerent. Ita tum Iacobus & pontificis Romani
& Cæſaris gratia ferocior, ſtatim adverſus civitatem Treverenſem acerbe agere
controverſiaſque ſuſcitare cœpit: quibus tamen pro tempore compoſitis anno
nimirũ Chri. 1443. menſe Ianuario, ipſum dein eodem anno Chriſti die 13. men-
ſis Aprilis Treverim intraſſe annotatum legitur. Denique quòd ſcriptor rerum
eius conveniſſe illum anno Chri. 1455. Fridericum Imperatorem apud Auſtriæ Tomo e-piſe 5. litte-
Novam civitatẽ, ibiq; pleniorem omnium privilegiorum confirmationem ob- ra Z.
tinuiſſe tradit, hoc tum ipſum privilegiorũ ſeu Regaliũ volumen datũ in Nova

civitate 25. die menſis Aprilis Anno Domini 1455. Regni Friderici 16. Imperii vero A
4. tum Aeneæ Sylvii poſtea Papæ Pii 2. quoque monumenta docent. Nam is lib. Commentariorum in dicta & facta regis Alfonſi, Iacobus, inquit, Archiepiſcopus Treverenſis Princeps Elector, vir induſtrius ac magni conſilii, ſed multum cupidus & ad extollendam eccleſiæ ſuæ potentiam nimis attentus, anno abhinc ſecundo Fridericum Cæſarem apud Novam civitatem cùm adiiſſet, & alia atque alia petens impetraſſet pluraq; petendo inſtaret, Si non facis, inquit imperator, petendi finem, ego negandi principium inveniam Sic ille, ſatis equidem ſcite Iacobi ambitionem notans, ut qui ſacram Cæſarã Maj. offenderit immodica petendi audacia. Scheckmannus eum multæ eruditionis & memoriæ ſingularis virum vocat, ut qui in Cancellaria ſua copioſe pluribus ſimul dictandi conſuetudinem habuerit: inſuper Ottone mortuo ipſum ab omnibus penè canonicis ſucceſſorem creatum refert, quippe qui Ottoni in reformatione plurimùm reſtitiſſet, quatenus aliorum captaret benevolentiam, tametſi divino judicio à pontificatu tum rejectus fuerit. Et hæc de Iacobo ſcire nonnihil refert, nempe nõ ſolum ut eius geſta & ingenium, vitia, virtutesq; notiora ſint, verumetiã quo de Regalibus ſeu privilegiis uberiore forma ipſi a Friderico 3. Imp. Chri. anno 1455. conceſſit atque confirmatis judicium certius & ſyncerius facere liceat: ſiquidẽ iſto ampliore privilegiorum volumine Treverenſis pontifex maximè nunc utitur, & exinde exempla veterum diplomatum quæ ſuperiores Auguſti Cæſareſque, Treverorum archiepiſcopis eccleſiæ tribuerunt depromit. Iacobi porro archiepiſcopi multa cupiditas & ad extollendã eccleſiæ ſuæ potentiam nimia cura quam Aeneas Sylvius cõmemorat, inſuper uberiore forma vel iuvito Imperatore Friderico 3. impetrata privilegiorum confirmatio, ſimul epiſcopatus Metenſis acquiſitio & fœdera affectata captaq; regis Francigenarum eiuſq; filii primogeniti, quæ omnia videlicet ambitioſæ potentiæ fulcra civitati præſertim Treverenſi periculoſa, Deo Opt. Max. neutiquam probata gratave, Iacobo etiam feralia fuiſſe fatum eius extremum oſtendere ſunt qui putent: quemadmodum vetus ſuperſtitio per Treveros fuſa fertur, infeſtiores civitatis inimicos exitium plerumq; nactos vel abrupta fata. Sed hæc hactenus.

Tomo epiſt. 5. litera K. — Tomo epiſc. 5. litera K. L. M. N. O. P.

Iacobo primo rebus humanis exempto ſtatim eodem anno Chriſti. 1456. die 21. Iunii ſucceſſor poſtulatus pluribus & melioribus canonicorum votis Ioannes Badenſis Iacobi Marchionis filius, annum agens 22. optimæ ſpei & indolis adoleſcens, & confeſtim agitatis tintinnabulis, choro hymnum ſolitum decantante *Te Deum Laudamus* &c. in aram ſummã collocatus eſt, nequicquam contradicente Diethero ab Iſenburg Budingen altero candidato cum iis à quibus ipſe nominatus fuerat. Poſtero qnoq; die Ioannes jam 99. Treverorum D
pontifex eius nominis 2. de voluntate & mandato Capituli in poſſeſſionem caſtrorum & oppidorum Palatioli, VVitlich, Cochme, Erenbreitſtein, Engers &c. miſſus: cæterùm per conventa quædam, unionem vocabant, quibus nonnulli Principes, Prælati, Comites, Proceres, Burgenſes ſubditi Treverenſis Principatus ſeſe devinxerant, aliquandiu impeditus fuerat ne fidelitates & huldas ſubditorum integrè adipiſceretur. Confirmationem etiam à Papa non priùs obtinere potuit, Diethero adverſario Romæ rem per legatum impediente, quàm die Criſpini & Criſpiniani (25. Octobris) nec ſine maxima difficultate ac impenſa: ſed advecto demum ex urbe Roma pallio error vulgi pauliſper evanuit, brevique tota commotio dextrè compoſita eſt, & Confluentini, Bopardienſes, VVeſalienſes, cum aliis oppidis Montabur, Limpurg, Meyen &c. ſacramenta Ioanni dixerunt. Is deinde Chri. anno 1458. cum à tribus epiſcopis, ſuffraganeis

Treve-

Digitized by Google

A Treverenſe, Metenſe & VVormatienſe in caſtro Sarburg conſecratus fuiſſet ar-
chiepiſcopus, Fridericum Imperatorem inſigni comitatu adiit in Auſtria, tum
que Regalibus inveſtitus, & privilegiorum eccleſiæ ſuæ confirmationem literis
Imperialibus obtinuit. Anno Chri. 1460. maxima Prĩcipum Comitum & nobi-
lium caterva ſtipatus, & equitibus nimirum bis mille quadringentis, inſigni ap-
paratu, quippe Theodericus Colonienſis archiepiſcopus, & Fridericus Palatinus
Rheni, Comes de Spanheim, & Carolus Marchio Badenſis, & Georgius Metenſis
epiſcopus, & Philippus Comes de Katzenelenbogen aderant, urbem Treverim
intravit, a civibus fidelitatis juramenta de more accipiens. Cum Philippo Burgũ
diæ Comite potentiſſimo, qua re adverſos conatus Lutzenburgenſiũ haud me-
diocriter fregit, fœdus fecit, pariterq; cum aliis multis Principibus finitimis, un-
B de ſubditi eccleſiæ Trev. ab injuriis tyrannorum præſervati ſunt. Paci ſemper ſtu-
duit: tranquillitas ſub eo major quam unquam antea fuit: inquietos .n. vel pe-
cunia ſedare maluit quam damna popularium admittere. Multos eccleſiæ ſuæ
ſtipendio affectos familiares fecit. Comitẽ de Arburg qui per annos fere centum
acres cũ ſuperioribus epiſcopis inimicitias geſſerat, vaſallũ ſibi acquiſivit, alioſq;
complures. Anno Chri. 1471. Ratisbonam ad imperatorem & publicum conven
tum ornatiſſimo comitatu profectus, ibiq; ſeptem hebdomadis cõmoratus, ac
inde Imperatorem ad oppidum Baden & Argentinam uſq; omni obſequio pro-
ſecutus eſt. Eundem poſtea cum Treverim acceſſiſſet (anno. Chri. 1473.) menſe
Novembri in palatio perhonorificè ſuſcepit Carolus quoq; Burgundiorũ Dux
diadema regale ambiens eò tũ venit, ſed ſpe concepta fruſtratus, inglorius obiit,
eaq; de cauſa Ioannes odio habere cœpit & eius ſubditos exactionare: ſed virili-
C ter reſiſtens Ioannes ſuos ab iſta moleſtia magnificè tutatus eſt. Præterea in ma-
nutenendis eccleſiæ Trev. juribus, privilegiis ac dominiis animũ adhibuit ſtabi-
litũ, nec unquã paſſus eſt ea diminui. Cũ civibus Treverenſibus honeſtã fecit mul-
torũ defectuũ compoſitionẽ, adeo ut pauci priores Archiepiſcopi cũ iis tã pacifi-
cè & tranquillè vixiſſe noſcantur. Caſtra & dominia Schoneck Eiffliæ, Kempe-
nich, Dune à Comitibus de Virnenburg qui ea jure pignoris 70. pene annis poſſe-
derãt, aureorũ millibus 40. & partẽ dominij Limpurg florenorũ 6. millibus re-
demit. Sub ipſo plurima utriuſq; ſexus monaſteria præſertim ordinis ſancti Bene
dicti reformationi ſubjecta ſunt. Ipſe pro honore & utilitate collegiorũ diœceſis
apud ſummos Pontifices inſigne privilegiũ impetravit ſuper electione Decano-
rum & eorundẽ reſidentia. Gymnaſiũ Treverenſe ſeu Univerſitatem dudum per
Iacobum impetratã de novo erexit, utinam erecta in futurum conſervari diu poſ-
D ſit, ex fortuna pendere crediderim. Circa divina ſatis intentus, glorioſam Virginẽ
præcipuè venerabatur, jejuniis & contemplationibus in abdito frequens: pro
laude & gloria intemeratæ Virginis, præſentationis feſtum per ſuam diœceſin
inſtituit, jejunio bannito diviniſq; officiis ſolẽniter quotannis celebrandum. O-
pus inſigne hiſtoriarum Dei genetricis, ſculptum, baſilicæ euſdẽ in Confluentia
dono dedit. Mitram pontificalẽ pretioſam una cũ lituo ſeu baculo paſtorali ac
chyrothecas decorè comparavit. Pro rebus etiam bellicis bombardas, tentoria,
aliaque neceſſaria fieri fecit. Naves inſuper cameratas pro Principis uſu ubilibet
fabricari diſpoſuit. Item omnia ferme caſtra & arces eccleſiæ præclaris reforma-
vit ædificiis, adjectis etiam pleriſque novis, uti in Erenbreitſtein, Engers, Duna
Eiffliæ, Berncaſtel, Sarburg, Kylburg, Schonburg conſpicitur. Palatium Treve-
renſe ſtructura eximia decoravit. Curiam in Confluentia prope eccleſiam Sancti
Florini pene dirutam inſigni opere refecit, pariterque caſtrum ibidem, inſuper
archiepiſcopalem curiã Francofordiæ. Caſtellum Kerlich venationi & aucupio

Digitized by Google

opportunum à fundamentis ædificavit. Triennio puteum in Erenbreitſtein alti- A
tudine 40. cubitorum in ſaxum exciſo cuniculo, præcipuum opus aquis ibi ſca-
tentibus effecit, quibus arx illa priùs caruit ſimilemq; puteum in foſſa caſtri Mō-
tabur fieri curavit. Thermas ad Sāctum Bertricum pene deſolatas reparavit, ex-
imia domo cum cameris, aulis, atque pro balneo æſtuariis: & murum firmiſſi-
mum circumduxit. Anno Chri. 1496. monaſterium conventus in valle Molaria
ordinis beati Auguſtini de obſervantia inſtituit. Anno Chri. 1494. Bopardienſes
cùm ad imminutionē juris archiepiſcopalis varia privilegia clam impetraſſent,
iiſq; pertinaciter nequicquā moniti inhærerent, arcta obſidione clauſit, paucoſq;
poſt dies in deditionem accepit: ſolita benignitate duriora meritos tractavit, re-
ceptis huldis & fidelitatum juramentis. Ipſorum verò quanta rurſum adverſus
,, Principem ingratitudo fuerit manifeſtum eſt, cùm ab illo prorſus defecerint &
,, factioſorum conſiliis adhæſerint. Sed & contentione gravi inter Ioānem Archi- B
epiſcopum ac nobilem de (VVinnenburg) orta, quamobrē etiam illuſtris Prin-
ceps Comes Palatinus arma capere molitus eſt, quanquā vaſallus eius et eccleſiæ
Trever. Ioannes caſtrum Bilſtein obſidione arcta cinxit, donec tandem arbitrio
recepto res compoſita Chri. anno 1488. Caſtrum Hunolſtein Nicolao Advocato
Domino eius poſtremo abſq; maſculis hæredibus defuncto, Ioānes ſtatim equi-
tum peditumq; valida manu occupavit, & ut feudi jure ad ipſum & eccleſiā Tre-
verenſem auctoritate privilegiorum eius devolutum ſibi vendicavit, quanquam
non abſq; diſpendio magnę pecuniæ: nam millia florenorum Rhenenſium de-
cem expenſa ferre oportuit Henrici Advocati unicæ filiæ nomine, quæ Salenti-
no ab Iſenburg Baroni nuptum data erat. Comitatum de Salmis in Arduenna
pretio decem milliū aureorum à Petro domino de Reifferſcheid juſtā emptione
comparavit. Marcetum oppidulū cum attinentiis pro tribus millibus floreniorū, C
familiæ de Sirck per Rabanum archiepiſcopū pignori obligatum redemit. Tan-
dem anno Chri. 1497. cum eccleſiam Trever. annis 40. rexiſſet, coadjutorem
ſucceſſoremque ſibi adoptavit Iacobum ex fratre Marchione Badenſe nepotem
ſuum. Hactenus acta eius ſcriptor illorum temporum prodidit, iiſdem penè ver-
bis retentis ubi momenti aliquid ineſſe narrationi vel rebus ipſis videri potuit;
quemadmodum & in aliorum pontificum geſtis referendis factum eſt, nec ſine
ratione, quippe quo temporis cuiuſq; forma & conditio vel ſemibarbaris elogiis
æſtimari convenienter atque rectiùs queat. Porro de Ioanne hoc Treverorū pon-
tifice monumentis aliis conſtat, adverſa illi initio fuiſſe pacta dynaſtarum, proce-
rum, urbium & populorū ad nomen eccleſiæ Treverenſis pertinentium, quæ vo-
cabant Vnitatem ordinum diœceſis, anno Chri. 1456. die 10. Maii ſignatis tabu-
lis comprehenſam, quum Iacobus deceſſor eius æger jampridem ab omnibus e- D
rat deſperatus. Ea verò conventa quanquam Calixti 3. Papæ mandato à Cardi-
nale quodam fuiſſent confirmata, nihilominus tamen Ioanne poſtulante pri-
mùm Friderici Imperatoris edictis, ſimulq; Calixto cognitionē cauſæ Moguntī-
no atque Colonēſi archimyſtis delegante, ab ipſis irrita eſſe juſſa, dein etiam Ca-
lixti inſuper decreto vetita & ipſius bullis interminantibus quòd adverſus con-
temptores cum tota clavium poteſtate procedendum foret, caſſata ſunt anno
ſeq. Chri. 1457. Poſtea priuſquā ſolenniter in urbem Treverim introiret Ioannes,
ea de re certis conditionibus nimirum quid apud portam Sancti Simeonis ac de-
nuo poſt receptum à civitate ſacramentum ipſe promittere teneretur, inter eum
& civitatem convenit, anno Chri. 1460. incipiente: nec diu pòſt pridie D. Gan-
golphi (dies Lunæ fuit ab dominica Cantate, proxima) Treverim magnificen-
tiſſimè eſt ingreſſus. Id qua ſolennitate, quo ordine geſtum, cum pontificum, dy-
naſtarum,

Tomo epiſt. 5. litera OO.

Tomo epiſt 4. litera RR. & SS.

Tomo epiſt 4. litera PP. & QQ.

Tom. epiſt. 5. litera CC.

A naſtarum, equitum ferè duum millium quingentorum exacta nomenclatura in ipſius civitatis archivo annotatum legitur. Vterq; Civium Magiſter cum aliis Senatoribus obviam pontifici ex urbe profecti in equis, patenteque campo ante portam Sancti Simonis adventum eius gratulati ſunt. Ibi tum ipſe pro ſe ac ſuis omnibus, itemque Colonienſis Archiepiſcopus, Fridericus Bojariæ Dux, & Metenſis epiſcopus, & Carolus atque Marcus fratres Marchiones Badenſes ſinguli ſuo ſuorũque comitum nomine Civium Magiſtris dextra data commoditatem & modeſtiam donec in urbe degerent ſpopondere, nec ſeſe quicquam adverſus civitatem facturos conaturosue, inſuper & vita fortunisque ſuis præſto ipſis civibus fore ſi qua neceſſitas ingrueret. Deinde cum Pontifex uſq; ad portam ſancti Simeonis proceſſiſſet, iſthic in ponte ſubſtitit: Civium Magiſtri ambo cum parte Senatus ibidem in equis expectabant. Mox civitatis Centenarius equum Pontificis lævâ fræno prehendit. Dextrâ tres exules fræno & veſte eius hærebant, qui cum Pontifice tunc in urbem ingreſſi, illo ibi agente tantiſper nec longiùs ſecuritate potiti ſunt. Eò loci in ponte inter geminam portã medio priuſquam in urbem incederet Pontifex, ſolennibus verbis & porrecta manu juxta conventionem Civium Magiſtris promiſit ſeſe civitatem Treverenſem in antiquo ſuo ſtatu, ſua libertate ſuiſque laudabilibus moribus relicturum, & uti meliora hæc non deteriora fiant operam daturum. Ita Centenarius ipſum fræno equi in urbem introduxit. Plateas ampliſſimè à Senatu inſtructas, ſagittarii civitatis 250 ex civibus qui capitia civitatis geſtabant, veſte varia partim rubente partim cœrulea decori, præterea 600. ferme cives cataphracti cum ſecuribus gladiiſque ſtipabant. Vexillum civitatis uni ex ſenatoribus commiſſum eiuſq; cuſtodiæ lectiſſima cohors armatorum civium ferè 40. erat attributa. Signum autẽ ſagittariorum ferebat alius. Delato ad aulam in quam invectus eſt Pontifice, ſimul ac deſcendiſſet ex equo, is Centenario cedebat, ſed ab ipſo jam priùs certo pretio redemptus erat. Dein mutato habitu Pontifex ſolenniter à myſtis omnium collegiorũ cum venerabilibus reliquiis inſigni pompa deductus in ædis Maximæ penetralia, &

Num. Docum. civit. 705. Pag. 2

Alda im felde hat vnſer genediger Herr von Trier vor ſich vnd alle die ſyne er mit jme bragt / vnſer genediger Herr von Colne / Hertzog Friederich von Beyeren / der Biſchoff von Metz / Marggraue Carle von Baden vnd Marggraue Marx võ Badẽ gebröder jr jeg-
B lichen beſonder den Burgermeiſteren zu Trier von der Stede wegen zu Triere handt geloibde gedain võ verſprochen vor ſich vnd alle diejene die ſie mit jn bregten oder einreiden / hubſch vnd zuchtig zu ſein / võ ſo lang ſie zu Trier jnne weren mit allen den hiren vurgerurt nicht zuwerben noch zudoin das wider die Burger vnd Statt von Triere were / vnd auch abe die Statt vnd bur-
C ger von Triere einiche nott angienge / das ſie jhr lyff vnd gůtt bey die Burger vnd Statt ſtellen ſullen vnd wollen ꝛc.

Vnd als vnſer genediger Herr von Trier uff die Brucke vor S. Simeõs porte zu Trier kom̃en iſt / ſo hat er da blyuen halden / võ hant die zwene Burgermeiſter zu Triere / mit namen Herr Johan von Boiß / vnd Herr Johan von Hexem mit ander der Stede frunden da gehalten / vnd der Zender von
D der Statt zu Trier nam vnſers genedigen Herren Pert mit dem zaume vff die lincken ſite. ꝛc. Alda ſelbs vff der brucke zwiſchent den zwehn Porten ehe er inriede / ſo geloſſt vnſer genediger Herr von Triere den vorg. zweien Burgermeiſteren mit hande vnd mit monde jn namen võ von wegen der Statt von Trier / die Statt von Trier bey jhren alten herkhommen / Freyheiten vnd löblichen gewonheitten zu laſſen / vnd jne die zu beſſeren vnd nit zu. r.

Digitized by Google

geren / Da hat der Centener von Trier vnſeren gnedigen Herren mit dem Zimme zu der Statt einge⸗fuit/ꝛc.

Die burger die Schutz: võ Trier die der Stede Kogel drugen ꝛc. alle new gecleidt ꝛc. mit iren Armbruſ⸗ten vnd Winden ꝛc. Die burger vñ die Ampter zu Trier hobelichen mit irem gantzen Harniſch zierlich/ ge⸗wapnet / ire heupter alle gedeckt vñ mit iren ſtreitaxen vnd gewehr ꝛc. Da hatte Johan Speicher We⸗bermeiſter der Stede baner ꝛc. Jo⸗han Leyendecker hatte der ſchutzen Wimpel ꝛc.

Hude mit alle dieſem tage vnd van dieſem tage vort ſo ſal die ge⸗meinde zu Triere vnd ich gethrew vnd holdt ſein dem Hochgeboren Fürſten vnd Herren / Herren Jo⸗han Ertzbiſchoff zu Trier vnſerem genedigen lieuen Herren jne vnd ſeinem Stifft von Triere by irer
„ Herlichheit zu laſſen/Behelteniß der
„ Stede von Trier Freyheit/gewon⸗heit altherkhommen vnd vnſer Ei⸗nunge/ So vns Gott helffe vnd die Heiligen.

poſt Hymnum *Te Deum Laudamus*, ſumma A
Miſſa decantata eſt, qua finita prandium in Palatio ſumptum Senatus urbis inter prandendum Archiepiſcopo vini & avenæ munus eximium obtulit. Alii quoq; præſules & dynaſtæ ab Senatu largè vino donati ſunt. A prandio Pontifex in aream quæ Camphoſt dicitur prodiit: quò etiam ambo Civiũ Magiſtri nec non antiſtites omnium artium quiſq; tribus aut quatuor ſuis tribulibus comitatus acceſſerunt. Ibi tum Conradus urbis Centenarius pro more antiquo ſacramentum dixit nomine totius civitatis B
huiuſmodi formula: Hodie atq; ab hoc die deinceps civitatis Treverenſis populus & ego fideles atq; benevoli erimus illuſtri Principi ac Domino Ioanni Archiepiſcopo Treverenſi, ipſum & eius eccleſiam Treverenſem ſua dominatione frui permittendo, libertate, conſuetudine & inveterato ſtatu civitatis unitateque noſtra ſalva: ita nos Deus Opt. Max. & cuncti cœlites adjuvent. Spectatis dein è domo civitatis quæ Stupa vocatur in foro ludis equeſtribus, poſtridie diſceſſit Pontifex cum omni comitatu: ho- C
ſpitibusque ac civibus bona fide ſatisfecerunt: commodè quoque & modeſtè ſeſe in urbe geſſere. relata ſunt hæc pluribus uti dictum eſt in acta civitatis: cæterùm publicis inſuper & indubitatis tabulis confirmantur. Ex quibus etiam liquet poſt dictum ſacramentum ab Centenario civitatis, ipſum Pontificem manu ad pectus ſuum apposita per ſuam Principalem fidem atque dignitatem idipſum denuo

Tom. epiſt. 5. litera C C.

Mit ſeiner auffgelegter handt auff ſeine Bruſt bey ſeyner Fürſt⸗licher trewen vnd wurden gelobt/ daſſelb das er den Burgermeiſte⸗ren zuvor ahn S. Simeons Port geredt vnd zugeſagt hat.

confirmaſſe quod paulò antè Civium Magiſtris ad portam Sancti Simeonis promiſerat. Haud in longum ortis inter Ioannem Archiepiſcopum & civitatem variis diſſidiis, ea ne gravius odium majoremve calamita- D
tem parerent, interpoſuiſſe ſeſe ultrò proditur. Philippus de Sirck ſani Summi Præpoſitus, quem ipſum olim cum civitate graves habuiſſe controverſias & impenſo ſtudio Ioannem creaſſe pontificẽ conſtat: unde factum uti & iniquior civitati, ac longè addictior epiſcopo fuiſſe videatur in iis diſſenſionibus cõponendis, quemadmodũ manifeſto loquuntur ipſæ tabulæ hac de re prolatæ, ex anno Chr. 1469. die Iovis poſt Quaſimodo. Conſtat autem pleraq; tabulis iſtis concepta quidem, ſed neutiquam recepta uſu vel impleta fuiſſe. Nam veriſimile ſit, ipſum Pontificem quia priùs fidem ſuam aſtrinxerat ſeſe conditionem civitates haud deteriorem redditurum, eius rei conſcientia deterritum adverſus inveterata urbis inſtituta nihil innovaſſe, tametſi metu & gratia prægnans interceſſiſſet compoſitio. Conjecturam etiam vberiorem eius rei capere inde licet quòd poſtea à Chriſti anno 1478. conventio-

Docum. civi. No. 401 & 1764.

Tomo epiſt. 5 litera A A. & Tomo 6. litera Z

nem

A nem protectionis & deinde Chri. anno 1480. fœdus cum civitate perquam honeſtum iniit, de quo ſignatis tabulis liquet. Totum etiam reliquum vitæ ſpacium ſupra duos & viginti annos abſque contentione cum civitate exegit, ea nihilominus inſtituta moremq; maiorum uti manifeſtò conſtat retinente, nec poſtulante unquam pontifice tranſactionis iniquæ conventa ſervari. Nam veluti irritis iſtiuſmodi pactis utrinque à quærelis ceſſatum, utrinque pax culta, rerum vetus forma manſit, nihil innovatum fuit. Fato conceſſit Ioannes die 5. Id. Febr. anno Chri. 1503. ætatis ſuæ 79 pontificatus 47. cum prius Coadjutorem aſſumpſiſſet Iacobum Marchionem Badenſem ex fratre nepotem ſuum: qui de obitu patrui ad Senatum civitatis Treverenſis confeſtim ſcripſit, & exequiarum juſta Treveris magno apparatu celebravit.

Tomo pontific. 5. litera BB. Docum. civit. Num 278.

Annot. privata. Docum. civit. Num. 307. Docum. civit Num. 134.

De Ioanne atq; Iacobo Badenſibus Scheckmannus. Eligitur, inquit, Ioannes B Marchio Badenſis archiantiſtes Treverorum eius nominis ſecundus, adoleſcentior ætate, alacri animo, & ad quævis humanæ vitæ gerendæ opera accommodatiſſimus. Et primùm quidem negligentius egit prout ducebatur, cum animi hilaritate, tum inclinatione ad res temporales. Sed ubi virum induiſſet, virilia quoque aggreſſus majorem tum ad eccleſiaſtica curam habuit. Pacem petentibus ut difficile præbuit, ſic præſtitam non facilè diſſolvit. Hic ſciens beneplacitum eſſe Deo à timentibus ſe ſi paſſionis Chriſti memoriam etſi non frequenter tamen aliquando recolerent, ordinavit atque præcepit ut omnibus ſextis feriis in ævum circa horam diei meridianam quo idem Dominus Ieſus expiravit cum clamore valido per totam diœceſin in ſingulis eccleſiis campana ſonora tribus vicibus pulſaretur, quodq; fideles ſub tali pulſu in memoriam paſſionis & quinque vulnerum C Chriſti orationem dominicam cum ſalutatione angelica flexis genibus devotè dicerent & orarent, relaxans ſingulis totiens quotiens id facerent de injunctis pœnitentiis, fiſus de merito paſſionis Chriſti & Apoſtolorum eius, & auctoritate ſua 40. dies. Idem commendabilis præſul unà cum adiacentibus metropolitis feſtum Præſentationis beatæ Mariæ ſolenniter ſingulis annis celebrari inſtituit. At ubi plus 40. annis præſediſſet, in Erenbreitſtein caſtro è vivis excedens refertur ad Treverim, ſepeliturq; in Majori eccleſia in chorum Sancti Nicolai: Tum atra bilis in electione ſuccrevit ſubſtituendi antiſtitis, majori parte eligente generoſiſſimum Dominum Iacobum Badenſem Marchionem nepotem prædicti Ioannis, reliqua minori, illuſtriſſimum Dominum Georgium Palatinum, Præpoſitum Majoris eccleſiæ Moguntinenſis. Dominus Iacobus adhuc vivente avunculo Ioanne Coadjutor conſtitutus fuerat, pallium & confirma- D tionem pro ſucceſſione obtinuerat, quapropter interdicto ſubjecta aliquanto tempore fuerat civitas Treverica, ſed citius abſoluta. Tandem Dominus Georgius Domini Iacobo ceſſit. Ita Scheckmannus.

Fuit autem Iacobus iſte ſecundus Treverorum pontifex centeſimus, tametſi centeſimum primum perperã numeret Scheckmannus. Et pergit idem de Iacobo in hæc verba. Vir erat integer, comis, liberalis, bonis literis haud modicè gravatus, præclari ingenii, excelſi animi: cuius ſuſpiciendam & obſervandam beneficentiam Philippus Beroaldus non conticuit, à quo literas ingenuas hauſit. Romæ qualiter ſuſceptus & acceptus fuerit, Iacobus VVimphelingus explanat. Principibus omnibus charus ipſi invictiſſimo Cæſari ſemper Auguſto Domino Maximo Domino Maximiliano tum Romanorũ Regi nunc Imperatori Electo cum ſanguinis vinculis tum applicationibus dotibuſq; variis devinctiſſimus conjunctiſsimus quoq;. Hoc uno Dominus Imperator ſe ſapientiorem & expertiorẽ

Digitized by Google

habere putabat neminem, cui totius Regni Imperiiq; negotia crederet, cui ſin- A
gularius & ſpecialius adhæreret. Et poſtea. Iam erat excellentiſſimus Princeps
& archipræſul venerandiſſimus in opere, ut res patrias augmentaret, impigno-
rata redimeret, cum ecce omnium rerũ acerbiſſima mors præter ſpem & opinio
nem inq; totius provinciæ diſpendiũ illum inuadit, cùm paucis diebus Coloniæ
infirmitate laboraſſet & novẽ annis præfuiſſet. Canonici Majoris eccleſiæ miſſis
quibuſdam capitularibus Coloniã, corpus exanime ad Confluentiã retulere, &
in eccleſia ſancti Florini Confeſſoris ſepeliere. Hactenus Scheckmãnus. Iacobum
archiepiſcopũ Trev. de antiquitatib. quarũ diligẽs inveſtigator fuerit, duos libros
ſcripſiſſe memorat F. Laurẽtius Surius in appendice ad Nauclerum. Præterea de
Iacobo hoc monumentis certis conſtat adverſatos ei initio pleroſque canonicos
eccleſiæ Sũmæ Trev. præſertim quatuor, donec ipſo inſtante Pontificis Regiſq;
Docum. civit. Num 89.3404.2 Romani ſeverioribus edictis in ordinem coacti ſunt. Diſſidiũ illi inprimis & qui- B
dem diuturnum ac grave cum civitate fuit ex moneta, cuius æſtimationẽ in ur-
,, be contra morem majorum publicare inſtituerat: verùm civitas iſtud haudqua-
,, quam paſſa eſt. Et anno Chri. 1506. die Mercurii poſt Pentecoſten conventa pro-
Tomo epiſt. 5. litera E E. tectionis olim anno Chri. 1478. inter Ioannem eius deceſſorem & civitatem Tre-
verenſem pacta, ipſe quoque donec viveret iniit: ſimulque Philippo de Criech-
ingen Decano ac tribus aliis canonicis eccleſiæ Majoris vice totius capituli ſeſe
interponentibus, eadem die compoſitio facta fertur qua civitas unaque ponti-
Tomo epiſt. 5 litera DD. fex dum ipſe viveret exoletam de anno Chri. 1469. conventionem cum Ioanne
deceſſore, denuo ſervare receperit, mutatis ſaltem atque aliter definitis aliquot
capitibus. Sed ut iſta ſeſe habeant, ſtudiumque canonicorum inter ipſorum e-
piſcopum ac cives bono viro æſtimandum non committatur, certe rurſum nec
Annot pri- vata. uſu receptam vel impletam in omnibus utrinque compoſitionem iſtam, nec C
multo ſupra quadriennium ſuperſtitem fuiſſe Iacobũ conſtat. Obiit anno Chri.
1511. 5. Cal. Maii. Coloniæ.

Succeſſorem nactus eſt Iacobus 2. pridie Id. Maii. Reichardum Greiffencla ex
Cantore ſummæ eccleſiæ Trev. archiepiſcopum centeſimum primum: quem
Scheckmannus ſtatim deinde feſto Pentecoſtes jam confirmatum per Iulium 2.
Papã. conſecrationis & benedictionis manus percepiſſe Treveris, quamplurimis
pontificibus ac dynaſtis pręſentib. teſtatur. Et de hoc, inquit, noſtro Principe Rei-
chardo plura ſcribere fas non eſt: non enim in vita ſed poſt mortẽ laudãdus quiſ-
que venit. Illud humilitatis imo excellentiæ non licet prætergredi, quòd Treveri
veniens divinũ cultũ miſſam maximè & Veſperas frequentet, præcipuis feſtis ſo-
lenniter celebret: & quod alii ſuffraganeis epiſcopis committere aſſolent, per ſeip
ſum perficiat. Dedicavit in monaſterio ſancti Mathiæ Apoſtoli novum chorum D
ſumptuoſiſſimè erectũ, ornatiſſimeq; excultum altare ſummũ. Abbatem ſancti
Maximini Vincentiũ multa cum ſolennitate benedixit, auctoritate & poteſtate
apoſtolica functus. Dicavit & ſacravit itidem campanas eccleſiæ Majoris nuper
permagnis impenſis fuſas, adminiculante Vincentio abbate prædicto. Mirẽ vi-
rum archiepiſcopũ ipſum non ceſſant plerique injuriis afficere: ea propter cogi-
tur bellum conſerere, reſiſtere &c. Hactenus Scheckmannus. inſuper Reichardũ
Tom. epiſt. 6. litera Z. ſecunda anno Chriſti 1519. die Iovis poſt Chriſti natalem perinde ac deceſſores eius Iaco-
bus & Ioannes, de protectione cum civitate conveniſſe, compoſitionem etiam
Tomo epiſt. 5. litera FF. inter Iacobum & civitatem anno Chri. 1506. Philippi de Chriechingen Decani ac
aliorum trium canonicorum eccleſiæ Summæ Trever. opera confectam, ipſum
item quoad viveret acceptaſſe proditur. Cum Abbate Prumienſe graves ſtatim
ab initio contentiones & bellum habuit. D. Maximiliano primo Aug. fatis erep-
to Fran-

A to Franciſcum regem occidentalis Franciæ Gallum adverſus D. Carolum V. Au-
ſtriacum Magnum Imperatorem in petitione regni Romani enixè juvit, atque
uti Sleidanus refert, diſertè pro Franciſco cenſuit eum Carolo præferendū. De-
inde Chri. anno 1522. die 24. Aug. bellum illi indixit Franciſcus de Sickingen ge-
nere atque militia nobilis vir, ac die 8 pòſt oppidum ſancti VVendelini cepit: ex
quo loco Ioannes Hilchen de Lorich è ducibus eiuſdē expeditionis, vetus hoſtis
peculiare bellum etiam civitati Treverenſi denuntiavit ſuo atque ſuorum ſocio- Docum. civit. Num 702.
rum nomine: ſiquidē eam urbem Franciſcus non ditionis archiepiſcopalis, ſed
liberā ſuæq; poteſtatis uti & ipſamet ſeſe cenſebat. Quamobrem cum Reichar-
dus archiepiſcopus contractis ilico equitum peditumque copiis in urbem jam
perveniſſet eam Franciſci exercitus obſidione cinxit diebus ſex, quanquam irrito
conatu. Tum Franciſcus villas aliquot arceſque pontificis infeſtans, ab ipſo ne
B majora conaretur prohibitus, nulla admodū memorabili re geſta militē dimiſit.
Reichardus autē proximo vere anno Chriſti 1523. validis copiis ſuorum, itemque
fœderatorū Principum auxiliis & omnibus rebus ad bellum opportune cōpara-
tis, injuriā magno animo ultus eſt, Franciſci arces omnes captæ ſunt, ipſe etiam
deditione in poteſtatem redactus lapſuque trabis graviter ſaucius animam effla-
vit. Anno Chri. 1525. tumultuantibus indomita ſeditione ruſticis Reichardus u-
na cum Palatino Comite Rheni Septemviro magnam eorum multitudinem
juxta oppidum Pfedersheim in agro VVormatienſe delevit: qua de re Sleidanus
lib. 4. circa finē, Ad Pfeterſhemiū, inquit, agri VVormatienſis oppidum magno
numero fuerunt à militibus occiſi, cum facta deditione arma depoſuiſſent. Ade-
rant huic cædi Princeps Palatinus & Archiepiſcopus Treverenſis Richardus: quo
C rum ille quidem magna vi conabatur furentem militem retinere, hic autē non
ſolùm probaſſe, verumetiam multos ipſe confodiſſe fertur. Ita Sleidanus. Nec
diu pòſt cùm paſſim ingens rerum orta eſſet converſio, atque etiam civitates A- ,,
grippina Colonia, Francofurtum, Maguntiacū, ac aliæ magnis motibus æſtua-
rent, præſertim adverſus immunitates & privilegia myſtarum, eiuſmodi pertur- Gennep in hoc Anno 1525.
bationis nec Auguſta Treverorum exors fuit. Nam quò detrimenta reipublicæ
ſarcirentur, commoda augerentur, ſena hæc poſtulata Reichardo pontifici ex-
hibita fuerunt: uti clerici de vino ac frumento ſuo quod diſtraherent, vectigal
civitate perinde atque cives penderent: & molis urbanis uterentur: ut vectigal ,,
ſextariorum quod ſummi templi canonicis pro dimidio cedebat, ipſi in opera ,,
publica civitatis tribuerent: item ne quiſquā eorum opifices in familia domi ale- ,,
ret: inſuper uti clavē unā cuſtodiæ ſacrarum reliquarum & tertiam partem obla- ,,
D tionum aliorumque commodorum quæ de reliquiis cederent, Senatui civitatis ,,
impertirent: poſtremoq; uti myſtæ omnes qui nec genere nobili, nec ſummæ ec- ,,
cleſiæ canonici eſſent, in excubiis, vigiliis ac aliis oneribus pares civibus haberen- ,,
tur. Archiepiſcopus iſtiuſmodi inſtitutis reſpondere diſtulit, quamobrē cives a- ,,
pud canonicos ſummi templi acrius inſtitere. Sed tandem pacatis ubique per
Germaniam turbis, nec abſque ſupplicio quorundam qui rerum novarū aucto-
res fuerant, Treveris quoq; pavida & conſternata multitudo poſtulat a ſua ponti-
ficis arbitrio permiſit, eiuſque monitū quòd eccleſiaſticæ libertati & inveteratis
myſtarum privilegiis atque adeo cunctis legibus adverſarentur, non ſolū in præ-
ſens ab iis deſiſti, ſed in futurū quoq; à clericis talia neutiquā flagitari, & ſi ſecus
fieret, quamdiu id requirente pontifice non corrigeretur, immunitas vectigaliū
quæ civibus Treve. in diœceſi competit, uti abdicata commiſſaq; cenſeretur pla-
cuit: qua de re tabulæ extant anno Chri. 1525. more Trever. pridie D. Mathiæ ſig- Tomo epiſt. littera GG.
natæ, quæ eſt anni Chri. 1526. dies 23. Februarii. Reichardus tandem anno Chri.

1531. die

Digitized by Google

1531. die martis poſt Dominicam Oculi. 13. Martii menſis, ut alii prodidere, fato cō-A
ceſſit Dum Auguſtæ Vindelicorum Comitia ſuperiore anno haberentur, aquæ potu in arce Montabor venenum hauſiſſe creditum fuit: unde poſtea cum ad Agrippinam Coloniam & Aquaſgraneas ubi tūm D. Ferdinandus Rex Rom. dictus & inauguratus eſt, ultro citroq; proficiſceretur, graviter ægrotare cœpit, delatusque ſuorum ſummo labore ad arcem VVitlich, ibi obiit, ac deinde Treverim deductum funus in æde Maxima ſepulcrum cepit.

Suffectus Reichardo haud diu poſt, nimirum die Lunę poſt Dominicā Iudica, pontifex centeſimus ſecundus Ioānes eius nominis tertius, genere nobili Metzēhuſiorum ortus, antea ſummi fani Cantor, deinde Decanus, poſtea Præpoſitus. Deceſſori ſuo Reichardo exequiarum juſta ſplendidè reddidit, advocatis co honeſtando funeri quāplurimis præſul bus & dynaſtis. Arces diœceſis pene omnes magnifice reparaſſe proditur. Palatiolum quod eſt Auguſtæ Treverorum ſuburbanum oppidum ad Moſellā, cum arce & aula pontificali magnis operibus munire inſtituit. Civitati haud admodum æquus fuiſſe creditur: primuſq; pontificum nulla cum ea pacta vel iniit, vel innovavit: more tamen deceſſorum omnium inde à Cunone nihilominus annuam pecuniam tutelarē à civitate cepit: veluti & poſteriores archiepiſcopi omnes uſq; ad annū Chri. 1566. fecere, nempe prę ter novas conventorum tabulas annis ab obitu Reichardi ſex & tr ginta continuis. Pontificatu potitus eſt Ioannes 3. annis paulo amplius novem: exceſſit enim anno Chri. 1540. die 22. Iulii: diem Iovis à feſto Magdalenæ proximam fuiſſe annotatum reperitus in archivo civitatis. Haganoæ Comitiis interfuerat, à quibus domum rediens in itinere celeri fato animam egit apud arcē Daenſtein, quæ fuit olim Franciſci de Sickingen: unde corpus exanime Palatiolum ac deinde Treverim delatū, in æde Maxima confeſtim tumulo clauſum eſt ob intolerabi- C
lem odoris fœditatem. Succeſſor ſtatim captus die 9. Auguſti, Lunæ profeſto D. Laurentii, Ioannes Ludovicus ex Præpoſito Majoris fani, familia nobili ab Hagen, tertius & centeſimus Treverorum ſummus ſacerdos. Senatus urbis Trevetenſis priuſquam novus crearetur pontifex, canonicorū Maximo collegio querelas ſuas exhibuit, quibus rebus contra morem majorum & antiqua conventa læſi fuiſſent cives ac archiepiſcopo nuper defuncto, orans uti ipſi canonici quippe penes quos arbitr.ū dicendi pontificē, iſtiuſmodi oneribus civitatē lavarent. Verum ad novum præſulem, remiſſum negotium, & eidem poſtridie quàm fuiſſet electus propoſitum quidem, cæterùm ſpatio ad cognoſcendum ſumpto nihil unquam definitum fuit. Ipſum deinde valetudo incommoda perpetuò fermè afflixit, donec anno Chri. 1547. die Mercurii poſt Dominicam lætare, dies 23. mēſis Martii fuit, vitæ finem implevit. Confluentia nauigio Treverim advectū cor- D
pus in æde Maxima conditum eſt.

Haud in longum, die Mercurij poſt Dominicam Quaſimodo, menſis Aprilis 20. ſuffectus centeſimus quartus archiepiſcopus Ioannes, eius nominis 4. antea fani Summi Archidiaconus, è genere Comitum Iſenburgenſium, qui anno Chri. 1551. vnà cum Moguntino & Colōienſe archimyſtis Cōcilio Tridentino inter fuit. Initio civitati Treverenſi ſeſe perquam benignum exhibuit: cæterū in ſuſpicioſa turbulentiſſimaque Germanici Imperii tempora cùm incidiſſet, nō defuere mox occulti odii ſemina: tandemque variis artibus anno Chriſti 1552. poſtquā Marchio Brandēburgicus Albertus civitatē cum exercitu reliquiſſet, Archiepiſcopi duces & canonici aliquot Maximi templi cū præſidio in vrbē admiſſi præcipuas portarum claues in ſuam poteſtatem redegere, ſecus atq; convenerat, vti aſſerit civitas: vnius etiā portæ claves quanquam Senatus civitatis & præfectus Cæſarei præſidii

quod

A quod ad urbis tutelam confeſtim ſupervenit, aliquoties auctoritate Auguſtaliū mandatorum poſtulaſſent, archiepiſcopus tamen donec vivere deſiit, non reſtituit. Ipſo enim & mole negotiorū & valetudine tandem feſſo, à conſiliariis pendere rerum gubernacula cœperunt. Quamobrē collegium Maximū canonicorum paulo ante quàm excederet Coadjutorem illi deſtinarat Ioannem à Petra majorem Archidiaconum, ſpe ſucceſſionis in pontificatu addita. Vixit uſq; ad annū Chri. 1556. incipientem: & Confluentiæ tumulatus eſt in æde D. Florini.

Tum novi pontificis creandi certa die cōſtituta 25. mēſis Aprilis Mercurii poſt Quaſimodo, eodē an. 1556. is qui modo cōmemoratus eſt Ioannes huius nominis 5. in Archiepiſcopū quintū centeſimū captus. Cives Trev. quanquam apud ipſos electio celebrata ſit, tamen a Senatu in armis eſſe juſſi non ſunt, uti hactenus ad tuendam quietē publicā & collegii libera ſuffragia conſueverant. Nec id præ-
B ter collegii voluntatem accidit: quippe quia Cæſareum præſidium adhuc in urbe degebat, ideoq; vitandi tumultus gratia cives armari non placuit. Senatus ſimul cum gratulatione ac denuo poſtridie ſtatim à Pontifice deſignato petiit de controverſiis inter ipſum & civitatē cognoſci atq; tranſigi: & annuit quidem pontifex cū ampliſſima ſignificatione voluntatis ſuæ, cæterùm nihil ad iſta conſequutum. Principem fuiſſe ferunt non ſolum magni animi, verumetiam immodicæ ſagacitatis & induſtriæ. Confirmant iſtud acta eius in memoria recenti, quibus acerrimum quempe ac ſolertiſſimum deceſſorum vel vicit, vel profectò æquavit. Civitati Trever. gravem admodum & infenſum ſeſe præbuit, jam inde à primordio ſui pontificatus uſque ad extremum fatum res novas alias ſuper alias ut exiſtimat civitas molitus. Certè de clavibus portarū, de provincialibus ſubſidiis,
C de militari præſidio in urbem inducendo, deq; cuſtodia civitatis, de proſcriptione civiū, de moneta in urbe æſtimanda, de publicis operibus civitatis veluti molis in ripa fluminis Moſellæ, de Iudæis aliiſq; plurimis cauſis graviſſimas cum civitate controverſias inſtituit, nec paulo vehementiùs poſtquam anno Chri. 1559. cives invicem de religione diſſentire cœpiſſent, & ipſius ope quampluribus ex urbe diſcedere coactis, reſpublica gravi admodū vulnere affecta viriſque ac viribus plurimùm fuiſſet imminuta. Nec diſſimile vero putatur iſta potiſſimum occaſione deſiderium illi deinceps ſubigendæ civitatis creviſſe: quamobrem & annonam urbis tandem impedire cœpit, & ſuis vetuit ne quos reditus ullave credita Treverenſibus civibus ſolverent, aliaq; quàm plurimo conatus eſt ſumma equidem ſeveritate ſummoq; ſtudio, præſertim poſt domitos arbitrio ſuo Confluentinenſes anno Chri. 1561. Sed dum talibus inſtitutis amplitudinem Principatus
D ſui impenſius tuetur & promovere ſatagit, fato obruitur apud Confluentinenſes, inter gaudia propemodū honeſtioribus oppidanis & uxoribus eorū cœnam præbens, anno Chri. 1567. menſe Febr. Exceſſum eius domeſticis & canonici quidam Sūmi collegii qui morienti adfuere, diebus aliquot celaverunt, ac poſtea corpus ibidē ſepulcro condidere. Diſſidium cum civitate Treverenſi & annonæ impedimenta cæteraq; jam extincti pontificis atrocia edicta canonicorum maximum collegium quod jam pridē ab urbe ſeceſſerat, rata habuit: quamobrem novi archiepiſcopi electio apud oppidum VVitlich inſtituta, dictuſq; pontifex ibidem centeſimus ſextus qui adhuc ſupereſt Iacobus eius nominis 3. antea Sūmi templi Decanus, genere nobili ab Eltz ortus. Ille controverſias à deceſſore ſuo cū civitate Treverenſi inchoatas, hactenus jure exequitur. Quanquam enim anno Chri. 1568. priùs infeſtis armis urbē petierit, obſidione amplius bimeſtri cinxerit, ſummavi oppugnaverit, divina tamen benignitate pax reſtituta eſt, alienum à Principis miti ingenio ferox bellum & experta eius calamitas ſubſedit.

Digitized by Google

PARS XVI. A

TREverenſium archiepiſcoporum catalogo jam uſque ad præſentia tempora perducto, conſequens eſt ut de Auſtuſta Treverorũ cuiuſmodi illius conditio poſt Friderici primi Imperatoris extrema fata fuerit, videatur. Eccleſiæ tamen Romanæ ſtatus & auctoritas interea rorum ut creverit, Imperii vero Romani potentia quemadmodum diſtracta compreſſaque ſit, paucis antea ſubindicare conveniet, quò res urbis Treverenſis clariores fiant. Pontificum Romanorum ampliſſimam dignitatem poteſtatemque tam ſpiritualem quàm temporalem pridem ante Friderici primi Imp. Aug. tempora cœpiſſe ſatis conſtat è ſuperioribus. At Fridericus B Imperator ut auctoritatẽ Eccleſiæ reverenter fovit, ita majeſtatem Imperii præclarè tutatus eſt. Deinde verò Papatus in immenſum crevit. Papa totius orbis epiſcopus, caput, monarcha ſpiritualis, fundamentum fidei, ſupremus Dei Vicarius, & omnia & ſuper omnia eſſe in ſpiritualibus, ſupra univerſalem eccleſiam, ſupra concilia, caput & ſponſus eccleſiæ totius, imago Chriſti, major Paulo, par Petro in adminiſtratione, numen quoddam quaſi viſibilem quendã Deum præ ſe ferens ea omnia poſſe quæ Chriſtus ipſe potuit, imo Deus dictus eſt. Inſuper Papæ attributa plenitudo poteſtatis & clavium, poteſtas abſoluta quã habet ut vult, & omnis etiam Regalis & imperialis nedum ſacerdotalis poteſtas in toto mundo: item quod Deus omnia ſubjecerit ſub pedibus Papæ, omnes canones, omnes leges: quòd ei ſubſint omnes mortales, omnis humana creatura: quod ſit omnium Princeps & Rex regum & Dominus dominantium, & cauſa cauſarum, & ordinarius omnium ordinariorum totius mundi: quòd Imperatores & C Reges & omnes magni & parvi illius ad nutum in omnibus ſubjecti ſint: quod totus orbis ſub imperio & dominatu Papæ ſit: quòd Papa jus utriuſque gladii à Chriſto acceperit, atque adeo ipſum quoq; Imperium ab eccleſia dependere, & ita de neceſſitate ſalutis credi oportere: quod Papæ omnia liceant: quòdq; Deus rata habeat ea quæ facit Papa: quòd nec Imperator nec totus mundus Papam poſſit iudicare, ſed anima ſua in manica ſua &c. Nimirum eiuſmodi epitheta Pontifici Romano ſuperiore memoria tribuerũt famoſiſſimi Doctores tàm Canoniſtæ quam Legiſtæ: quanquam & alii plenitudinem iſtam poteſtatis haud commodiùs quam plenitudinem interdum poteſtatis interpretati ſint & appellaverint. Si referre fas ſit, non defuere qui elogia maioris ambitionis, minoris verecundiæ tradiderint. Apud Hoſtienſem juris pontificii conſultiſſimum verſus D extant plurima complectentes, inter cætera hæc: Papa legem condit generalem, Approbat Imperium, firmat, deponit & ungit, Concilium generale facit, ſanctit quoq; ſanctos. Ens non eſſe facit, non ens fore, pallia ſemper Portat, concedit, legi non ſubditur ulli, Appellatur ad hunc medio ſine, judiciumq; eſt pro lege ſuũ &c. Innocentiũ 3. Pontificẽ Rom. anno. Chri. 1198. factum Conſtantinopolitano Imperatori reſcripſiſſe legitur, quod ſicut aurũ excellit plumbum ſi dignitas Papæ excedit Imperialem: & ſicut ſol dicitur pater omnium planetarum & dominus, ita Papa eſt pater omnium dignitatum: & ſicut luna recipit lumen à ſole, ita Imperialis dignitas à Papa. Innocentius 4. pontifex Rom. anno Chri. 1243. creatus, Imperatorẽ ſe ſolum ſine concilio deponere poſſe cenſuit, quod etiã ſucceſſores eius ſibi arrogarunt, quanquam talia priùs in ſynodis factitaſſent Pontifices. Bonifacius 8. anno Chri. 1294. Papatum à Cœleſtino nactus, ipſe decretali quadam

c.1. De conſtitut. in 6. c.1. in extravag. com. de maior. & obed.

A quadam epiſtola ſua prodidit Papam cenſeri omnia jura in ſcrineo pectoris ſui habere. In alia decretali epiſtola, Porro, inquit, ſubeſſe Rom. Pontifici omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus, definimus & & pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis. Sententiam quandam contra Cardinales de Columna latã his verbis clauſit: Confundantur & pereant in ſeculum ſeculi, ut cognoſcant quòd nomen Romani Pontificis eſt notum in omni terra, & eſt ſolus Altiſſimus ſuper omnes. Idem annum centeſimũ pro Jubilæo conſtituit anno Chri. 1300. cum pleniſſima omnium peccatorum venia baſilicam DD. Petri & Pauli Romæ viſitantibus. Succeſſor eius Clemens 5. Papa decretali etiam epiſtola quadam, Nos, inquit, tam ex ſuperioritate quam ad imperium non eſt dubium nos habere, quam ex poteſtate in qua vacante Imperio Imperatori ſuccedimus, & nihilominus ex illius plenitudine poteſtatis quam Chriſtus Rex regum & Dominus dominantium nobis licet immeritis in perſonam beati Petri conceſſit, ſententiam & proceſſus omnes prædictos (Henrici 7. Imperatoris) declaramus fuiſſe ac eſſe omnino irritos & inanes &c. Ludovicus Bojus Imp. anno Chriſti 1338. comitiis Francofurti habitis publicum decretum edidit adverſus Ioannem 22. Papam, quod Naucler. Gener. 45. refert, & verba hæc inter alia continet. Ludovicus 4. D. G. Rom. Imp. ſemper Auguſtus &c. Inprimis contra nos & Imperialem auctoritatem, dignitatem, poteſtatem & jus Imperii allegatur, quòd poteſtas & auctoritas Imperialis eſt à Papa, & electus in Regem Rom. ex ſola electione non eſt nec dici poteſt verus Imperator, nec habet poteſtatem juriſdictionis, & antequam inungatur, conſecretur & coronetur, Papa in temporalibus etiam habet plenitudinem poteſtatis. Ad quod reſpondemus &c. Et pòſt. Inſuper per proceſſus ſuos &c. in quibus aſſerit ſe totam Italiam ab Imperio Regno Alemãniæ ſeparaſſe, inſinuans quòd Papa eſt Dominus univerſalis non ſolum in Spiritualibus ſed etiam in Temporalibus. Ad quæ omnia duximus reſpondendum &c. Et deinde. Sed notorium eſt quod dictus Ioannes contendebat ſe etiam in Temporalibus & in Nos ac in totum Imperium habere plenitudinem poteſtatis: & quòd contra nos ac jura Imperii de facto bellum movebat, & jura Imperii uſurpare conabatur & ut hoſtis perſequi curabat &c. Clemens 6. qui anno Chri. 1342. pontificatum Maximum adeptus eſt, Iubilæi inſtitutũ ab anno centeſimo reduxit in quinquageſimum: cuius decretum ſeu bulla verba hæc habet. Item concedimus quòd ſi (Romipeta) inconfeſſus inveniatur in via & præveniretur morte, quod ab omnibus peccatis ſuis ſit immunis & abſolutus penitus: & nihilominus mandamus angelis paradiſi, quòd animam ſine pœna purgatorii prorſus abſolutam in paradiſum collocent. Et pòſt Cum autem prædicti fideles iſtã devotionem compleverint, oſtendetur eis de mandato noſtro ſudariũ Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quo viſo ab omnibus peccatis ſuis ſint abſoluti & indulgentiã habeant de eiſdem. Noſq; ex parte Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius ſumus in terra Vicarius, reducimus eos ad ſtatum in quo erant illa die quando ſanctũ baptiſma ſuſceperunt &c. Et poſtea. Volumus inſuper & ordinamus &c. quod ſi aliqua perſona de prædictis indulgentiis rediens inſtigante diabolo peccato conſentiat, & in peccato ſive peccatis perſeverando contingeret ſe mori, ratione peccatorũ quæ antè cõmiſerat & ſub virtute anni quinquagenarii fuerunt abſoluta & indulta, nolumus quòd pœna inferni ſibi aliquatenus inferatur, niſi ratione illorum quæ poſt habitam & aſſecutam indulgentiam fuerint perpetrata. Sic Clemens Papa. Quis igitur Antoninum monachum, epiſcopum Florentinorũ carpat, quòd in Summa ſua Papam omni alia creatura majorem, & poteſtatẽ eius extendere ſe ad cœleſtia, terreſtria & infernalia decernit? Longum eſſet imo in-

Clem. 2. de ſent. & re iudic.

Digitized by Google

finitum præconia Papalis amplitudinis immenſæ recenſere: cæterum ſi Auguſtini de Ancona monachi Summa de Eccleſiaſtica poteſtate ad Papam Ioannē 22. ſcripta, ſub Imp. Ludovico Bojo, item Iacobi de Terano Archidiaconi Averſani Vrbaniq; 6. pontificis cubicularii, ſub rege VVenceslao Tractatus monarchialis Papæ quem Carolus Molinæus blaſphemum librum nominat, præterea Cataldini de Bonis compagnis Tractatus de Poteſtate Papę temporibus conſilii Baſileenſis & Imperatoris Sigiſmundi compoſitus, inſuper Ioannis de Turre Cremata monachi & epiſcopi Sabinenſis liber de Auctoritate eccleſiæ ſub Friderico tertio Imp. denique liber Cæremoniarum Curiæ Romanæ non pridem Romæ typis editus legatur, etiā curioſo harū rerūm nauſea timenda ſit. Quòd ſi ſchiſmata nonnunquam & arma Turcarum & Imp. Ludovici Boii quiq; partes eius ſecuti ſunt doctiſſimorum hominum, & concilii Baſileenſis auctoritas atque alia quædam impedimenta non interveniſſent, quorſum tanta dignitas tantaq; poteſtas evaſura fuerit mirari liceat. Porrò cùm in tantam amplitudinē Pontificum Rom. auctoritas creviſſet ut jam ipſam Imperii Majeſtatē premeret, haud abſq; ratione cæteris Occidentalis Imperii epiſcopis eò reſpicere neceſſe fuit: nec impunè cuiquam bona illius gratia carere licuit: adeoq; maximarū rerum arbitrium inde pependit. Quod e veluti ante Imp. Fridericum primum diſertè ſcripſit ad Eugenium Papam D. Bernhardus Clarevallenſis Abbas, ita poſt Fridericū Conradus Abbas Vrſpergenſis à ſchiſmate Cęſarum Philippi & Ottonis vix aliquem epiſcopatum ſeu dignitatem eccleſiaſticam vel etiam parochialem eccleſiam remanſiſſe dicit quò fieret litigioſa, & Romam deduceretur ipſa cauſa ſed „non manu vacua: ſubditque ſic. Gaude mater noſtra Roma, quoniam aperi„untur cataractæ theſaurorum in terra, ut ad te confluant rivi & aggeres num„motum in magna copia. Lætare ſuper iniquitate filiorum hominum, quoniam „in recompenſationē tantorum malorū datur tibi pretium. Iucundare ſuper ad„jutrice tua diſcordia, quia erupit de puteo infernalis abyſſi ut accumulentur tibi „multa pecuniarum præmia. Habes quod ſemper ſitiſti: decanta canticū, quia per „malitiam hominū non per tuam religionē orbem viciſti. Ad te trahit homines „non ipſorum devotio aut pura conſcientia, ſed ſcelerū multiplicium perpetratio „& litium deciſio pretio comparata. &c. Sed hæc breviter de Romanæ eccleſiæ ſtatu commemoraſſe ſufficit. Imperii Romani conditio item ab Imp. Friderici primi obitu uſque ad hanc memoriam pauciſſimis indicanda ſuccedit.

Fridericus primus Imp. Aug. Majeſtatem imperii non ſolùm in Germania verumetiam in Italia & Palæſtina præclarè ſuſtinuit, tametſi ſenectute poſtremùm & privata cura liberorum aliquanto remiſſior in republica factus prodatur. Henricus 6. Imperator eius filius Siciliæ regnum maximè coluit. Deinde Philippi & Ottonis 4. tempora plena cladium, atque ipſi Cæſares à Pontifice Romano graviter infeſtati diriſque ſententiis tandem devoti fuere. Fridericus 2. Imperator in Italia res maximas geſſit, ibi fere habitavit. Germaniam per filios Cæſares rexit. Omnium Imperatorum indulgentiſſimus in ordinem myſtarum, ab iiſdē indigniſſimè demum vexatus eſt. Extat eius conſtitutio huiuſmodi. Fridericus Dei gratia Romanorū Imp. ſemper Auguſtus, Marchionibus, Comitibus cunctiſque populis quos clementiæ noſtræ regit Imperium, Salutem & Gratiā In die qua de manu ſacratiſſimi patris noſtri ſummi Pontificis recipimus Imperii diadema, (Chriſti anno 1220.) curavimus ad Dei & eccleſiæ ſuæ honorē edere quaſdam leges quas in præſenti pagina iuſſimus annotari per totum noſtrū Imperiū publicandas. Per imperialia vobis ſcripta pręcipiendo mandamus, quatenus eas quiſque literas in ſuo diſtrictu irrefragabiliter & in concuſſè ſeruet, & ſunt hæ

Digitized by Google

A leges. Ad decus & honorem Imperii & laudem Romani Principis nihil omnino magis videtur accedere, quàm ut expurgatis quibuſdã erroribus, & iniquis quorundam ſtatutis penitus deſtitutis, de cæterò eccleſia Dei plena quiete vigeat & ſecura gaudeat libertate &c. Cum ergò diſpoſitione divina favente nihil velit eccleſia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concurſu & eadẽ non placeat voluntate: Nos Fridericus Rom. Imp. ſemper Auguſtus hac edictali lege irritamus & irrita nuntiamus omnia ſtatuta & conſuetudines quæ civitates vel loca, poteſtates, Conſules, vel quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem eccleſiæ vel eccleſiaſticas perſonas edere vel ſervare adverſus Canonicas vel Imperiales ſanctiones præſumpſerint, & ea de capitularibus ſuis mandamus intra duos menſes poſt huius edicti publicationẽ penitùs aboleri: & ſi de cæterò ſimilia attentaverint, ipſo jure decernimus eſſe nulla: maximis inſuper additis B pœnis adverſus contemptores &c. Itẽ, inquit, nulla poteſtas vel perſona publica vel privata, collectas ſive exactiones, angarias vel parangarias eccleſiis vel aliis piis locis aut eccleſiaſticis perſonis imponere, aut invadere bona eccleſiaſtica præſumat: requiſiti ea de re nec emendantes, triplum refundant, & nihilominus banno Imperiali ſubjaceant uſq; ad debitam ſatisfactionem &c. Pergit, ne quis eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili ad judicium ſeculare trahat &c. & ut juriſdictionem ſuam amittat, ſi quis tertiò requiſitus clericis vel perſonis eccleſiaſticis juſtitiam denegaverit. Deinde Gazaros & omnes hæreticos perpetua damnat infamia, diffidat atque bannit, aliaque perquam ſevere adverſus hæreticos & præterea credentes, receptatores, defenſores & fautores eorum, poſteaq; de naufragiis, de peregrinis morientibus, & de agricultoribus ſingula capita addit. Tum hoc modo ſubſcribitur. Nos verò Honorius 3. epiſcopus C ſervus ſervorum Dei has leges à Friderico Rom. Imp. filio noſtro clariſſimo pro utilitate omnium Chriſtianorũ editas laudamus, approbamus & confirmamus tanquam in æternum valituras. Et ſi quis auſu temerario, inimico humani generis ſuadente, quocunque modo has infringere tentaverit, indignationẽ Dei Omnipotentis & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Ad iſtum modum Auguſtali Majeſtate tum vulnerata, plenaq; eccleſiæ quiete atq; libertate myſtarum conſtituta, deinceps Imperii dignitas quàm maximè decrevit. Ipſe Fridericus Imp. à Pontifice Romano per ſummam protervíam anathema factus & Imperio abdicatus anno Chriſti 1245. Interregnum inde annorum 82. ſecutum eſt, ut exiſtmant pleriq; ſcriptores, nimirum uſque ad Cæſarem Rodolphum Hauckenburgium. Heinricus enim Turingus, & VVilhelmus Hollandus, & Richardus Anglius, & Alfonſus Hiſpanus nec juſti Cæſares fuiſſe cenſen- D tur, nec reipublicæ gubernaculis potiti ſunt. Imperii Majeſtas interim confecta pene jacuit donec à Rodolpho Cæſare nonnihil reſuſcitata eſt: ſed ab illius exceſſu rurſus admodum malignus reipubl. ſtatus rediit, nempe ſub Adolpho Naſſovio & Alberto Auſtriaco Cæſaribus uſque ad Henricum 7. Imp. Primus ille poſt Fridericum 2. maximis laboribus Italiam Imperio vindicavit. Fridericum primum Imp. Aug. anno Chri. 1183. per pacem Conſtantiæ factam civitatibus pleriſq; Lombardiæ, Marchiæ & Romandiolæ in Italia poſt ingentes bellorum calamitates pro bono pacis regalia & cõſuetudines imperii quibus uſæ erant antiquitus, in perpetuum conceſſiſſe liquet ex ipſa pacis formula quæ extat, & hæc ferè verba continet: nimirum ut omnes conſuetudines abſq; contradictione Imperatoris civitates exercerent, quas ab antiquo exercuerant, tam in foro quam in nemoribus, paſcuis, pontibus, aquis & molendinis: item in exercitu, in munitionibus civitatũ, in juriſdictione tam in cauſis criminalibus quàm pecuniariis,

& in cæteris quæ ad commoditatem ſpectant civitatum: at pro cæteris regalibus A
quæ ipſis non conceſſit, annuum imperatori cenſum præſtari placuit, veluti pro
aliis ſpecialibus conceſſionibus ſolita ei ſervitia exhiberi. Additũ uti in civitatibus ubi epiſcopus per privilegium Imperatoris vel Regis Comitatum haberet, ſi Conſules per ipſum epiſcopum Conſulatũ recipere ſolerent, idipſum de cætero fieret, alioquin una quæq; civitas ab Imperatore Conſulatũ reciperet & Imperator Conſules inveſtiret &c. Moram ſuperfluã in civitate vel epiſcopatu pro damno civitatis Imperatorem non facturum. Civitates murare vel extrà munitiones facere, item ſocietatem quam tunc habebant invicem tenere, & quoties vellent removere eis licitum fore &c. Imperatore verò intrante Lombardiam fodrium conſuetum & regale quæ ſolebant debebantque præſtituras: & vias & pontes bona fide ſine fraude atque ſufficienter refecturas: in eundo & redeundo mercatum ſufficiens Imperatori & ipſius euntib. & redeuntibus bona fide ac ſine fraude præbituras: omniq; decimo anno fidelitates renovaturas &c. B Hæc in conſtitutione pacis Conſtantienſis, & ad formã Imperii pertinent. Sebaſtianus Munſterus Coſmagraphiæ lib. 3. cap. 24. atque item Ioan. Nauclerus generat. 43. Cæſar Rudolphus, inquit, ab Habſpurg comparandæ pecuniæ ſtudioſus Cancellarium ſuum in Italiam miſit qui populos in Hetruria omnes liberos faceret, eos potiſſimũ qui ſe pecunia redimere curarent: uti nominatim Lucenſes feciſſe ait & Florentinos, qui ſtatim liberi omnino facti ſuo iure ſibi magiſtratus creaverint. Id porro alios ſcriptores Imp. Ludovico Bojo tribuere ſubiicit & VVenceslaũ Regem accepta pecunia tandem Præfectum Augſtalem in Italia Mediolani Ducem conſtituiſſe. Quanquam verò iſta exactius referri poſſent ex aliis auctoribus, in Italia tamen quàm prope tum temporis interierit Imperatorum Cæſarumq; Romanorum poteſtas, veluti & in Arelatenſi regno magnaque Galliæ parte haud C obſcurum eſt. Et acta Caroli 4. Imp. breviter in ſuperioribus relata repeti in idipſum poſſunt. Neminem verò non tædeat iſtiuſmodi plagas ſectionesq; reipublicæ commemorare: quanquam fœcunda viris & invicta Germania ſacroſancti Imperii Romani maieſtatem vel ſola ſuſtinere queat. Sed hæc hactenus. Nec Imperii ſtatum qualis nunc patrumq; noſtrorum memoria fuit, gnaris eiuſdem accuratiùs exponere operæpretium videtur: viciſſitudines autem & converſiones rerum omnes referre infinitum foret. Proinde cuiuſmodi res & tempora fuerint urbis Treverenſis ab obitu Friderici primi Imp. uſque in præſens, brevibus deinceps indicabitur.

PARS XVII.

D

IN primis libertatem, jus & ſtatum cuiuſque civitatis in Imperio Romano, perinde atque dynaſtarum omnium tam eccleſiaſticorum quàm ſecularium, ex inveterato uſu & antiqua conſuetudine atque moribus potiſſimum æſtimari fatendum eſt, præſertim conſtitutionum Imperialium juriſque communis & reipublicæ gnaro. Privilegia ſanè ſeu diplomata tabulæve Principũ quibus certæ prærogativæ vel jura regalia cõmodave publica ſpecialiter conceſſa cõfirmatave ſunt poſſeſſoribus, quemadmodũ uſu corroborantur, ita viciſſim uſum ſtabiliunt: at veluti non requiruntur ad inveteratam conſuetudinẽ ſeu uſum cuius initii memoria non extat, ita parum abſque uſu proſunt, ſed deſuetudine multo etiam: acuius

Digitized by Google

A ciliùs ac citius quam generales leges ſolvuntur & abrogantur. Id apud auctores conſultoſque juris certum atque definitum eſſe conſtat. Iam quibus Imperii Romani vel ſaltem civitatum res mediocriter compertæ ſunt vel uſu vel ex annalibus, eoſdem latere nequit urbium Imperii Germanici hac memoria conditionẽ variã eſſe nimirum uti cujuſq; conſuetudo & inveteratus uſus ſeſe habet. Quædã prorſus abſq; ullo medio ſacram Cæſaream Majeſtatem ipſum Imperii Romani faſtigium attingunt, liberæ & imperiales ſunt & vocantur, commodis Imperii plurimis fruuntur, & oneribus item omnibus obnoxiæ manent. Aliæ liberæ quidem ſunt & ſui juris ſuæq; poteſtatis, cæterùm dynaſtis aliis ita quibuſdam modis ſeu conditionibus pactiſve certis ſociatæ ne non omnibus momentis ad Comitia neceſſitateſve publicas aſtringantur, ſed in talibus eximantur à patronis ſuis quibus eo nomine viciſſim pro more majorum vel forma conventionis cen-

B ſum, honorẽ ſubjectionem, fidelitatemve ſive quid aliud ejuſmodi præſtant. Tertium genus urbium libertatem poteſtatemq; ſui ab ipſo rerum capite non obtinet ſed arbitrium dominatumq; medium quippe aliorũ Imperii Rom. procerũ partitur eorum imperata facit. iis in omnibus ſubjacet. Hæc porro diverſitas unde orta ſit, quibus momentis & temporibus acciderit, de ſingulis civitatibus ad regnum Germanicum pertinentibus exequi perquam difficile ſit. Magnæ Germaniæ fines amplisſimos & urbium ſola nomina recenſere longum foret. Itaq; ſi vel regnum Lotharii Galliæq; tractus circa Rhenum perluſtretur, Agrippinenſis Colonia Noviomagum, Daventria, Marcodurum, Aquægraneæ, Leodium, Cameracum. Virodunum, Metis, Tullum, Veſontio, Tigurum, Conſtantia, Baſilea, Argentoratum, Haganoia, Spira, VVormatia, Maguntiacum, VVeſalia

C ſuperior, Bopardia, plurimæque urbes aliæ quas omnes olim liberas & Imperiales ſeu Regales fuiſſe, nunc autem magna ex parte diverſæ conditionis eſſe conſtat, ſingula volumnia depoſcerent. In univerſum tamen eorum civitatũ quæ Regibus: Imperatoribus Romanis ſolùm non aliis dynaſtis olim paruere, quædam conceſſione Romanorum Principum, aliæ violentia potentiorum, cæteræ ſua ſponte & pactionibus in alienam poteſtatem ex toto vel pro parte devenerunt. Ipſos Imperatores Cæſareſque doni feudive vel pignoris nomine quaſdam ab ſe alienaſſe, nonnullas a pontificibus ſuis aliiſve potentibus per vim domitas ſubactaſq;, vel tutelæ ſuæ cauſa & ob publicas neceſſitates fœderibus ſeſe alienis obſtrinxiſſe vel ſe poteſtati & fidei aliorum permiſiſſe conſtat. Exemplis ſingula illuſtrare non ſinit inſtituta brevitas. Et ſuperiùs in actis pontificũ Treverenſium paucis indicatum Adolphum Naſſovium Cæſarẽ regale caſtrũ Cochmecum op-

D pido & pertinentiis ex conſenſu & voluntate omnium Principũ Regni Alemanniæ ſuiſq; & illorum ſignatis tabulis pleno jure donaſſe Boemundo 90. Treverorum Archiepiſcopo & ejus Eccleſiæ. Baldevvinus autem 92. Trever. pontifex ab Henrico 7. Imp. fratre ſuo primum, ac dein ab Imp. Ludovico Bojo Bopardiam & VVeſaliam urbes nec diu etiam Bacharacum pignori accepit: Bopardienſes inſuper niſi obedire ſibi vellent, uti diffidare poſſet obtinuit: & tandem infeſto exercitu auxiliis Archiepiſcopi Moguntini capta & incenſa urbis parte, libertatem ſuam abdicare atque ad deditionem ſubjectionemque perpetuam coegit. Eoſdem poſtea Ioannes 2. 99. Archiepiſcopus denuo bellis afflixit, privilegiis omnibus exutos in poteſtatem retraxit. Confluentiam quæ primum ab Arnoldo 88. Treverorum Archimyſta vallo muroque firmari cœperat, poſteaq; ab ejus ſucceſſore Henrico mœnibus conſepta fuit, idẽ Henricus tandẽ imperata detrectantẽ cum exercitu invaſit expugnavitq; & arcem ibi muniti ſſimam inſtituit, quam etiam poſteriores epiſcopi aliquoties repararunt. Eandem urbem poſtea

Digitized by Google

Dithetus 91. Archiepiſcopus graviſſimo bello domuit. Atque & hæc & omnium A
non modo oppidorum, ſed etiam arcium pene & villarum quæ nunc poſſidet Treverenſis pontifex, acquiſitiones quo jure quibuſve titulis conſtent, in geſtis eorundem Pontificum diſertè traduntur, nimirum ab auctoribus antiquis qui & æquales ſingulorum temporum, & gnari rerum epiſcopalium fuere, inſuper voluntina privilegiorum tabulaſq; & monumenta vetera de juribus eccleſiæ Treverenſis citant & inſpexere. Nemo tamen ipſam Treverorum Auguſtam vel conceſſione donove cuiuſquam Regum aut Imperatorum dominationi poteſtatique ſuorum pontificum traditam, vel ab iiſdem armis debellatam, vel ſponte in arbitrium & ditionē eorum repudiata priſca libertate ſua ſeſe contuliſſe, vel denique quicquam memorat unde titulum aliquem pleni imperii, principatus ſeu dominii in ipſam civitatem arripere poſſint epiſcopi. Niſi quod arbitrali ſententiæ Caroli 4. Imp. at inani prorſus & irritæ caſſæque potiſſimum B
innititur actio nuper adverſus civitatem inſtituta: cuius hæc ſumma eſt: uti decernatur ipſam urbem Treverim pleno jure ſubjectam pontificibus, nec ulla in re ad ſacrum Imperium ſine medio pertinere, nulla ſua libertate præditam, ſed in omnibus à nutu atque voluntate pontificum pendere, mandata iſtorum & imperia quælibet pati oportere. Quòd quam parum æquo ac bono jurique & moribus antiquiſſimis reipublicæ Treverenſis conveniat, prudentiæ judicum ſacræ nimirum Cæſareæ Majeſtatis &c. erit æſtimare. Quanquam autem ad intentionem iſtiuſmodi fundandam adverſus civitatem Carolina illa ſententia manifeſtò nimirum infirma, manifeſtò nulla & in nihilum ſoluta, veluti pro titulo potiſſimum allegata fuerit in jure, quippe quia Cunonem Archiepiſcopū civitatis advocatum ſimul & dominum vocet urbem pontifici cum directis & utilibus dominiis, omni ſuperioritate, juriſdictione, mero mixtoque imperio & C
gladii poteſtate attribuat, atque item regalium nomine à poſterioribus Cæſaribus confirmata ſit, idipſum tamen multis modis non ſolùm invicem, verumetiam deſcriptione temporum tam quæ præceſſere quàm quæ ſecuta ſunt Caroli 4. Imperium, apertè cum ratione pugnare deprehenditur. Quale & illud eſt

Weil der heilige Chriſtlich glaub durch begnadigung deß Almechtigen vnd anordnung des Heiligen Apoſtels S. Petres durch ſeine außgeſandte diſcipulen die Hailigen Maternum / Eucharium vnd Valerium zu Trier anfangs gepflantzet / vnd von dannen in gantz Franckreich auch ein theil Teutſchlands außgebreittet / ſein die Frantzoſiſchen Königen als Clodoveus Dagobertus / Pipinus / Carolus vnd andere auß andacht vnd liebe zu dem Chriſtlichen Glauben dem Hailigen Apoſtel S. Peter ſeinen diſcipulen als den Ertzbiſchofflichē Kirchen zu Tricer auctores / vnd jrē in der Ertzbiſchoffenlichen Kirchen nachfolger bewegt worden die Kirchen zu Trier fur das Primat im

quòd non pridem Anno Chri. 1571. in celebri conventu Francofurtenſi Monetæ atque Matriculæ cauſa indicto, libellus Archiepiſcopi Treverenſis nomine, Senatui omnium ordinum Sacri Imperii Romani exhibitus fuit, manifeſtis erroribus refertus, in hanc ſententiam. Priſcos Francorum Reges poſtquam urbe Treveri potiti ſunt, Clodo- D
væum, Dagobertum, Pipinum, Carolum & alios Chriſtiāa pietate motos ad D. Petri Apoſtoli & diſcipulorum eius Materni, Eucharii & Valerii (per quos Chriſtiana religio primum Treveris atque inde in totam Franciam Germaniæq; partem propagata ſit) veluti archiepiſcopalis eccleſiæ Treverenſis auctorum, eorumq; ſucceſſorem honorem, ipſam eccleſiam Treverenſem in Primatum totius Franciæ ſublimaſſe, & pontificibus iiſdem regias manſiones, homines fiſcales, monetam, thelonium & ju-

A ganzen Franckreich zu erhöhen/ vnd den Ertzbiſchoffen die Königliche *manſiones, homines fiſcales, monetam, thelonium & iudicium ſuper re qualibet* in der vnd vmb die Statt Trier cedieren vnd aſſignieren/ in maſſen dan volgendts die andern König vnd zuletſt Zwendeboldus/ den dazumal lebenden Ertzbiſchoffen jhren nachfolgern vnd der Kirchen zu Trier alles Imperium vñ aigenſchafften der Statt B Trier vnd der gantzengegent frey willig ingeraumbt vnd vbergeben/ welches die nachkomende Königen confirmiert vnd die Ertzbiſchoffen die Statt Trier ſampt vmbligēder Landtſchafft mit ſich an das Römiſch Reich gebracht/ vnd volgendt ſucceſſiue von den Römiſchen Kayſeren vnd Königen biß auff jtzo regierende Kayſ. Mat. ſelbſt jungſt zu Speir vnder anderen die Statt Trier mit vil herlichen daruber C ſprechenden Priuiligijs belehnet worden/ Vnd wirt ſich nimmermehr erfindē od' mit einicher warheit grōt beweiſē laſſen dz die Statt Trier je einmal ſo lang dz Römiſch Reich vñ Kayſertumb bey dē Teutſchē geweſen/ ein vngemittelt Reichs Statt oder glied/ ſonder von obgemeltē donationibus vnd ceſſionibus ahn/ continue vnder weltlicher regierūg vñ adminiſtration jhrer der Ertzbiſchoffen als Landfurſten verblieben/ D dz alles könde wo noth mit gūten documentis auch noch vnzergāgten funff/ ſechs/ ſiben achthondert vnd mehr jarigen original brieffen dargethan vñ bewiſē werden/ Als nun die Statt Trier vō alters hero keine ringmuren gehabt/ vñ viel incurſiones vñ vberfell täglich beſtehē muſſen/ Iſt ſie bey lebzeitē Ertzbiſchoffen Johāns des erſten vō dieſem namen der geſtorben iſt jm Jar 1213. den 14. Martij/ von demſelben Ertzbiſchoffen Johanne mit

dicium ſuper re qualibet in urbe Treveri & circum circa ceſſiſſe atque aſſignaſſe, ac deinde reges alios poſtremoque Zuendeboldum viventibus illa tempeſtate archiepiſcopis ipſorumque ſucceſſoribus & eccleſiæ Treverenſi omne imperium, omnia dominia civitatis totiusque regionis liberè permiſiſſe tradidiſſeque: quod poſteriores reges confirmaverint: & archiepiſcopos ipſam urbem Treverim cum regione circumjecta ſimul ad Imperium Romanum attuliſſe, ſic deinceps ab Imperatoribus Cæſaribusq; Romanis uſque ad ipſam Cæſaream Majeſtatem quæ nunc rerum potitur inter alia de civitate Treverenſi cum multis eximiis eam rem concernentibus privilegiis inveſtitos: atque adeo Treverim nunquam fuiſſe civitatem Imperialem ſine medio, vel Imperii membrum, ſed inde ab iſtis donationibus atque ceſſionibus continuè ſub temporali dominio & adminiſtratione Põtificum ſuorum veluti provinciæ Principũ manſiſſe. Quæ omnia ſi neceſſe foret inſignibus documentis atque item incorruptis tabulis authenticis annorum quingentorum, ſexcentorum, ſeptingentorum, octingentorum & amplius oſtendi ac probari queant. Tandem cùm urbs antiquitus muris careret, ideoque eſſet injuriis incurſionibus opportuna, turribus mœnibusque veluti ea etiamnum hac memoria cernuntur à Ioanne primo eius nominis Archimyſta qui anno Chri. 1213. die 14. Martii deceſſerit, cinctam fuiſſe ſicuti judicialiter probatum ſit. Tandem ſecuritate à Pontificibus ſuis munitos cives inde audaciores factos, & imperium ſui affectare à poteſtate archiepiſcoporum ſeſe ſubtrahere cœpiſſe: donec Caroli 4. Imp. temporibus Baldevvino, Boemundo & Cunoni pontificibus rebellarint: unde judicium & diffinitiva ſententia Caroli ſecuta ſit: ex qua ſicuti & quamplurimis aliis in judicio editis inſtrumentis planè atq; indubitato conſtet ab illo tempore archimyſtas in continua poſſeſſione vel quaſi manſiſſe univerſæ ſuperioritatis Principi provinciæ competentis, & eccleſiaſticæ atque temporalis juriſdictionis uſque ad noviſſimam triennii vel quadriennii rebellio-

Digitized by Google

den muren vñ Po:tzen wie die noch ſeindt vmbgeben worden wie *Indeductione cauſa iudicaliter* bewieſen / Da nun die burger vnd inwohner dermaſſẽ durch jre herrẽ die Ertzbiſchoffen in ruhe vnd ſicherheit geſtelt / ſeint ſie von tag zu tag mutwillig vnd köner worden. Leiſtl.ch angefangen wie au:h jetzo geſchicht ſelbs nach dẽ regiment zu greiffen/ den ſchuldigen gehorſam jren Herren zu entzichen vnd entlich zu zeiten Ca:oli 4. Imp. dẽ Ertzbiſchoffẽ Baldewino Boemundo v..d Cunoni zu rebellieren/ vñ weil ſie ſi:h viel an den alten h.nd.lẽ vñ de *ſtatu Treverorum circa & ante tempora Iulij Ceſaris* dräum.n lieſſen/ vnd dahero einen titul vnd auß den thaten ſo ſie in werender defection begangen ein poſſ ſſion ſchepff.n w.lten / iſt der gantz handel zu richtlich: lichẽ Proceß als die ergangene Acta noch mit ſich bringen fur den Rom. Kayſer Ca:olum quartum erwachſſen / vnd entlich diffinitiff vrtheil erfolgt ꝛc. Die ſey Producicrt worden / neben andern der Statt Trier eigẽnẽ verſiegeltẽ brieu n/ reuerſen/ vber hontert/ auch neben vielen Kayſerlichẽ vñ Königlichen belehnungen Regalien Preuilegien ꝛc. Darauß augenſcheinlich vnd gantz vnuerneinlich zu finden das die Ertzbiſchoff.n von der z it ahn *in Poſſ. ſſione vel quaſi* aller Landfürſtlicher Oberkeit auch Geiſtlicher vnd Weltlicher iuriſdicion biß auff Jungſte drey oder vierjärige rebellion *continuando* verblieben ꝛc.

nem. Hæc de verbo ad verbum ferè ſed ger A
manico ideomate pluraq; ſim lis notę nihil minus quia in jud cial.ter probata ſcriptum iſtud cont net eademque ſolent apud
imper.tos inculcari magna fiducia. Sed quid
dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Spec.oſos eiuſmodi titulos & inanes rerum
umbras comminiſci perinde null:us momenti ac facile eſt. Ad populum phaleras
&c. At cum eorum qui res pontificum Treverenſiũ monumentis prodidere, quæ quidem publicè extare compertum ſit, nemo
tal:a confirmet, ſimulq; nec ad temporum B
cond.tionem, nec ad formam regni Francorum aut imperii Rom. veterem vel probatas hiſtorias quadrent, tantiſper dum citatis tam priſci ævi eximiis tabulis non cõprobantur, fide haud immeritò laborant.
Præterquam quòd in actis tam regum Francorum & Imperatorum Rom. quam archimyſtarum Treverenſium ſuper iis breviter
cõmemoratis innumera ſeſe produnt argumenta quæ tam antiquam pontificum dominationem in urbe Treveri vel finitima re-
gione neutiquam credi patiuntur. Ipſa illo- C
rum quæ vocãt Regalia, ſeu à Cæſaribus de
more impetrata diplomata, quam non veterem principatum, qualẽ provinciam obtineant teſtantur. Nec obſcurum eſt quid
quiſq; pontificum quove jure ac titulo acquiſiverit, donec in eam amplitudinem quę
nunc eſt ditionis fines crevere. Reges Francorum Cæſareſq; priſci quid tribuerint Treverenſi eccleſiæ, vetuſti ipſorum codicilli
antea relati indicant: quos qui olim memoriæ prodidere, veriſimile non ſit ignoraſſe
vel celare voluiſſe ſi quid amplius aut illu- D
ſtrius Eccleſiæ vel pontificibus impertitum
fuiſſet. Immodice ferè potentiam ceu pręcipuam dignitatem & poteſtatis gloriam
tum ipſi pontifices tum eorũ ſcriptores antiqui affectarunt: ecquid igitur adeo præclara laudis argumenta in obſcuro eſſe paſſi ſint? Deniq; conditio vetus ac tẽpora quæq; civitatis apertè diverſum indicant, longè aliud comprobant, quẽadmodum breviter in ſequentibus apparebit. Quanquam fateri nullo periculo liceat olim ob virtutes heroicas, innocentiam vitæ atq; prudentiam ſingularẽ, præſertim religionis intuitu maximo in honore apud cives plerunq; fuiſſe pontifices. De Boemundo 90. Treverorum archiepiſcopo temporibus Rudolphi, Adolphi & Alberti Cæſarum ſchriptor eiuſdem ſeculi eruditus, Cives inquit, Treverenſes paterna ſolicitudine amplectebatur, eorum pervigili cura procurans libertate

A libenter pacem & honorem, ſicq; eos reddidit cunctis ſuis beneplacitis benevolos & intentos. Cum Dithero 91. archimyſta proximo ſucceſſore honeſtiſſimum fœdus percuſſit civitas de mutuo adverſus hoſtes auxilio: cuiuſmodi pacta ſæpenumero etiam cum aliis epiſcopis inita ſunt. Ipſum inſuper Cunonem 94. pontificem ac pene omnes qui eum inſecuti ſunt, quippe jam præponentes facti & finitimæ regionis domini, ob protectionem atque tutelam civitatis annuã pecuniam cepiſſe negari nequit. Quæ omnia ſicuti cum honeſtate atque laude conjuncta fuere, atque etiamnum pro bono pacis meritò expetuntur, ita plenæ poteſtatis aut dominationis pontificum in ipſam civitatem indicia non eſſe, ſed ejuſmodi principatum manifeſtò deſtruere fatendũ eſt. Etſi etiam conſtet pontifices olim non contentos finibus eccleſiaſticæ ſuæ juriſdictionis eandem ampliſſimè exercuiſſe, quamobrem Ioannes Petrus de Ferrariis eximius Iureconſul- B tus ante annos 150. ferè, in practica, Sic, inquit, nota quot modis clerici illaqueant laicos & juriſdictionem ampliant: ſed heu miſeri Imperatores & Principes, ſeculares qui hæc & alia ſuſtinetis, & vos ſervos eccleſiæ facitis, & mundum per eos infinitis modis uſurpari videtis, nec de remedio cogitatis &c. nihilomagis, tamen oſtendi queat epiſcopos Treverenſes dominationem unquam vel imperium civitatis abolita illius libertate nactos, vel uti principes ſeculares ſuo jure exercuiſſe. Præterea variis atque turbulentis Imperii Rom. temporibus, tum per interregna, tum per ſchiſmata non modo Romanorum Pontificum ſed etiam Imperatorum atque Cæſarum, civitatem Treverenſem quotieſcunque juſtum haberet archiepiſcopum eidem adhæſiſſe, partes eaſdem ſecutam quod aſſeritur quis improbet? quis laudi non ducat? quanquam ſi pleni in urbem arbitrii fun- C damentum inde quæratur archimyſtis, tam facilè ſit probate iſtud non fuiſſe perpetuum, quam promptum eſt intelligere quicquid dubiis rebus & fluctuante republica vel neceſſitate aut ob vim majorem fit temporarium eſſe, nec innovate jus cuiuſquam niſi uſu inveterato & conſuetudine longa in mores tranſeat, moribus ſolidetur. Ita nimirum leges generales multoque magis privilegia reſcriptave principum, ita reſpublicæ, poteſtates, regna ſtant vel cadunt, manent vel immutantur, valent vel expirant. Exoleta ſimul ac nova, æqua & iniqua moribus atque uſu cenſentur. Protritum vulgò proverbium, Omnium rerum viciſſitudo eſt. Omnia fert ætas. Scitè Petrarcha, Varietate natura bella eſt. Enimvero magnis imperiis quam minima æternitas ſemper fuit, parvæ res quomodo antiquum diu obtineant aut ſtatum ſuum perpetuò tueantur? Niſi inveterata poſſeſſio momentum & auctoritatem ſuam retineat, in dubio fluctuabunt D omnia, nemo juris ſui, nemo dignitatis fortiſque ſuæ certus fuerit, lites & bella nunquam ceſſabunt, exulabit gratia, pacem magis optare quam colore licebit, Veteres migrate coloni. Si quæratur quo jure contra legum & eccleſiæ priſca ſcita gladius ſpiritualis & temporalis reciprocent, quemadmodum memoria ſuperiore dixerunt legum interpretes conſuetudinem prætendi certum eſt, quam etiam Celſus Iureconſultus non ſemper ratione, ſed errore aliquando primum introduci & obtinere ſignificat. Leodium Regalis olim urbs præpotens & libera, Caroli Burgundi armis debellata & in epiſcopi ſui poteſtatem penitus redacta eſt intra centeſimum ferè ab hinc annum. Moguntiam antiquitus liberam & Imperialem civitatem fuiſſe perinde vulgò conſtat: quæ tamen anno Chri. 1462. archiepiſcopi ſui irruptione per vim capta, partim cæſis, partim in exilium pulſis civibus, antiquata reipublicæ forma pro[...]us ſub jugum redacta eſt: & quò facilius imperio contineretur, haud diu pòſt arcem ubi munitiſſimam archiepiſcopus erexit. Non modo lites, ſed etiam bella cum civitatibus ſuis frequen-

Docu. civ. Num 1 9.

Docu. civ. Num. 278.

L. Quod non ratione ff. de legibus.

ter &

Digitized by Google

ter & acerrima geſſiſſe Baſileenſem, Argentoratenſem, Spirenſem, VVormatienſem, Metenſem, Virodunenſem ac omnes pene in Imperio Romano qui nunc A Epiſcopi inſuper & Abbates quoſdam non latet annalium conſultos, dum illi dominatum & poteſtatem ſummam in cives vendicant, hi pro libertate ſua patriisq; moribus & inſtitutis dimicant. Et fortuna ut in rebus bellicis varia certarum eſt. Civitates victæ ſunt & vicere. Manent inde onera legesq;, manent etiam prærogativæ atque commoda. Quisq; nunc uſu ſuo gaudet, jus ſuum uti poſſedit antiquitus, ita poſſidet. Brunonem archiepiſcopum Agrippinenſis Coloniæ Ottonis Magni Imp. fratrem, Archiducatum regni Lotharii primumq; omnium pontificum temporalem gladium adminiſtraſſe, civitatis etiam ſuæ imperium geſſiſſe notiſſimum eſt. Temporibus Henrici 4. Imp. Anno Colonienſis archimyſta ſeditione civium ſuorum urbe pulſus eandem paucos poſt dies collecta ingenti multitudine armatorum ad deditionem compulit, vitæ atque fortuna- B rum arbitrium adverſus cives exercuit, eoſdem ſacramenta ſibi dicere coegit. Circa finem Friderici primi Imp. Philippus item Colonienſium archiepiſcopus civitatem amplioribus de novo mœnibus conſepſit, quæ in hodiernum uſque diem manent. Dominatum quoque ſucceſſores eius retinuere: quorum Engelbertus interregni tempore quod ante Rodulphum Cæſarem fuit, arces duas muniтiſſima propugnacula urbi adjecit, & claves cuſtodiamq; portarum civibus abſtulit, myſtarum collegiis tradidit, præſidia ſua portis appoſuit, quas tamen deinde ſimul cum clavibus & muris atque ipſis epiſcopi caſtellis cives per vim recuperavere. Quamobrem Engelbertus infeſto exercitu ipſos obſedit, diſertè cauſatus negatum ſibi quò minus in ipſa D. Petri libera civitate novos Scabinos item Civiũ C magiſtros & Officiales crearet, vectigal vini & cerviſiæ ſtatueret, quodque ſuas arces & portas occupaſſent quæ jam annos amplius centũ ad D. Petri homines pertinuiſſent, quarum etiam nunc ipſe dominus eſſet cõſtitutus: inſuper quòd miniſtros ſuos in cuſtodia detinerent, proſcriptos cives in urbẽ recepiſſent &c. Atque hoc bellum intercedentibus finitimis quibuſdam dynaſtis ita tunc compoſitũ fuit ut archiepiſcopus per tranſactionem à civitate ſena millia marcarum exprimeret. Nec tamen quieſcere deinceps potuit quin novis ſubinde liti- D bus conflatis maximam pecuniarum vim iteratis tranſactionibus emungeret. Inexpiabile odium in civitatem conceperat, tandemque cùm per fraudem ac dolum eam invadere atque occupare nequicquam molitus fuiſſet, plebem diuturnis injuriis feſſam adverſus optimates concitavit, adeò quidem ut indomita ſeditione tribus inteſtinis præliis una die confligerent cædemq; magnam patrarent. Deinde neq; hac re pro ipſius deſiderio ſuccedente, rurſus monacho quodam VVolfardo & paſtore parœciæ D. Columbæ in urbe proditionis architectis uſus, civium quoſdam permovit uti incendio excitato ipſi cum validis copiis terra flumineq; adventanti portas aperirent. Iterum fefellit eventus: pertinaci tamen odio per artes pontifex optimates aggreſſus, eos poſtremò factionibus ſcidit. Acerrimis denuo pugnis exiliis atque occiſione mutua cives ſeſe conficiunt. Plebe verò in partes potiores concedente tandem finitimę regionis quatuor

Der Biſch. beclagte ſich wie die burger nit hetten willen hengen dat he in ſine Peters frey Statt möchte newe Scheffen ſetzen/desgleichen acciſſe võ Bier vñ Zoll/vam Wein Jtẽ Burgermeiſtere vñ Ampman die ich ſetzen wolde widerſprechen ſie auch/Jtẽ mein burge vñ portzen die S. Petres luden zugehört hauen ver hõdert jaren hievor/daruber ich ein herr nu geſatzt bin/hauen ſie mir affgewõnen die mich gecoſtet hauen me dan 6000. marck/vñ haldẽ mein volck noch gefangen/Jtẽ die auß verdreuẽ burger die hauen ſie ingelaſſẽ.

dynaſtæ:

A dynaſtæ ſtipendio conſtituto ſocii aſſumptu & civitate donati ſunt tutelæ illius cauſa contra vim atque injuriam archiepiſcopi: quem Comes Iuliacenſis propter iſtud fœdus ſeſe bello laceſſentẽ ad extremum cepit & in cuſtodia quadriennio ferè habuit, donec Alberti Magni Reginoburgenſis epiſcopi opera pax convenit. Engelberto huic qui ſucceſſore Colonienſium archiepiſcopo plerią; bella quoque cum civitate geſſerunt atque eam obſedere. VVilhelmus à Carolo 4. Cæſ. diploma impetravit quo privilegia civitati priùs conceſſa revocabat in irritum. Poſtea Friderico archiepiſcopo poſtulante Carolus Agrippinenſes proſcripſit: ob quam injuriam ii Pontificem Romanum adiere, uti Friderico ſacris interdiceretur impetrarunt. VVenceslai Cæſaris temporibus nova contentione exorta Scabini Colonienſes quos creat Pontifex, dignitate Senatoria munereq; B Magiſterii civium deſtituti, atque ex cæteris Senatoribus duo Magiſtri civium ab civitate creati ſunt. Sigiſmundo imperante Theodericus archiepiſcopus civitati perquam infeſtus fuit. Imperium ſibi in civitate vendicabat: vectigalia cenſumque conſtituere in ea jure vetuſto atque ex more, pariterq; Iudæos ad ſe pertinere, ac proinde tributa recentia collationesq; & de vino Sextas abrogari, & uti peregrinis libera vini negotiatio veluti civibus eſſet contendit. Qua occaſione graviſſimum bellum civitati concitavit. Senatus deinde Scabinis poteſtatem prehendendi noxios & in vincula ducendi ademit, ſibi uſurpavit, quam in hunc uſque diem retinet. Iudæi cum cenſum Senatui præſtare recuſarent, urbe in perpetuum exacti ſunt. Poſt Fridericus 3. Imp. fata, Pontifex Hermannus 4. civitati litem intendit coram Maximiliano Cæſare. Ius civitatis univerſum, eccleſiaſticam & civilem juriſdictionem, cenſus annuos omnes, nec tributa ulla vectigaliave exigit, nec in vincula duci, cunctaque prætendens ejuſdem generis civitatem ſuam eſſe addebat, quippe deceſſores ſuos ad Senatum hiſce verbis ſemper ſcripſiſſe, In noſtra civitate Colonia, quod à Senatu nunquam fuiſſet improbatum. Vectigal etiam ſingulare cerviſiæ quæ in urbe coqueretur, nec non multorum annorum proventus qui ceſſiſſent exigebat. Omnem in urbe poteſtatem, atque uti Senatus omni ſeſe magiſtratu abdicaret petebat &c. Enimverò negante Senatu poteſtatem illi in urbe competere præter eccleſiaſticam juriſdictionem & tribunal ſeculare alti judicii cum quibuſdam aliis, cæterùm liberam urbem eſſe jam inde antiquitùs, delegata cognitio Principibus Electoribus atque ita tandem contentio tota definita, civitas in poſſeſſione veteri relicta eſt.

Er geſan alle der gerechtigkeit binnen Cölne/geiſtlich vnd weltlich C gerichte / vort alle opkomingen in der Statt Jairs vallende / geine aßiſen noch peichtungẽ vp zu heuẽ Vñ achter diſer zeit ſich nit mehr kroedẽ / dẽ antaſt / vort ander gerechtigkeit aff zuſtellẽ/vñ bracht noch vil mehr vngeburlich artickl fur / vñd ließ mit vergebẽ die Statt gehoirde jm zo/ want ſeine furfaren vnd bey hadden ſich allezeit geſchrieben an den Raidt in vnſer Statt Cöllen / darwidder ſie ſich nie gelegt enhetten/ D mit viel mehr vnuerſencklichẽ werden rc. vnd wolde auch haben inſonderheit gruiß geldt van allẽ Bier dat binnen Cöllen gebrawen wurde/ darzu verſeſt vnd vpkomminge von viel Jaren/vnd wolde alle obericheit binnen Cöllen haben / vnd van dem Rhatt abgeſtalt han rc.

Hæc quàm breviſſimè de rebus Agrippinenſium ſicuti in eorundem Annalibus diſertè prodita ſunt commemorare operæpretium fuit, quæ magis pateat non ſolum Auguſtæ Treverorum ſed etiam aliarum civitatum quæ libertate potiuntur, imperium atque dominationem ſuperiore memoria Pontifices earundem affectaſſe ſummis conatibus. Et exemplum Agrippinæ Coloniæ ſufficit, quanquam par aut eadem penè cæterarum

Digitized by Google

omnium civitatum Germaniæ ſors fuerit ubi epiſcopi habitant. Occaſio nimi- A
rum ambiendi totũ dominatum pontificibus plerumque fuit tum eccleſiaſtica
juriſdictio quam exercebant ampliſſimè, tum poſſeſſio ac uſus regalium in ur-
bibus, uti ſunt Palatia, Comitatus juriſdictio, merum & mixtum imperium,
jus creandorum magiſtratuum ad expediendam juſtitiam, pœnæ multæq; telo-
nia, monetæ, Iudæi pluraque alia: quæ tamen etſi multa ſimul concurrant, uti
Agrippinæ Coloniæ, VVormatiæ, Spiræ, Argentorati, Metis, Veroduni Veſon-
tionis &c. Palam eſt eapropter neceſſariò neque libertatem civitatum antiquam
interire, neque plenum in eas imperium pontificibus competere. Treveri igitur
archiepiſcopum ſuum in urbe obtinere palatium, obtinere utriuſque tribunalis
eccleſiaſtici nimirum & civilis arbitrium capiendis judicibus cæteriſque ad ea
pertinentibus miniſtris qui jus dicant gladiiqúe poteſtatem exequantur, paucos
item Senatores ſed ab ordine probandos nominandi, & monetæ cudendæ jus B
habere, & admittendi Iudæos aliaq; nonnulla quondam habuiſſe non negant,
cæterùm ſeſe atque civitatem ipſam antiquiſſima libertate frui aſſeverant, ſui ju-
ris ſuæq; poteſtatis ſe eſſe plurimiſq; conſuetudinibus Imperii potiri, qualia ſunt
rerum ſuarum adminiſtratio, Senatum magiſtratuſq; ſuos municipales creare,
publicam quietem tueri & vindicare, urbem munire, cuſtodire, aliena fœdera tu
telæ ſuæ cauſa contrahere, leges municipales condere, pœnas multaſq; civiles
infligere, in carcerem duci jubere, torquere, de criminibus utrum capitalia ſint
necne cognoſcere, quædam etiam coërcere, monetas æſtimare, forũ, vectigalia
quædam & molas & aquarum decurſus & alia pleraq; cõmoda juraq; civitatis,
quæ ſacro Imperio Romano ſolum referant accepta, & auctoritate, conſenſu
atque tabulis Cæſarum & Imperatorum confirmata ſibi inveterato uſu obtine-
ant: quanquã nihilominus quibuſdã modis uti prædictũ eſt, ac certis pactis ſeu C
conditionibus tutelæ atq; neceſſitatis ſuæ cauſa conjuncti ita ſint Archiepiſcopo
ſuo Principi Electori, ut eiuſdẽ patrocinio in multis publicè atq; privatim inſtar
cæterorũ ſubditorũ uti conſueverint, eiq; viciſſim eo nomine honorẽ ac præmia
pro more majorũ tribuant. Quamobrẽ etiã factum eſt ut per novas Imperii con-
ſtitutiones atq; in Comitiis quibus haud ita pridem auctore D. Maximiliano pri-
mo Aug. Publica pax, Cæſareum Cameræ judicium, Circuli & Matricula Imperii
aliaque nonnulla de ſtatu reipublicæ ſancita diſpoſitaque ſunt, Auguſtæ Treve-
rorum ratio nominatim habita non fuerit: ſicuti & de principibus, dynaſtis ac
civitatibus aliis compertum eſt quibus tamen prærogativæ ſuæ libertaſque & jus
antiquũ ab ipſo rerum faſtigio immediate dependen non invidenda eſt, nec præ-
ter injuriam oppugnari poſſet. Matriculam Imperii certam neque hac neque ſu-
periore memoria fuiſſe teſtantur publicæ conſtitutiones & publica acta Impe- D
rii: quæq; nunc omnium potior cenſetur VVormatienſibus Comitiis an. Chri.
1521. conflata, illam ſæpenumero deinceps uti imperfectum corrigi, augeri, vel in-
novari placuit, opere necdum abſoluto, ſed æque ac olim incondito.

Literis Cæſareis in judicio prolatis abunde conſtat ab initio D. Caroli Imp. cõ-
fectaq; jam tum VVormatienſe matricula ſurſum per omnium Rom. Regum
& Imperatorum tempora uſque ad VVenceslaum & ulteriùs, Treverenſes cives
ad Imperii Comitia vocatos & in matriculis ſeu catalogis onerum atque tribu-
torum Imperii comprehenſos fuiſſe, donec Pontifex eorum Iacobus 2. qui anno
Chri. 1511. mortem obiit, primùm omniũ in Comitiis obtinuit, ſicut in illius epi-
ſtolis proditur, ne civitatis Treverenſis portio ſeu numerus Imperialis ſubſidii
publicis tabulis aut Imperii libello adſcriberetur, ſed ipſi Archiepiſcopo levandi
ſui œris cauſa ſemel atq; iterum condonaretur. Nec iſtud invitis civibus, ſed cũ
bona

Digitized by Google

A bona eorum voluntate atque gratia factum eſt: ſuperioribus enim annis quum citarentur ad Comitia, plerumq; partes ſuas Archiepiſcopi ſuo vel legatis illus mandare ſolebant, tametſi interdum ipſi ſeſe per literas, vel ſi Pontifice vacaret Treverenſis eccleſia, per alios excuſabant: incommoda ſua neceſſitatesq; ſeu pericula ſeu alias cauſas quibus impedirentur quo minus indicti conſilii vel auxilii Docu cit. Num. 90. gratia publicè ut cuperēt & tenerentur adeſſent, prætendebant. Et quidē haud temerè: 765.91. Docu. cit. nam bellis penè perpetuis quæ priſca Francorum natio faidas vocavit, im- Num 79. plicata civitas fuit inſuper Gallicani regni finibus propinqua, continuis urbis in 1.79.2. Lutzenburgenſibus & Lotharingiis vicina, Philippi quoq; ac Caroli poſtremorum Burgundiæ Ducū potentia ſtudioque proferendi dominatus anxia, præſertim nothorum Burgundi ambitione & inſidiis aliquoties petita, ſuſpectam temporum fidem maiore cura rerum ſuarum domi penſare coacta eſt. Præterea ſta-
B tim ab obitu Ottonis archiepiſcopi anno Chri. 1430. pernicioſiſſimi ſchiſmatis occaſione quod inter Iacobum & Vdalricum ſimul creatos Epiſcopos, ac demū inter Vdalricum & Rabanum pluribus annis viguit, graviſſimam cladem diuturno bello acceperat, æris alieni plurimū contraxerat, exhauſtis reipub. viribus cum ſumma rerum omniū difficultate luctabatur. Denïq; priuſquā publica pax Imperii ſeverius à D. Maximiliano primo, Aug. conderetur, itinera paſſim habebantur infeſta, nec ſine valido comitatu longè proficiſci ad conventus tutum erat: unde tum in abitus reditusq;, tum in ipſas comitiorum moras amplior & ingens ſumptus impendebat, quem majores lucrari atq; vitare non modò frugalitati & prudentiæ, ſed etiam fortunis ſuæ civitatis convenire exiſtimabant: eoque commodiòs onera quæ publicè eſſent indicta vel exequebantur, vel depen-
C debant. Quanquam enim ex ſuis civibus neminē ad concilia mitterent, nominatim tamen excuſabantur, & per alios quibus id negotii dederant vices eorum im- Tomo 1. epiſt. miſſiva 1. plebantur ac ſi ipſi coram adeſſent: nihiloq; ſecius quàm præſentes numerum ſuum publici oneris accipiebant. Deinde quia tutelæ ſuæ cauſa pecuniam annuā ex fœdere ſolvebant Archiepiſcopis, æquū putabāt uti & ab iis tum in comitiis, tum in oneribus Imperii quæ nec frequenter incidebant defenderentur: nihilominus tamen eo nomine ſeorſim grati pontificem muneribus, ſubſidio tributo ve pro ſuis opibus afficiebant, quo præter ſuā jacturā id quod civitati indictū fuiſſet exolueret averteretq;, ac perinde ut in concilio, ita & in oneris præſtatione vicibus eorum fungeretur. Ea ratio temporibus Imp. Friderici tertii maximè commoda civitati viſa eſt præſertim geminis fœderibus ſociatæ Archiepiſcopo Ioanni ſecundo, qui annis amplius ſex & quagraginta pontificatum geſſit, annisq; poſtre-
D mis ſummè pacem & concordiam ſive ſponte ſua, ſeu arte coluit, adeo quidē ut per ſuos conſiliarios ſenatui ſponderet operam ſeſe daturum quò civitas ex Cæſareis regiſtris deleretur, ea nimirū ſententia ne deinceps publicorum onerum impoſitione vel exactionibus fiſcalibus vexari poſſet. Quanquam verò præſtare hoc nequiverit Ioānes, proximus tamen eius ſucceſſor Iacobus qui apud D. Maximilianum Cæſarem ſummo loco autoritatis atque gratia fuit, ab eodem cum in Agrippinenſe Colonia Chri. anno 1505. menſe Iulio conventum ageret, tandem Docum cit. Nu. 353. 1 2. impetravit uti civitas Treveris ipſi Archiepiſcopo ſui tributi levamento relin- Tomo epiſt. 1. miſſiva 42. quereretur, neq; nominatim in Catalogo Imperii pro iſta vice diſcriberetur. Id denuò factū videtur biennio pòſt Conſtantiæ: quamobrē non difficilè tandem fuit Docum. civit. Num. 755. ſucceſſori Iacobi Reichardo VVormatiæ Comitis habitis anno Chrſti. 1521. in quibus ipſe plurimum polluit, obtinere, ne civitas Treverenſis matriculæ ſeu deſcriptioni illius publici ſubſidii quod eo conventu inſtitutum fuit, infereretur. Et cum poſterioribus Comitiis omnes pene ſubſidiorum Imperialium diſtributio-

Digitized by Google

nes ad inſtar eiuſdem matriculæ VVorinatienſis factæ ſint, mirum non eſt in iis A
Auguſtam Treverorum comprehenſam non fuiſſe: quanquã nihilominus etiã,
Dom. cir. 17. 18. poſt annũ 1521. ad Imperii comitia tributaque vocata ſit. Inſuper eadem ratione
quòd ad Comitia venire deſiiſſet, factum eſt ut à levioribus Imperii contributio-
nibus quas cõmunes & non privilegiatas vocant, libera relicta ſit: nec immeritò,
ſiquidem tutelæ ſuæ atque cõmerciolum & annonæ cauſa, nec non ob alias ne-
ceſſitates finitimorum dynaſtarũ ac ſuorum etiam pontificum qui tandem præ-
potentes & circumjectæ regionis domini ſunt facti, fœdera coluit, convenraque
hactenus haud immodicà quotannis depenſa pecunia redemit. Sed & Imperii
Germanici extremitatem occupat, nec tam multis eius commodis fruitur ut
aliis civitatibus quæ plurimas ab Imperio cõſuetudines, feuda, vectigalia vel eiuſ-
modi prærogatiuas & emolmenta poſſident, vel in medio regni gremio plena ſe-
curitate potiuntur, oneribus ferendis æquari iure debeat vel par eſſe poſsit. Sed B
hæc hactenus, atque eò potiſſimum ſpectant vti inteligatur Auguſtam Trevero-
rum etſi publicas indictiones tam conventuum quam onerũ ſuperiore memoria
ſubterfugerit, eòque nomine vrbis admodum blandis ideniem Pontificem ſu-
um Ioannem ſecundũ compellaverit, nihilomagis tamẽ eo ipſo illius poteſtati
ac imperio ſeſe repudiata ſua libertate ſubdidiſſe, ſed potius ob fœdera pactamq;
protectionẽ ſicuti etiam in epiſtolis ea de cauſa miſſis evidenter apparet, tantam
ſibi cum Archiepiſcopo conjunctionem intercedere arbitratam, ne cogeretur ad
Imperii conventus magno cum incõmodo graviq; ſumptu ut tunc erant tẽpora
venire. Continuatũ iſtud inſtitutum fuit ſub Iacobo 2. & Reichardo pontificibus,
qui tabulas conventæ protectionis innovarunt: quo eorũ ſucceſſores quanquã
peculiaribus ſcriptis non fecerint, pretium tamen defenſionis ergò quotãnis mo-
re maiorum ſuſcepere omnes, uſq; ad poſtremum qui nunc præſulatũ tenet: un- C
de factum ut iis etiã civitas pro ſuis facultatibus & pro inveterata conſuetudine
munera tributumve reipublicę cauſa præbuerit quotieſcunq; ſubſidium aliquod
eximium ſeu privilegiatum uti vocant, à quo nemo immunis eſſe deberet, pu-
blicè in Imperio decretum eſt. Antiquis verò temporibus & ad Comitia profe-
ctos Treverenſes, & ipſos ſubſiidia ſua præſtitiſſe Cæſaribus haudquaquam levi-
bus argumentis conſtat. Nam Regalem ſeu Imperialem atq; liberam civitatem
Treverim antiquitus, neq; Pontificum ſuorum imperio poteſtative ſubditã eſſe
etſi tempus deficiat. paucis tamen Chriſto propitio ſubindicabitur.

Et in ſuperioribus commemoratum ſimul in confeſſo eſt Archiepiſcopos an-
nis amplius ducentis uſq; ad eum qui nunc vivit, annuã pecuniam nomine tute-
læ, protectionis & patrocinii ſui quod civitati impenderunt ab ipſa cepiſſe: id au-
tem juſto magiſtratui non licere pro certo aſſeritur. Deinde provincialia ſubſidia D
ſeu tributa, ſive militares operas, aut angarias, aut quid tale quod à ſubditis exi-
gitur & præbetur indies, nunquam Pontificibus ſuis reddidit Treveris. Sed nec
juramentum ſubjectionis unquam præſtitit: nec fidelitatem juravit aliter quàm
recepta invicem ab Archiepiſcopo religione libertatem, jus, conſuetudinẽ mo-
reſque civitatis ſalva fore poſtremoq; omnium tale jusjurandum utrinq; dictũ
eſt anno Chri. 1460. ſicuti in rebus geſtis Ioannis ſecundi pontificis refertur.
Arbitrium reipublicè vel adminiſtrationis, vel rerum civitatis, vel Senatus capi-
endi Magiſtratuſve, vel collegiorum, aut cuſtodiæ, quò pertinent munitiones.
præſidia militaria, portarum claves, annonæ cura cæteraq; generis eiuſdẽ, nemo
pontificum exercuit. Ipſa civitas uti paulo ante cõmemoratum eſt, ſuo jure anti-
quitus aliena fœdera contraxit, & in hodiernum uſque diem retinet, ſua bella
geſſit, ſuæ poteſtatis fuit, inſtitutis patriis uti liberam Imperii rempublicam Cæ-
ſaribus

Digitized by Google

A ſaribus ipſis ſine medio ſubditam ſeſe rexit, & ab aliis Imperii ſtatibus liberæ ſortis habita, Cæſarum etiam peculiari tutela, conciliis publiciſque conventibus & aliis actis & diplomatibus honeſtata, & ipſorum epiſtolis Imperii civitas appellata, ſuſceptiſque quoque ſacramentis devincta eſt, quemadmodum, prolatis in judicio quamplurimis tabulis & teſtimoniis liquet. Idipſum autem quò fiat manifeſtius, aliis inſuper argumentis pro ea quæ ſuppetit temporis anguſtia breviſſimè confirmabitur.

Sub finem imperii Friderici primi, ut inde intermiſſa rerũ ſeries continuetur, antea conſtitit toto ſeptennio priuſquã Ioannes primus Archiepiſcopatũ adeptus eſt, iuſto Pontifice caruiſſe Treverenſes, & Regem Heinricum 6. interea frequenter in urbe commoratum potitumq; rerum ſeverius, adeo quidem ut infregiſſe non modo clericorum immunitatem ſed etiam libertatem civium quam
B iis ſuperiores Reges contulerant, in actis commemoretur. Ioannes deinde captus Pontifex ultimo Imp. Friderici anno totum Henrici 6. imperium explevit, eoq; mortuo mox in illas ingentes turbas incidit quæ Philippo atque Ottone 4. Cæſaribus in ſchiſmate creatis exortæ ſunt. Ottoni etiam apertè ſtuduit, Philippo autem [illegible] adhærere auſus non fuit: quo deinde fatis erepto, [illegible] Ottone, anno quarto, e vivis exceſſit à Nati Chri. 1212. [illegible] demonſtratũ eſt. Generale porro colloquium [illegible] Nauclerus Generat. 4[illegible] vol. [illegible] Rex Otto habuit in oppido Haganavv, altero anno poſt obitum Philippi, nempe Chri. 1210. menſe Martio, ac tum expeditionem Italicam decrevit, in quam mox validum exercitum eduxit, Romæq; coronatus eſt Imperator die 4. Octob. eodem anno. Deinde reverſus in Germaniam Treverenſibus domum redeuntibus hoc diploma dedit. Dei gratia
C Otto Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, univerſis imperii fidelibus præſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Noverit univerſitas veſtra quod cum fidelium noſtrorum tam miniſterialũ quàm civium Treverenſium devotionẽ & ſynceram fidem operis executione ſæpius cognovimus, non indignum reputamus ut & nos tanquam ſpeciales Imperii fideles ſemper honoremus & in omnibus factis ſuis ipſos manuteneamus. Verùm quia ſpeciali dono munificentiæ Imperialis eos ad ſervitiũ noſtrũ obligare volumus, omnib. præſentis paginæ innoteſcere volumus inſpectoribus, quod nos tam milites quã burgenſes memoratæ civitatis ſub protectione noſtra recipimus, & quocunque per totum imperium noſtrum iverint, ſub patrocinio noſtro ſalvis rebus & perſonis eos ire & redire volumus, in omnib. negotiationibus ſuis ſecuritate defenſionis noſtræ eos gaudere volentes. Quicunq; igitur memoratis militibus ſive bur-
D genſibus ſub noſtro conductu euntibus damnũ ſeu gravamen aliquod inferre præſumpſerit, ſeu aliquis in negotiationibus ipſorũ impedimentũ eis intulerit, Imperialẽ indignationem ſe noverit graviter incurriſſe, & in eorũ moleſtatione ſciat ſe pupillam oculi noſtri tetigiſſe, nec dubitet ſe tanquam temeratorem Imperialis culminis graviſſimã pœnam reportaturum. Datum apud Hagnou, XIIII. Kal. Maii. Indictio. XIIII. (qui eſt annus Chri. 1211.) Refert quoque Nauclerus haud diu poſt diſſidiis inter Imp. Ottonem & Innocentium 3. Pontif. Rom. ortis, excommunicationem Auguſti in Germania publicatam per Moguntinum Archiepiſcopum (Sigefridus is fuit) quamobrem Principes & civitates Ottoni adhærentes [illegible] Moguntinenſium [illegible] hoſtiliter invaſerint. [illegible] Treverenſes [illegible] Imp. Ottoni navarunt, quapropter huiuſmodi ab illo tabulas adepti ſunt. Dei gratia Otto Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus Univerſis Imperii fidelibus præſentibus & futuris [illegible] literæ oſten- Docum. civ. Nu. 2.

Docum. civit. Nu. 1.

ſæ fuerint gratiam ſuam & omne bonum. Notum vobis facimus quod nos præ A
oculis habentes ſincerā devotionē dilectorum fidelium noſtrorū tam miniſte-
rialium quam civium Treverenſium quam habent erga Imperium & nos, rece-
pimus eos cum perſonis & univerſis rebus ipſorum mobilibus & immobilibus
noſtram & Imperii ſpecialem defenſionem, ab omni eos gravamine & injuria
immunes eſſe decernentes. Et quia memorati miniſteriales & cives quemadmo-
dum ab iis poſtulandum duximus mandatum noſtrū in omnibus adimplere cu-
rarunt, & de ſervitio ſuo ad honorem Imperii contra omnem hominem viven-
tem ſecuros nos reddiderunt: Nos quoq; verſa vice ipſis miniſterialibus & civib'
fidelibus noſtris promiſimus & nos ipſis obligavimus quod neque cum Papa,
neq; cum alio aliquo homine vivente in negotiis quæ ipſos tangere videantur
compoſitionem aliquā ſeu concordiā faciemus niſi ipſis in ea compoſitione &
concordia incluſis: volentes eos in omnibus ſemper manutenere & honorē ci- B
vitatis Treverenſis & cōmodum eorum diligenter & ubiq; promovere. Ad cujus
rei certitudinem hanc paginā exinde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione juſ-
ſimus communiri. Datum apud Hagnovve Anno Dominicæ Incarnationis M
CCXII. XIIII. Kal. Maii. Indict. XV. Iam cum conſtet eodem tempore Ioan-
nem primum Archiepiſcopum Treverenſem fuiſſe ſuperſtitem perquam mani-
feſtò liquet arbitrium civitatis ad illum haudquaquā pertinuiſſe, ſed ipſos cives
uti liberam rempublicam Imperatori ſua præſtitiſſe ſubſidia, ſimul Imperatori
ſine medio paruiſſe. Docent hoc etiam acta Cæſarum Friderici 2. & Conradi ejus
filii. Nam Ioanni Treverorum pontifici anno Chri. 1212. ſucceſſiſſe Theodoricum
ſuprà demonſtratum eſt: eundem verò partes Friderici 2. Regis adverſus Otto-
nem Imp. ſecutum paſſim produnt ſcriptores. Nauclerus Generat. 41. vol. 2. qui
anno Chri. 1213. per Moguntinum & Treverenſem Archiepiſcopos item Bohe- C
miæ regem, & Ducem Auſtriæ, ducemque Bavariæ ac Landtgravium Thuringiæ
&c. Fridericum Regem appellatum memorat adverſus Ottonem, verba hæc
ſubiicit. Fridericus expugnato oppido Imperiali Hagnavv quod Ottoni adhærebat
&c. Moguntiam venit, ubi magnum Principum conventum habuit. Ade-
rant enim Sifridus archiepiſcopus Moguntinus, Treverorum quoque & Argen-
tinenſis, Baſilenſis, Spirenſis, Conſtantienſis, Herbipolenſis epiſcopi, Rex etiam
Boihemiæ, Landtgravius Thuringiæ Comesque Palatinus Rheni, qui omnes
Regi Friderico fidelitatis juramentum præſtiterunt &c. De Comitiis iiſdē Hen-
ricus Mutius lib. 19. in fine de Germania; Moguntinum inquit, & Treverenſem
archiepiſcopum adfuiſſe nihil opus eſt dicere quos ex profeſſo hoſtes fuiſſe Otto-
nis jam antè ſatis dictum eſt. Hæc illi: Treverorum porro Auguſtam per id tem-
pus in fide Ottonis ſtetiſſe perhibent. Nauclerus enim poſteaquam conventum D
Maguntiaci egiſſet Fridericus, ac deinde coronam Aquiſgrani ſumpſiſſet anno
Chri. 1214. res eius geſtas commemorare his verbis pergit. De Suevia autem Fri-
dericus valido ſuorū exercitu ad Moſellanos deſcendit, & in primis Treverenſes,
deinde nobiles provinciæ omnes qui in circuitu reſederant in deditionē recepit.
Deinde Lotharingia in deditionem ſimiliter coacta, Metenſes & Leodrenſes cū
reliquis pene civitatibus & oppidis in ſua verba jurare potenter coegit. Moſam
poſt hæc fluvium tranſiens contra Heinricum partium Ottonis Brabantiæ Du-
cem copias duxit. &c. Et pòſt: qui fidelitate Regi ut moris eſt jurata, filium ſuum
& quoſdam alios terræ nobiles obſides dedit, atque Ottones partes deſerens Fri-
derico Regi adhæſit. In eandem ſententiam H. Mutius de Germania lib. 20. in
princ. Poſt devictum inquit, Ottonē (anno Chri. 1214.) Fridericus ex Suevia ror-
ſum valida armatorum manu deſcendit ad Moſellanos. Et Treverenſes in fidem

accepit,

A accepit, & omnia oppida & arces in illis regionibus ad deditionem auctoritate nominis tantum coacta, in ſua iurare verba compulit. Vertit deinde ſigna in Lotharingiam,& Metenſes, Leodienſes, omneſque iurare ſibi coëgit. Manifeſtò igitur apparet Theodericum Archiepiſcopum Treverenſem Friderico Regi priuſquam coronaretur Aquiſgrani, adhæſiſſe iuraſſeque fidelitatem conventu celebri apud Moguntiacum: at Treverorum Auguſtam biennio ferè pòſt coronato Friderico ſubditam ſacramentumq; dixiſſe, nec in Theoderici Pontificis ſui poteſtate,ſed Regalem ſeu Imperialem urbem fuiſſe. Reichardus quoque VVaſſenburg in antiquit. Gall. Belg. Fridericum Regem in civitatibus Imperii nominatimq; Treveris tandem receptum perhibet. Agrippinenſes etiam Theodericus Treverorum Archimyſta Chri anno 1215. ad ſubjectionem eius induxit ut teB ſtatur Nauclerus, & prima die menſis Auguſti inquit, Fridericus Rex civitatem Colonienſem ingreſſus à civibus honorificè ſuſceptus eſt homagium ſubjectionis & fidelitatis juxta conſuetudinem illi jurantibus.

Et in fide Friderici Imp. eiuſque filii Conradi Regis conſtanter deinde manſit Treveris: eoque Chriſti anno 1242. in Quadrageſima Conradus Cæſar acceſſit, nec diu pòſt diploma civibus huiuſmodi tradidit. Conradus Divi Auguſti Imperatoris Fr. filius, Dei gratia Romanorum in Regem electus, ſemper Auguſtus & hæres regni Ieruſalem. Tenore præſentium notum facimus univerſis. Quòd nos ad devota ſervitia quæ cives Treverenſes Domino & patri noſtro, nobis & Imperio præſtiterunt & frequenter poterunt exhibere, debitum reſpectum habentes, eoſdem cum perſonis & omnibus bonis ſuis ſub Imperii & noſtram protectionem recepimus ſpecialem: per obtentum gratiæ Domini & Genitoris noſtri" & noſtræ firmiter præcipientes, ne quis eos contra præſentis protectionis noſtræ" C tenorē auſu temerario moleſtare præſumat. Quod qui præſumpſerit, indignationem noſtram & Imperii ſe ſciat graviter incurſurum. Ad cuius protectionis robur pręſentes eis damus literas Sigillo noſtræ Celſitudinis communitas. Datum Hagnovv XIIII. Iulii, XV. Indict. Is eſt annus Chri. 1242. Secuta deinde ſunt perquam maligna Regni tempora: quapropter ab anno Chri. 1245. ſuperiùs dictum eſt interregnum annorum 28. computari uſque ad Rudolphum Cæſarem anno Chri. 1273. creatum; cuius virtute quies Imperii Germanici nonnihil reſtituta, Burgundia & Alſatia & Auſtria & Suevia & Boihemia pacata,& in Turingia propemodum ſexaginta prædonum arces captæ produntur. Nam ut Vrſpergenſis Abbas circa finem Chronici ſui & Ottonis 4. Imp. ætatem qua vixit teſtatur, barones & milites in Alemania plerumque ſolebant eſſe prædones. Durante inſuD per interregno regumque perpetuo ſchiſmate res imperii Germanici admodum dubiæ ſuſpicioſæque fuerunt: proinde paſſim munitionibus firmiores reddi urbes cœptæ, ſicuti de Treverorum etiam Auguſta conſtat. Anno itaque Chriſti 1247. quo pontificatum tenuit Arnoldus ab Iſenburg 88. archiepiſcopus vulgò creditus, ipſe præſul uti in illius rebus geſtis explicatū eſt, & myſtæ populuſque Treverenſis inuicē quadriennii tributum pacti ſunt: conventa tabulis inſcripta his verbis. Communicato conſilio & aſſenſu venerabilis patris & Domini noſtri Archiepiſcopi, Capituli & Vniverſitatis pro neceſſitate ciuitatis Treverenſis ſtatutum eſt ut ſubſcripta perſolvantur ad firmitatem civitatis &c. Plenius iſtud antea relatum eſt in Arnoldi epiſcopi rebus geſtis, quamobrem nihil attinet denuo commemorare. Reperitur autem ſeorſim annotatum, milites de Ponte quæ fuit nobilis & præpotens familia, proximeq; ad urbem etiamnum extantes antiquiſſimas turres, Romanorum olim Imperatorum opera, quanquam poſterioribus ſeculis rudiori arte haud parum immutata deformataq; novis munimentis,

Docum. civit. Nu ...

Digitized by Google

inſedit, virgines & puellas urbis rapere conſueviſſe: quamobrem potiſſimum A exadverſo illarũ arcium porta turriſque tum erecta eſt quæ dicitur Invidiæ, quæq; tametſi hac memoria clauſa ſtet, cum neceſſitas ingruit aperiri poteſt, rectaque ad iſtas turres compendio mittit, non tam ad alium uſum quàm eruptionibus apta ſi qua vis inde metuatur aut depellenda iſthic appareat. Arbitrium earum rerum non Archiepiſcopi, ſed civitatis potiſſimum fuiſſe, veluti quæ ſuæ poteſtatis & ad Imperium ſine medio ſpectans ſuæque tutelæ per interregnum ac dubias res ſtudioſa eſſet, ambigi nequit, præſertim cum annis amplius trecentis qui inſecuti ſunt, nec uſu illius portæ, nec clavibus quiſquam præter ipſos cives potitus ſit. Monumenta quoq; literarum de tam priſca memoria ſuperſunt indubitata, quæ populum Treverenſem interregni tempore bella cum finitimis dynaſtis uti liberam rempublicam nec pontificibus ſuis ullo pacto obnoxiam geſſiſſe liquidò comprobant. Quale eſt hoc ſcriptum Lutzenburgii Comitis: Gerhardus de Lutzenburg Dominus de Durburcht, univerſis præſentes literas viſuris notum facimus, quòd nos pro noſtris & pro nobis ſuper controverſia quæ vertitur inter nos ex una parte, & Cõmune civitatis Treverenſis ex altera, dictæ Communitati damus treugas firmas & ſtabiles uſq; ad proximã Purificationem beatæ Mariæ, ſine aliquo dolo: & hoc per literas noſtras patentes proteſtamur. Datum anno Domini M.CCLX. Sabbato ante feſtum beati Thomæ Apoſtoli. B

Docu. civ. Num 131.

Aliud. Nos Nicolaus & Ioannes fratres & Hugo cognatus noſter, milites, Advocati de Hunolſtein, univerſis præſentes literas inſpecturis volumus eſſe notum. Quòd cùm Henricus Comes de Spanheim quoſdã cives Treverenſes captivaſſet, quos adhuc detinet captivatos, & eodem die alii concives captivorum me Nicolaum Advocatum ſupradictum occaſione captivitatis huiuſmodi captivaſſent, captivitatis prædictorũ civium me & meos fuiſſe conſcios ſuſpicantes, & me in civitatem Treverenſem captivatum duxiſſent, tandem cùm cives captivatores mei repererint me & meos fuiſſe à captivitate huiuſmodi innocentes, & me abſolutum dimiſiſſent, ego Nicolaus, Ioannes & Hugo ſupradicti promiſimus & promittimus quòd captivitatem quam dicti cives contra me Nicolaum fecerunt, contra ipſos cives, civitatem eorum, vel aliquos ſeu aliquem de civitate nunquã vindicabimus, nec captivitatis ipſius prætextu dictis civibus nos & noſtri moleſtiam aliquam unquam inferemus. Renuntiantes pro nobis & noſtris expreſſè, omni dolo & fraude remotis, cuilibet vindictæ & ultioni propter prædictam captivitatem memoratis civibus in poſterum faciendis: & ad hæc inviolabiliter obſervanda per præſentes literas nos firmiter obligamus corporalibus noſtris interpoſitis juramentis. In cuius rei veritatem præſentes literas inde confectas venerabilium virorum Domini Simonis Maioris Præpoſiti & Archidiaconi Treveren. Domini Theoderici da Hagmhe, Domini Rudolphi de Ponte militum & mei Nicolai ſigillorum munimine civibus Treverenſibus tradidimus roboratas. Nos verò Ioannes & Hugo ſupradicti ſigilla propria non habentes prædictis ſigillis contenti ſumus. Præterea nos Maior præpoſitus, Theodericus de Hagmhe, Rudolphus de Ponte ſigilla noſtra ad petitionem dictorum Nicolai, Ioannis & Hugonis præſentibus literis duximus apponẽda. Datum Anno Domini M.CC.LX. ſeptimo, feria quarta ante ramos Palmarum.

Docu. civi. Num. 619.

Niſi tempus deeſſet proferri queant plura literarũ teſtimonia quibus interregno durante liberã rempub. fuiſſe Treverim judicio quoq; Rom. Pontificis appareat. Verùm ut de ætate Rudolphi Cæſaris & qui eũ ſecuti ſunt videatur, Boemũdum primũ conſtat archiepiſcopũ 90. anno Chr. 1289. Treverim ingreſſum ſumma cum gratulatione populariũ: qua de re mẽtio facta eſt abundè in epiſcoporũ catalogo.

Digitized by Google

A catalogo. Pontificatus eius anno tertio Cæſar Rudolphus obiit, & ſucceſſor illi⁹
Adolphus Boemundũ inſigni dono oppidi caſtriq; Cochme affecit, nec diu pòſt
ab Alberto primo Cæſare victus eſt. Per id tẽpus Boemundũ Archiepiſcopũ au-
ctoritate potẽtia maximè polluiſſe cõſtat: Treverorũ tamen Auguſtę imperium
ſeu dominationẽ nõ habuit, ſed ea civitas ſui juris ſubditaq; ſolis Cæſarib. fuit. Ar-
gumentũ in id præbent tabulæ vetuſtæ Gallica lingua cõſcriptæ hoc ſẽſu. Hẽric⁹
Comes Lutzẽburgi & Rupis, Marchio Arluni. publicè ſignificamus nos eas cõ- Docum. civ. Nu. 152
ventiones ac leges quas propinquus noſter Arnold⁹ Comes Loſſenſis noſtro no-
mine pepigit ſpopõditq; de diſcordia & cõtroverſiis noſtris quas cũ civitate Tre-
verenſi habemus, ſicuti confectis tabulis perſcriptæ ſunt ſervaturos eaſdẽq; ſerva-
re ex integro recipimus. Quòd quò certius firmiuſq; ſit, hiſce literis ſigillũ noſtrũ
appoſuimus. Datũ an. Domini 1298. Die Iovis ante feſtum D. Petri ad vincula.
B Boemundi Archiepiſcopi nullam hic habitam rationẽ, ſed res ſuas negotiaq; ci-
vitatis ſuo jure geſſiſſe cives evidenter apparet. Sicuti quoq; cùm ſequente anno
Chri. 1299. exeunte Boemundus mortẽ obiiſſet, eiq; mox à pontifice Rom. ſuffe-
ctus fuiſſet Ditherus à Naſſavv 91. archiepiſ. Adolphi Cæſaris ab Alberto primo
cæſi frater, populus Treverenſis expeditionem fecit in agrum Lutzenburgicum:
quã rem vetus ſcriptor geſtorũ Boemundi & æqualis illorũ temporũ hiſce ver-
bis prodidit. Cauſa diſſenſionis fuit. Comes ædificare cœpit quoddã caſtrum in Docu. civ. Num. 707.
quadã inſula fluminis Moſellæ juxta villã dictã Machra, ponens ibi thelonarios
& prædones qui indifferenter religioſos & peregrinos mercatores ac alios quoſ-
cunq; per alveum Moſellæ navigantes timore Dei poſtpoſito ſine miſericordia
ſpoliabant. Quam injuriam cives Treverenſes ſuſtinere diutius non valentes, in-
C choatum caſtrum & opus diabolicum in manu forti flamma & igni agreſſi ſunt,
nec lapidem ſuper lapidem, nec lignum ſuper ligno reliquerunt. &c. Manus au-
tem Treverorum ab effuſione ſanguinis inimicorum Dominus conſervavit in-
noxias, tamen curtes & villas & domos plurimas in Comitatu Lutzenburgenſi
potenter incendio devaſtarunt, & prædam multam abegerunt, captivoſq; plu-
res Treveris in vinculis detinebant. Hæc ille, cùm paulò antè narraſſet Henricum
Comitem Lutzenburgenſem infeſto exercitu Treverim petiiſſe anno Chri. 1300.
Eam rem ipſius etiam verbis referre conveniet. In vigilia inquit, beatæ Mariæ
Magdalenæ Henricus Comes Lutzenburgenſis cũ electa militia & ingenti mul-
titudine armatorum vallem Trevericam intravit, ſeductus in opinionem quòd
civitatem Treverim vi vel dolo poſſet ſubjugare. Caſtra fecit circa villam quæ V-
rium nuncupatur non longè à civitate ſitam, domos & turres incendẽs, cuncta
ſubvertens, fructus terræ conculcans & depaſcens, ligna fructifera & vineas ab-
D ſcindens. Populus verò Trevericus non exiens ad campale præliũ, tranſitus via-
rum ultra pontem potenter obſervabat. Comes autẽ quia ulteriùs procedere nõ
valebat, cum diebus aliquot ſtetiſſet in eodem loco retroceſſit, & juxta villam
Mertzelich flumen Moſellæ tranſuadavit, aliquibus de ſuis ſubmerſis. Ibidẽ ſe-
ceſſit juxta villã quæ Cuntz nominatur, omnia in circuitu depopulans & deva-
ſtans. Demũ appropinquans civitati caſtra ſua locavit in campo ſpacioſo juxta
S. Crucis villã: & iterũ in abſciſſiones arborũ & vinearũ crudeliter exarſit. Ipſam
villã S. Crucis & omnia torcularia in circuitu & in ripa Oleviæ juxta Montẽ No-
vum ſita incendio devaſtavit. Die autẽ duodecima adventus ſui, ſcilicet in die S.
Petri ad vincula, cũ ulteriùs progredi proponeret ad exterminationes innocen-
tũ, Dominus qui cũcta diſponit, ſanctorũ conculationẽ amplius nõ ferẽs, in ſe-
quẽtis noctis tenebris dũ mediũ ſilentiũ tenerent omnia. & nox in ſuo curſu me-
diũ iter haberet, ſuborta eſt in exercitu Comitis gravis diſſenſio. Oẽs repente rue-

runt in arma, & acriter præliantes mutuò ſe occiderunt. Non paucis proſtratis & A vulneratis territi & ſtupefacti ſtatim moverunt caſtra: terruerat enim eos Dominus &c. Deinde unuſquiſq; rediit ad propria, mente conſternata. Nuſquā tamen poſt ſe virtuoſæ militiæ veſtigia reliquerunt, niſi tantùm quòd cum arboribus, vineis & plantis ac rebus inſenſibilibus quotidianum certamen inierunt. Quid enim mali egerunt pauperes Chriſti, religioſi remoti & vicini, monachi & moniales, quorum victum & veſtitum abſtulit ſæva manus, bona eorum realiter invadendo & eleemoſynas eorum diſcerpendo quas Chriſti fideles quondā pro ſuorū vel ſuis delictis, religioſis pro Chriſti nomine humiliter obtulerunt. Cives Treverenſes hanc læſionem vix ſentiunt: ſed Chriſti pauperes & eccleſiaſtici viri flagella graviter pertulerunt &c. Et pòſt. Nam urbs vel gens Treverica non eſt adeò debilitata in viris & viribus, quòd ſe gratis permittat cuiuſquam calcaribus perurgeri &c. Memorat hanc Comitis Lutzenburgenſis expeditionem eodem B modo etiam Trittenhemius Hirſaug. Chron. Scriptor rerum Boemundi quem ea tempeſtate vixiſſe apparet, non longè poſt principium operis ſui, Hic inquit, lector attende quòd hæc civitas nunquā fuit tributaria, licet quandoq; bellis attrita extiterit: ſed permanſit ſemper libera, & eſt uſq; in hodiernū diē. Deinde priſca origine nobilitatē regionis univerſam ex ipſa urbe editā ait, eamq; poſt acceptas â Græcis, Hunis, VVandalis, Francis & Nordmannis clades inſtauraſſe credi. Quanquā verò jam tum ſua ætate à filiis ſuis impeteretur, qui inquit eā moleſtāt ac nituntur impiè exquiſitis fraudibus undique ſuffocare, urbs tamen inſignis & mater animoſa effuſum viperarū virus pluries experta, filiorum furias imo manifeſtè hoſtium injurias cautè diſſimulans, ſtat abundans divitiis & deliciis nobili præcincta clamide tanquam in medio nationis perverſæ, patronis infinitis ſuffulta glorioſis, ſub cuius alis & pallio hi ſancti pugiles & bellatores inclyti pau C ſare elegerunt uſq; ad conſummationē ſeculi, qui hanc urbem nocte dieq; munimine jugi deſerunt, ac in cōſpectu Domini pro eius ſalute ſine intermiſſione precantur. Hæc ille, ſui ſeculi teſtis peridoneus atq; locupletiſſimus, nimirū circiter Ditherum 9i. archiepiſcopum Trever. & Cæſarem Albertum primum. Ditherum hunc Trittenhemius Hirſaug. Chron. bellicoſum hominem & inquietū ſemperq; contrarium fuiſſe Alberto Cæſari, fœdus etiam anno Chri. 1302. maximum cum Moguntino & Colonienſe pontifice Rudolphoq; Comite Palatino Rheni & quibuſdam aliis principibus contraxiſſe dicit, cuius cauſa tandē à Cæſare bello petitus ſubactuſq; ſit: inſuper circa Chri. annum 1105. ingenti apparatu obſediſſe cepiſſeque urbem Confluentiam. Porro Ditheri huius tempore nō ſolum Comes Lutzenburgius infeſto exercitu ſicuti commemoratū eſt, Auguſtam Treverorū obſedit, maximiſque damnis monaſteria præſertim & ſacrificos D & ordinis cuiuſque devotos affecit, verumetiam pacem deinde, nec diu pòſt æ-

Docu. de. 130

ternum fœdus cum civitate iniit hac ſententia Gallico idiomate perſcriptū. Henricus Comes Lutzenburgi & Rupis, Marchio Arluni, & Magiſter Scabinorum, Scabini, Conſules, Senatus totuſq; populus Auguſtæ Treverorum fœdus pepigere hiſce legibus. Comes factus eſt civis urbis Treverenſis, eiq; ac populo eius fidelitatem atq; benevolentiam addixit uti civem decet. Ipſos cives Treverenſes & quicquid ad eā civitatem pertineat, vitā eorum ac fortunas in ſuam fidē atq; tutelam ſuſcepit ſine periculo fluminibus terraq; tota ipſius ditione cōmeaturos, quò mercimonia facultateſq; ſuas in urbē Treverim & ex ea ſecurè ſub illius protectione præter ullū impedimentū eius ſubditorumve ſuorū ducere queant: nec onera inde nova exigere fas ſit. Quòd ſi externus ipſos cives dāno injuriave quavis afficiat, opem eis ſuam & defenſionem Comes bona fide haud aliter ac ſuis civibus

A [illegible] Lutzenburgicis præbere teneatur neq; in dicta faida, ſeu abſq; bello manifeſto [illegible] eius ſubditi per vim vel iniuriam adverſus Treverenſes cõmittant, ipſe [illegible] Neminem intra ſuæ ditionis fines feret admittere [illegible] Treverenſes [illegible] bellove petere cogitet. Nomina vetera cæteræq; controverſiæ [illegible] eius cum Treverenſibus uti expediantur finianturque bona fide [illegible] quæ deinceps crederentur, ad eorũ juſtam ſolutionem [illegible] Vbi populus Treverenſis ad cuſtodiam & defenſionẽ civitatis præſidio indigeat, Comes quinquaginta cataphractos ſumptu civitatis exinde [illegible] mittet adverſus quemvis, præter Regem Germaniæ Pontificemq; Treverenſem. Quod ſi is Pontifex bellum cum ipſo Comite haberet, Treverenſes intra ſuam [illegible] leucam ſeu territorij ſui fines Pontifici opẽ ferant, & ſi Pontifex adverſus populum Treverenſem bellum gereret, tum

B Comes ut Pontifici intra civitatis territoriũ auxilio 40. cataphractorũ adeſſe queat exceptum eſt [illegible] non fore, quamdiu iſte Pontifex qui tum erat, Treverorum Archiepiſcopatum obtineret. Porro fas haud futurum Comitem adverſus populum Treverenſem, vel Treverenſes adverſus Comitem Pontifici opem præbere extra urbis ipſius [illegible] milliare ſeu territoriũ. Si opus ſit ipſe Comes [illegible] Treveros venire, vel Conſiliarios ſuos mittere debeat [illegible] eius cauſa degant. Pacẽ etiã inter Comitẽ & civitatẽ [illegible] tabulis conſcriptã [illegible] fore cautum eſt. Decedente Comite fœdus iſtud & jus civitatis Treverenſis hæredes eius Lutzenburgi Comites intra [illegible] annũ ineant niſi minores ætate ſint, atq; interim vicibus eorum tutores [illegible] Quod niſi fiat nec populum Treverenſem hiſce conventis [illegible] placuit. Magiſter Scabinorũ, Scabini, Conſules, Senatus populuſq;

C Treverenſis eam ob cauſam [illegible] Comitis quod civis factus eſſet fœderiſque ſupra comprehenſas leges ſervare recepiſſet, domum illi in Auguſta Treverorũ quæ ad Aquilam vocatur donarunt, inſuper trecentas libras æris ſeu denariorũ Treverenſium quotannis ipſi & hæredibus eius Lutzenburgi Comitibus in perpetuum pendere addixerunt. Mercatum juſtum omnium rerum neceſſariarum in civitate Treveri Comes habeat. Pactis ſi non ſtet, neq; domo nec annua penſione [illegible] Cæterum ubi ipſe vel hæredes eius denuo ad fidẽ conventorũ redire velint, civitas quoq; deinceps & domũ & pecuniã præbeat. Vtrinq; hæc æterna fore ſinceriter bonaq; fide promiſſum eſt, & appenſis ſigillis confirmatũ. Anno gratiæ M CCCII die Lunæ poſt mediã quadrageſimam, menſe Aprili.

[illegible] igitur Alberti primi Cæſaris & Ditheri Archiepiſcopi temporibus Au-

D guſtam Treverorum uti liberam, Regalem ſeu Imperialem civitatem ſuæ poteſtatis nec Dithero Archiepiſcopo ſubditam fuiſſe, ſuo jure res ſuas adminiſtraſſe, ſua bella geſſiſſe, fœdera pro arbitrio contraxiſſe: quod ne cum externis ſolum ſine ſcitu Pontificis [illegible] videatur, exemplum literarum ſubiiciendũ eſt quibus ipſe Ditherus Pontifex ſeſe cum populo Treverenſe uti libera republica devinxit. Frater Ditherus Dei gratia ſanctæ Treveren. eccleſiæ Archiepiſ. Nec non Scabini, Conſules, totaq; communitas civitatis Treverenſis univerſis ad quos præſentes pervenerint, ſalutem, ad notitiam veritatis. Noveritis quod nos ſimul [illegible] inter nos habenda & [illegible], mediante conſilio maturo concordavimus modis, pactis & conditionibus infra ſcriptis. Inprimis videlicet quod nos Scabini, Conſules totaque cõmunitas civitatis ſupradictæ [illegible] [illegible] Dominum noſtrum D. Ditherum archiepiſcopum Trever. [illegible] biq; in archiepiſcopatu Trever. [illegible] cum [illegible] armatis hominum, contra quoſcunque [illegible] aut eccleſiæ Trever. aut Archiepiſcopatui iniuriantes &

tes & juſtitiã facere denegantes, quindecim tamen diebus continuis, cõputandis A
à tẽpore quo dicti trecenti ſimul exierint ſic parati noſtris propriis ſumptibus &
expenſis. Quibus quindecim dieb. elapſis ſi dictus Dominus noſter Archiepiſco-
pus noſtri indigebit ulteriùs, & extunc expenſas nobis remanere debentibus nu-
mero trecentorũ prędicto ſicut aliis in exercitu ſeu expeditione exiſtentibus mi-
niſtrabit. Sic tamen quòd dictus Dominus noſter Dominus D. Archiepiſcop⁹ per
ſuas patẽtes literas vocare teneatur nos, & ſuo exercitui & expeditioni perſonali-
ter intereſſe. Vice verſa, nos prędictus frater Ditherus Archiep. Trev. dictos Scabi-
nos, Cõſules atq; cõmunitatẽ civitatis Trev. noſtræ prędictæ cũ toto noſtro poſſe
requiſiti patentibus literis eorundẽ contra quoſcunq; dictæ civitati Trev. injuriã-
tes ac ab ea jus recipere denegantes, & ſpecialiter cõtra Richardum Dominũ de
Duna & Ioannẽ dictũ Praudom & eorũ quoſcunq; adjutores juvabimus noſtris
ſumptibus & expenſis, apertis ſibi archiepiſcopatus noſtri Treverenſis caſtris & B
munitionibus quibuslibet, quotiens eis neceſſe fuerit. Et tunc guerra vel guerris
à dicta civitate noſtra Treverenſi incepta aut inceptis vel incipiendis infra termi-
num ſubſcriptũ, poterunt dicti Scabini, Conſules & Cõmunitas ſe juvare & guer-
rã occurrentẽ ducere ſine hominum numeri determinatione, hominibus ſolum
noſtris in dictis caſtris & munitionibus exiſtẽtibus expenſis noſtris & ſumptibus
ſuſtentandis. Item de guerris cœptis aut incipiendis infra ſubſcriptum terminum
à dictis Scabinis Conſulibus & cõmunitate civitatis noſtræ prædictæ, vel etiã à no
bis archiepiſcopo prædicto, nos idẽ archiepiſcopus non poterimus pacẽ aut treu-
gas facere niſi dictis Scabinis, Conſulibus ac cõmunitate civitatis Treverenſis in-
cluſis: nec ipſi poterunt de ſuis guerris pacẽ aut treugas facere, niſi nobis & noſtris
coadjutoribus hincinde incluſis: Item prædicta ordinatio, pacta & unio perdura
bunt inter nos Archiepiſcopũ, Scabinos, Conſules atq; cõmunitatem prædictos C
hinc ad bienniũ: hoc ſalvo, quòd ſi guerræ vel guerra nunc cœptæ vel cœpta aut
etiam incipienda tẽpore dicti biennii infra ipſum biennium non fuerint extinctæ
ſeu concordatæ cum affectu, ex tunc tamen poſt dictum biennium lapſum non
poterit de iiſdem pax aut treuga fieri, niſi nobis atq; Scabinis, Conſulibus atque
communitate prædicta, nec nõ noſtris hincinde coadjutoribus incluſis ſicut ſu-
prà. Et quidem ſi nos Archiepiſcopus prædictus; Caſtrum dictum Schvvartzen-
berg reædificare decreverimus, ex nunc acceptamus & volumus ut prædicti Sca-
bini, Conſules & cõmunitas nobis ad aliquod ſuffragium quo ad hoc non tene-
antur. Hanc autẽ unionẽ, ordinatione, pacta & alia modis quibus ſupra jacent,
nos frater Ditherus Dei gratia Archiepiſcopus prædictus pro nobis, nec non nos
Scabini, Conſules, totaq; communitas civitatis eiuſdem pro nobis ſimiliter pro-
mittimus bona fide hincinde inviolabiliter obſervare & in nullo contravenire. D
Appendentes nos Archiepiſcopus prædictus pro nobis ſigillum noſtrum, & nos
Scabini, Conſules totaq; communitas civitatis prædictæ ſigillum eiuſdẽ noſtræ
civitatis pro nobis his præſentibus in præmiſſorum omnium teſtimonium & evi
dentiam pleniorẽ. Datum & actum anno Domini M.CCC. quarto, feria quarta
poſt feſtum decollat. Beati Ioannis Baptiſtæ, prçſentibus honorab. viris & diſcre-
tis Dominis Iſenbardo theſaurario Eccleſiæ Treverenſis & NN. multis aliis teſti-
bus. Ea conventione quid juris in Auguſtam Treverorum Ditherus Archiepiſ-
copus habuerit, abundè proditur: nam libera civitas ſuæq; poteſtatis & haud-
quaquã pontificis arbitrio ſubjecta fuit: bellum etiam cum Reichardo Domino
Tom. cit. 408. de Duna & Ioanne Prudom de quo tabulis iſtis mentio fit, ipſa brevi pòſt cõpo-
ſuit, quemadmodum literis huiuſmodi cõprehenſum eſt Nos Scabini, Conſules
totaq; communitas civitatis Treverenſis ad univerſorum notitiã volumus per-
venire,

A venire, quòd ſuper omnibus diſcordiis & controverſiis hucuſq; motis & habitis inter nos & noſtros adiutores ex parte vna, & Dominum Reichardum Dominum de Duna & ſuos coadiutores ex altera, pacificatum eſt & ordinatum per Nobiles viros Dominos Lutzelnburgenſẽ & Iuliacenſem Comites in modũ qui ſequitur: Videlicet quòd dictus Dominus Richardus omnes con cires noſtros & captiuos quos ipſe vel ſui coadiutores captiuarũt, ſeu ad huc detinent captiuatos liberos reſtituet & abſolutos, mediantibus expenſis per ipſos factis in dicta captiuitate, taxandis & ordinandis per Dominos Comites ſupradictos: adiecto quòd ſi quam exactionem dictus Dominus Reichardus vel alter nomine ſuo ab aliquo noſtrorum conciuium captivatorum recepit, quòd illam ſibi retinebit. Si autem aliqua exactio adhuc dicto Domino Reichardo a dictis captiuis reſtat ſoluenda, B ab illa noſtri conciues quiti ſunt penitus & abſoluti. Item cũ Ioannes dictus Prudom fuerit coadiutor dicti Domini Reichardi, nos ipſum Ioannem propter eiuſmodi adjutorium non moleſtabimus aut gravabimus quoquo modo: ita tamẽ quòd idẽ Ioannes Prudom ſuper omnibus actionibus inter nos eum habitis vel habendis, nos & ipſe Ioannes a nobis aſſecuratus ſtabimus juri & ſententiis Scabinorum dictæ noſtræ civitatis: & per hoc non Stephanũ & Ordulphum nec non famulos Arnoldi de Pittingen quos captivos detinemus, à dicta captivitate emittemus abſolutos, ita quod promittent quòd occaſione huius captivitatis contra nos ſeu civitatẽ noſtram nihil mali attentabunt & uruhedam facient prout eſt conſuetũ. Et proptrer præmiſſas pacem & ordinationẽ præfato Domino Reichardo dare & præſentare in Epternacho promittimus 2000. librarum parvorum turonen. nigrorum ſeu valorẽ eorundem, terminis &c. pro qua pecuniæ ſumma C dictis terminis perſolvenda eidem Domino Reichardo conſtituimus fidejuſſores nobiles viros Dominum Henricum de Lutzelnburg, Dominum Rubertum de Virnenberg, Dominum Henricum de Nevvenar Comites, nec non Dominum VVilhelmum de Manderſcheidt, Iohannem de Berperg, &c. alioſq; N N. XII. milites, Domicellum VValramum de Lutzenburg, Tomam de ſeptẽ fontibus & Iacobum de Duidlindorp armigeros, quemlibet eorũ in ſolidum obligatum. Qui fidejuſſores ſi nos in ſolutione dictæ pecuniæ defecerimus, moniti ex parte dicti Domini Richardi Epternachum intrahunt &c. priſionẽ obſervaturi ſecundum conſuetudinem prædictæ noſtræ civitatis. Et non fidejuſſores prænominati onus fidejuſſionis huiuſmodi in nos ſuſcipimus &c. In quorum præmiſſorum teſtimonium nos Scabini, Conſules & communitas ſigillum civitatis noſtræ, & nos Comites & Milites prædicti ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda, D Nos verò armigeri prædicti quia propria ſigilla nõ habemus, ſigillo Domini noſtri Comitis Lutzelnburgen. unà cum ipſo utimur in hac parte. Actum in Munſter Meinfeldt & Datum Anno Domini M.CCCIIII. in craſtino S. Dionyſii.

Rurſus igitur ex iis tabulis evidenter apparet exiſtimatione quatuor Comitum, quatuor decim militum ac trium armigerorum qui circa Treverim habitarunt, eam urbẽ liberam tum ſuæq; poteſtatis, nec Archiepiſcopo Dithero ſubditã fuiſſe: quod inſuper alio documento cõſtat, nimirũ fœdere cum Comite Spanheimenſe pacto ac his literis perſcripto. Notum ſit univerſis præſens ſcriptũ intuentibus. Quòd nos Ioannes Comes de Spanheim Dominus de Starckenberg, Noſque Magiſter Scabinorum, Scabini, Conſules totaq; communitas civitatis Trever. pro bono communi & utilitate noſtra fœdus inivimus in hunc modum videlicet. Quòd nos Comes præfatus effecti ſumus civis civitatis Trever. prædictæ, & haberi volumus ex nunc pro cive eiuſdem civitatis, promittentes eidem civitati & ipſis civibus fidelitatem tenere prout verus civis facere tenetur: ipſoſque Docu. ci. Num. 10

cives

cives, corũ familia & bona ipſorum, eundo, veniendo & tranſvehendo tam per A
aquam, quàm per terrã per totum noſtrum diſtrictum recipimus in noſtrã cuſtodiam & conductum. Et ſi contingeret quòd aliquis foraneus nobis non ſubjectus ipſos cives vel eorum bona ubicunq; eſſet invaderet vel caperet, nos eos bona fide requirere promittimus & tenemus. Item ſi aliquis nobis ſubjectus violentiam aut injuriam inferret dictis civibus aut alicui eorundem, illam injuriam & violentiam deponere tenebimur & mercedem procurare fieri condignam. Nec debemus in diſtrictu terrę noſtræ nec in noſtra poteſtate aliquos homines vel aliquem receptare qui ipſos cives aut civitatẽ Treverenſem aut eorum bona invadere voluerint aut ipſis nocere quoquomodo. Præterea quandocunq; & quotieſcunq; civitas Treverenſis & cives ibidem indiguerint nobis & noſtro auxilio, nos in propria perſona nobis viceſimo quinto cum armis decenter ad civitatẽ Treverenſem veniemus, eundo ad ipſos noſtris periculo, ſumptibus & expenſis, & eos B
juvabimus totis viribus noſtris contra omnes, ipſorum tamen damnis, ſumptib⁹ & expenſis quamdiu fuerimus cum iiſdem, & quouſque ad noſtam terrã ſeu diſtrictum revertemur. Item quandocunq; ipſi cives nobis vel noſtro conſilio indiguerint, civitatem Treverenſem intrare, vel noſtros Conſules deſtinare debemus. Et quàm citò civitatem intraverimus, non vel noſtri conſules in expenſis erimus civitatis quamdiu voluerint nos manere in negotiis eorundẽ: Sereniſſimo Domino noſtro Rege Romanorum, Archiepiſcopo Treverenſe & viris illuſtribus de Lutzenburg & de Veldentia Comitibus duntaxat exceptis. Et eſt ſciendum quòd noſtri ſucceſſores maſculi Domini de Starckenberg poſt noſtrum obitum effici debent cives Treverenſes infra annum a tempore noſtri obitus, & tenebuntur ſucceſſive dictæ civitati & civibus eadem fidelitate ſervare & tenere omnes & ſingulas conventiones antedictas. Quòd niſi hoc fecerint, ipſa civitas & dicti cives C
omnino liberati eſſent à pactis & conventionibus in quibus per hoc ſcriptum nobis ſunt obligati. Nos autem Magiſter Scabinorum & Saabini, Conſules totaque communitas civitatis Trever. pro præmiſſis quæ nobis dictus Dominus Comes pro ſe ſuiſq; ſucceſſoribus facere & obſervare promiſit, promittimus eidem Domino Comiti dare & ſolvere mille libras Trever. denariorum &c. vel uſque ad eorum ſolutionem annis ſingulis centũ libras &c. pro quibus mille libris dictus Comes aut ſui ſucceſſores Domini de Starckenberg tenebitur ſeu tenebũtur
bona allodialia comparare viciniora quam poterunt civitati Treverenſi &c aut de bonis ſuis allodialibus etiam vicinioribus eidem civitati tantundẽ aſſignare: de quibus bonis ipſe & ſucceſſores ſui Domini de Starckenberg cives Treverenſes perpetui fient & erunt. Et ſi in ſolutione dictarum centum librarum defecerim⁹, Comes eas poſſit ſub uſuris recipere, & poſt duos mẽſes pignori capere bona D
civium &c. Inſuper nos Ioannes Comes prædictus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus Dominis de Starckenberg volumus & conſentimus ex nunc, quòd ſi prædictas conventiones vel aliquas earundẽ non ſervaremus, quòd non intendimus, quòd dicta civitas Trever. ad præſtationem dictarum centum librarum ſeu redemptionẽ pro ipſis mille libris faciendã nobis minimè teneatur, & reſcriptum dicta civitas & cives habeant ad illa bona quæ pro dictis mille libris forent comparata ſeu aſſignata, nec de iis bonis nos in rebellione exiſtentes contra ipſam civitatem juvare poſſemus & ipſos clamare immunes. Hoc tamẽ ſalvo quod poſtquam ad cor reverſi conventiones ipſas reintegrare vellemus, & reverti ad auxilium dictæ civitatis, quòd ad præſtationem dictarum centum librarum ſi foret facienda, aut ad bona quæ de pecunia dictæ civitatis forent cõparata aut aſſignata, nos & ſucceſſores noſtri Domini de Starckenberg redire ut priùs poſſemus.

refuſis

A refuſis tamen dictæ civitati damnis ſuis &c. In quorum teſtimonium nos Iohan-
nes Comes ſigillum noſtrum, noſq; Magiſter Scabinorum, Scabini, Conſules &
tota Cõmunitas civitatis Treverenſis prænominati eiuſdem noſtræ civitatis &
noſtri Conſilii Sigilla apponenda duximus huic ſcripto. Datum anno Domini
M.CCC. quinto, in octavis feſti Sancti Martini epiſcopi. Sunt hæc Cæſaris Al-
berti primi tempora quibus Auguſtam Treverorum ſuo Pontifici Dithero in-
quieto alioquin & bellicoſo homini, quiq; non ſolum Confluentinenſes vi do-
muit, verumetiam Cæſari Alberto ſemper aduerſatus eſt, haudquaquam paruiſ- ,,
ſe, ſed Regalem & liberam civitatem ſuæque poteſtatis fuiſſe jam pluribus mo- ,,
numentis conſtat. Succeſſor Alberti fuit ipſe Lutzenburgius Comes Henricus 7.
Cæſar, Auguſtæ Treverorum civis, patronus, & fœdere uti prius relatũ eſt con-
junctus. Eum ſcribit Albertus Argentinenſis in ſuo chronico, ac paſſim alii cõ-
B veniunt, fidelitatem & homagia Dominorum & civitatum accepiſſe priuſquam
in Italiam proficiſceretur, duxiſſeq; ſecum in eam expeditionem ſuum fratrem
Baldevvinum Archiepiſcopum Treverenſem & quaſi totius Alemanniæ ſtipen-
diarios civitatum. Auctor vetus qui Baldevvini 92. archimyſtæ res geſtas memo-
riæ prodidit, æqualis illorum temporum, lib. 2. cap. 3. & 4. perhibet Henricum
Cæſarem anno 1309. menſe Februario civitatem Treverim amicabiliter viſitaſſe,
nundinarum etiam libertate inſtar Francofurtenſium quum iis expirant, peten-
te Baldevvino fratre cohoneſtaſſe: quam inquit nundinarum libertatem ſaltẽ
Treverenſes circumquaq; proximam per leucam ut dicitur eis bannicam, obſer-
vare & defendere recuſarunt; unde talis benevola impetratio fruſtrata eſt. Ar-
gumenta porrò hæc ſunt liberæ Cæſareæq; ſeu Regalis urbis. Nam cùm ante an ''
nos ſex idem Ceſar uti patronus & civis fide data talem eam cenſuiſſet, quin iam ''
C Cæſerea Majeſtate auctus uti à libera ſuaque civitate fidelitatem & ſtipendiarios ''
ad expeditionem Italicam acceperit, ambigere abs re foret. Pontificem quoque
Baldevvinum qui biennio antè Dithero ſucceſſerat, eius dominatione haud po-
titum recuſata nundinarum tutela ſaltem per territorium civitatis ſeu bannicũ
milliare, ſatis indicat. Quàm fuerit illa tempeſtate urbs populo frequens, inde
æſtimare licet quòd Eiſengrinius Spirenſibus Chronicis annotat anno Chri. 1313.
quo Imp. Henricus 7. exceſſit, peſteq; gravi laboratum eſt paſſim in Germania,
Treveris hominum millia tredecim interiiſſe. Succeſſit Imp. Henrico 7. Ludovi-
cus 4. Cæſar, cui Baldevvinus Treverorum Pontifex adverſus Fridericũ Auſtria-
cum alterum Cæſarẽ maximopere ſtuduit, nec gratis: ſiquidem maximis & inu-
ſitatis à Ludovico privilegiis doniſq; cumulatus eſt, etſi poſtremò ab eo defece-
rit, & inſigni ingratitudine ſumma eius beneficia penſarit, uti in actis Baldevvini
D ſuperius refertur. Quanquam autem voluntate & indulgentia præcipua Ludo-
vici Auguſti Baldevvinus præpotens evaſerit, primusq; pontificum diœceſis ſuæ
oppida, caſtra, pagos, villas, quorum domini vel præſides rerum civilium paula-
tim ad eam uſq; memoriam Treverenſes archiepiſcopi facti erant, veluti in for-
mam provinciæ contrahere ſategerit, & ut Abbas Trittenh. Hirſaug. Chron. te-
ſtatur, Eccleſiam ſuam multis divitiis & honoribus ſupra omnes prædeceſſores
ſuos magnificè ampliaverit, qua de re vetus ſcriptor eius, eccleſiæ ſuæ reditus in-
quit, ultrà quod invenit ferè duplicavit, territoria & homagia multipliciter am-
pliavit &c. Treverorum tamen Auguſtæ dominatu aut imperio non eſt potitus:
uti neque res ab eo geſtæ perquã accurratè tribus voluminibus eodẽ ſeculo per-
ſcriptæ, nec alia temporis illius monumenta produnt. Enimuero civitatem Tre-
verim ſub imperio Ludovici quarti Auguſti libertatem priſtinam poteſtatemq;
ſui, ac rerum ſuarum adminiſtrationem ſuo jure veluti alias Imperii ac Regales

Digitized by Google

urbes obtinuiſſe monumentis literarũ quæ ſuperſunt etiamnũ plurimis liquet. A
Docu. civ. Num. 10 12.14 16. Vt pauca citentur, Ioannem Boihemiæ regẽ Imp. Henrici 7. filium, Lutzenbur-
gi Comitem, jus civitatis Treverenſis & fœdus paternum cum ea iniiſſe multis ta-
Docu. civ. Num. 410. 411. bulis conſtat. Ioannes quoq; Comes de Spanheim in fœdere populi Treverenſis
Docu. civ. Num. 281. ſtetit, quod ipſius apochæ Chriſti anno 1318 & 320. datæ teſtantur. De anno ſe-
quente ſupereſt huiuſmodi ſcriptum. Nos Ioannes de Sirckes PP. Eccleſiæ ſancti
Petri Trajectenſis inferioris, ad univerſorum notitiã volumus pervenire, quòd
tempore quo nos Emodum armigerum in civitate Treverenſi captivavimus,
non propoſueramus nec volebamus hoc facere in contumeliã vel offenſam di-
ctæ civitatis vel civium eiuſdem. Et quamprimum ſuper hoc ad memoriam re-
verſi, nos hucuſq; pœnituit & pœnitet feciſſe. Verumetiam quia cives dictæ civi-
tatis noſtris & amicorum noſtrorum precibus inclinati, huiuſmodi contumeli-
am & offenſam nobis & noſtris in hac parte complicibus benevolè remiſerunt B
& perdonarunt, nos eis una vice quando neceſſe habuerint & à nobis requiſie-
rint, in juvamen venire & cum eis ire cum decẽ vel quindecim perſonis idoneis
in armis & cum equis, contra quemcunq;, Dominis conſanguineis & amicis no-
ſtris ſpecialibus ac nobis aſtrictis duntaxat exceptis, promiſimus & promittimus
per has litteras, noſtro & hon. viri Domini Ioſridi PP. Eccleſiæ Treverenſis ſigillis
Docu. civ. Num. 394. ſigillatas. Datũ anno domini M.CCCXXI. feria tertia poſt feſtum ſancti Brictii
epiſcopi. Aliæ tabulæ de proximo anno. Nos Ioannes permiſſione divina Abbas
totuſq; conventus monaſterii S. Martini, ac nos Magiſter Scabinorum, Scabini
& cives civitatis Treverenſis univerſis præſentes literas inſpecturis notum eſſe vo-
lumus, quòd ſuper materia quæſtionis ſeu diſcordiæ ſuborta & habita inter nos
Abbate & conventum ex parte una, noſq; Magiſtrum Scabinorum, Scabinos &
cives ex parte altera, de parte foſſati dictæ civitatis contigua dicto monaſterio & C
eius attinentiis, nec non rotunda porta ad eandem civitatem pertinente & per-
tinere debente ſita proximè ante portam eiuſdem civitatis quæ nuncupatur ſan-
cti Martini porta, verſus prædictum foſſatũ, ac ponte qui poſitus fuerat in dicta
parte foſſati. Nos partes prædictæ convenientes & tractantes tandẽ de bono pacis
& concordiæ, invicẽ concordavimus & ordinavimus in hunc modum, videlicet
Quòd nos Magiſter Scabinorum Scabini & cives prædicti indulſimus & conceſ-
ſimus indulgemus & concedimus per præſentes, quòd ipſi Abbas & conventus
intra partem inferiorem portæ rotundæ prædictæ verſus dictum monaſterium
& domunculam eidem portæ adjacentem, in medio meta ſeu demonſtratio fi-
at tranſdictum foſſatum ibidẽ uſq; ad olkam prædicti monaſterii: & quòd paſ-
cua partis foſſati prædicti ſint dictorum Abbatis & conventus, ita quòd nulla
plantatio arborum ſeu aliquod aliud ædificium fiat in eadem parte. Item quòd D
iidem Abbas & conventus dictum pontem per nos depoſitum ſeu deſtructum
reficere ſeu reædificare poſſint: & quod omni ſine dolo caveant ne per dictum
pontem eis & nobis ſeu dictæ noſtræ civitati aliqua damna fiant in futurum. Hoc
addito, ſi & quando neceſſe fuerit nobis aut noſtræ civitati, quòd ipſi Abbas &
Conventus ad noſtram requiſitionem aſſeres ſive diele ipſius pontis deponant &
neceſſitate ceſſante reponant. Ipſis etiam Abbati & Conventui à nobis indulto
& conceſſo, quòd ipſi portam rotundam prædictã firmare poterunt duabus ſe-
ris habentibus duas claves: quarum unam habebunt ipſi Abbas & conventus, &
nos aliã ſub hoc modo. Quandocunq; dicti Abbas & conventus neceſſe habue-
rint introitum habere & exitum per eandem portam, quòd clavem noſtram re-
quirere teneatur à Centurione noſtræ civitatis qui pro tempore fuit, & eam ipſe
eiſdem Abbati & conventui ad ſuas neceſſitates concedere teneatur: & quan-

docunque

Digitized by Google

A docunque nos per eandem portam exire & introire voluerimus, quòd præfati Abbas & conventus eorum clavem ad noſtram requiſitionem nobis tradere teneantur. Et eſt ſciendum, quod ſemper licitum erit nobis prædictum foſſatum in omni ſui parte meliorare prout nobis & dictæ noſtræ civitati viſum fuerit expedire. Hanc autem concordiam & ordinationem nos prædictæ partes hincinde laudamus & ratum & gratum habemus, & quòd extrà non veniemus arte vel ingenio directè vel indirectè aliqualiter in futurũ promittimus omni ſine dolo. In quorum præmiſſorum teſtimonium nos Abbas & Conventus ſigilla noſtra, noſq; Magiſter Scabinorum Scabini & cives prædicti ſigillum dictæ noſtræ civitatis præſentibus duximus apponendum. Actum & Datum Anno Domini MCCCXXII. feria 4. ante feſtum beatæ Agnetis.

Bella ſua peculiaria liberè geſſiſſe civitatem hac eadem memoria certum eſt:
B quo nomine plurimos finitimæ regionis viros nobiles ſtipendio afficere ac civitate donare ſolebat. Apographum literarũ ea de re cuiuſmodi tam priſcis ante Ludovicum 4. Imp. quàm poſterioribus ſeculis in uſu fuere, operæpretium eſt compendiò in exemplũ referre. Vniverſis præſentes literas inſpecturis, ego VVilicus dictus Landir, armiger, notum eſſe volo, quòd & c. civitatis Treverenſis civis ſum effectus: & quia cives Treverenſes me in eorum concivẽ receperunt, ipſis promiſi ac promitto per præſentes, fidelitatem obſervare tanquẽ eorum verus concivis. Promiſi etiam & eiſdem promitto per fidem & juramentum à me corporaliter præſtitum, ipſos cives & eorum civitatẽ juvare me tertio, videlicet cum duobus armigeris mecum in armis expertis, cum equis & platinis ac aliis armis decentibus armatis, quotieſcunque à dictis meis concivibus Trever. fuero requiſitus: contra quoſcunque, venerabili Domino Archiepiſcopo Treveren. Docum. div. Nr. 412.
C Domino Comite VVilhelmo de Katzenelenbogen & Domina Loreta Comitiſſa de Spanheim ac eius hæredibus Comitibus ibidẽ quorũ fidelis exiſto duntaxàt exceptis & etiã contra meos conſanguineos & amicos à prædictis meis concivibus Treverenſibus jus & iuſtitiã recipere non acceptantes ſeu recuſantes. Et ſi, quod Deus avertat, me debilem effici contingat & c. alium virum idoneum & fidedignũ loco mei deſtinare debeam cum dictis duobus famulis meis & c. Promiſi etiam quamcunq; neceſſitatem habuerint præfati mei concives, & ego ex parte Magiſtri Scabinorũ Trever. ſuper hoc fuero requiſitus, cõtra ſuos adverſarios receptare & tenere debebo in eorũ expẽſis eoſdẽ meos cõcives & eorũ coadjutores in parte mei caſtri de Lapide, præter contra meos comparticipantes & c. Propter præmiſſa prænominati mei concives Trev. mihi dare promiſerunt diebus quibus vixero ſingulis annis X libras Treverenſium denarior. & c. nec non centũ libras
D Turonenſium parvorum in prompta pecunia: quorũ LX. libras mihi perſolverunt, & quàm primùm ad eorũ requiſitionẽ ipſorũ adverſarios ſeu inimicos diffidavero, alias XL. libras mihi dare tenebuntur, talibus conditionibus & pactis & c. ſi ego in aliquo præmiſſorũ negligens eſſem vel remiſſus & c. quod tãdiu concives mei Trev. ad ſolutionẽ dictarũ decem librarũ redditũ minimè teneantur, & quod ego dictas centũ libras Turon. parvorũ eis reſtituere tenear. Si ego vel famuli mei invaſi fuerimus vel ſuſtinuerimus ſpoliũ vel incendiũ occaſione guerrarũ prædictæ civitatis, mei concives & eorum civitas ad ſolutionẽ dicti incendii vel ſpolii non teneantur & c. Si capti fuerimus & c. tunc infra annũ & diem poſt noſtrã captionem, & quamdiu excrediti & induciati fuerimus, aliquã exactionẽ ſolvere non debebimus pro noſtra liberatione: ſed poſtea nos ipſos liberare poterimus pro rationabili & convenienti exactione, ſolvenda per dictam civitatẽ Trever. Si contingat me & meos armigeros equos & arma perdere in ſervitio

ſeu adjutorio dictæ civitatis, iidem mei concives ad ſolutionem ſeu valorem A dictorum mediante veritate mihi teneantur &c. Quandocunq; ego cum duob' armigeris armatus in juvamine dictorum meorũ concivium ad eorum requiſitionẽ fuero in civitate Treverenſi vel extrà qualibet die in ſubſidium expenſarũ mihi dare debebunt XII. ſolidos Trever. denarior &c. In quorũ præmiſſorũ teſtimonium ſigillum prædicti venerabilis Domini mei Baldevvini Treverorum archiepiſcopi rogavi præſentibus apponi, unà cum ſigillo meo proprio appenſo.

Docu. civ. Nu. 412. 2. Nos verò Baldevvinus Dei gratia ſanctæ Trever. Eccleſiæ Archiepiſcopus prædictus ſigillum noſtrum ad preces VVirici fidelis noſtri prædicti his litteris mandavimus apponi in teſtimonium præmiſſor. Datum anno domini MCCCXXVII. ſecunda die menſis Aprilis. Transfixa apocha VVirici de centum libris Turon. ſibi à civibus Treverenſibus ut ſuprà plenarie ſolutis. Datũ eodem anno in octavis ſanctæ Trinitatis: unde conſtat eum civitatis hoſtes jam tum diffidaſſe. Bellũ B enim habuit eo tempore civitas, & præter veteres ſocios ſtipend ſibi quam plurimos alios adjunxit: unde tabulæ ſuperſunt cõplures eiuſdẽ formæ uti jam relatæ, nominatim

Docu. civi. Num. 414. Arnoldi de VViskirch militis, qui civis factus & fidelitatẽ obſervare populumq; Treverenſem & eius civitatẽ juvare promiſit unà cum quatuor armigeris & quinq; garcionibus, contra omnes, exceptis duntaxat Archiepiſcopo Treverenſe, nec non de Saraponte & Veldentia Comitibus. Dies etiam populi Treverenſis obſervare, id eſt patrocinium ſuum & conſilium civitati impertire quum requireretur recepit, annuo ſtipendio dum viveret librarum XX. æris Treverenſis: & quamprimùm civitatis inimicos diffidaret, CL. libras abs civitate recepturus. In quorum teſtimonium ſigillum ſuum iis literis duxit apponendum unà cum ſigillo illuſtris viri Domini Georgii Comitis Veldenciarum. Datum anno Domini MCCCXXVII. in craſtino annuntiationis Domini- C

Docu. civ. Num. 314. cæ Edita quoq; eſt ſyngrapha Thilmanni de Rodemacra Magiſtri Coquinæ Domini Archiepiſcopi Trever. quòd civis civitatis Treverenſis ſit effectus, & populo Treverenſi promiſerit fidelitatem, inſuper advocaturũ eius quum ſit opus in ipſa civitate vel circa infra duas vel tres leucas adfore ſuis ſumptibus. Quamobrẽ Magiſter Scabinorum Scabini & Conſules totaq; Communitas ipſi quotannis X. libras æris Trever. pendere receperunt, additis huiuſmodi verbis: Quòd ſi aliqua controverſia ſeu diſcordia ſuborta fuerit in futurum inter Reverendum in Chriſto patrem & Dominum Dominum Baldevvinum Archiepiſcopum Treverenſ. & Illuſtrem principem Dominum Iohannem Boihemiæ Regem Dominos meos ſeu alterum eorum ex parte una, ac dictam civitatem Trever. ex parte altera, ita quòd guerram manifeſtam contra ipſam civitatem habuerint potero renunciare ſi mihi placuerit dictæ civitati, & deſiſtere quamdiu mihi expedierit D ipſorum eſſe concivis. Nec debebit hoc mihi ad culpam quomodolibet imputari. In quorum præmiſſorum teſtimonium ſigillum mei Thilmanni prædicti præſentibus eſt appenſum unà cum ſigillo nobilis viri Domini Arnoldi de VViſkirche militis &c. Datum Anno Domini MCCCXXVII. in craſtino Beati Ioannis Baptiſtæ. Rurſum de clavibus portarum civitatis prolatæ ſunt huiuſmodi

Docu. civ. Num. 305. literæ. Nos frater Iohannes de Heilſinſtein Commendator, cæterique fratres ordinis Sancti Iohannis Ieroſolim. Domus Treverenſ. notum facimus univerſis præſentes literas inſpecturis, quòd ex ſpeciali gratia, amicitia & favore recognoſcimus nobis ab honeſtis viris & Dominis Magiſtro Scabinorum Scabinis & civibus Treverenſibus clavem ſpectantem ad eorum portam ſitam in muro civitatis Treverenſ. ex oppoſito Moſellæ, fore conceſſam; promittentes eandem clavem ad requiſitionem aut denuntiationem ſeu mandatum di-

dictorum

Digitized by Google

A ctorum Magiſtri Scabinorum & civium ipſis reddere & reſtituere, contradictione quacunque ceſſante: in dictis porta & clave nos nihil juris habere penitus recognoſcentes. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtri Conventus ſeu Domus noſtræ prædictæ præſentibus eſt appenſum. Datū anno Domini MCCCXXVIII. in die Sancti Kiliani. Apparet igitur arbitrium rerum ſuarum illa ætate civitatem ipſam habuiſſe: quòd etiam manifeſtius fit bello tum geſto, ſicuti multæ tabulæ de ſtipendiis in id conſtitutis indicant. Exempli cauſa. Nos Aegidius miles Dominus de Duna, notum facimus &c. quòd effecti ſumus civis Treverenſis, ipſiſque civibus & civitati corporale præſtitimus juramentum &c. & promittimus eiſdem aſtare & fidelitatem obſervare &c. ipſosq; & eorum civitatem juvare nobis decimo in armis, cum toracibus & equitaturis decentibus &c. contra omnes &c. exceptis Romanorum & Boihemiæ regibus ac Archiepiſcopo Treverenſi & Comite Iuliacenſe &c. nunc & aliàs, & maximè ad præſens contra Dominum Iohannem de Berge militem, & Iacobum de Moncler armigerum ſuoſq; fautores quoſcunque. Cætera de debilitate ſua, deque diebus ſeu placitis populi Treverenſis obſervandis, ut ſuprà. Promittimus etiam ipſos cives Trever. eorumque fautores & coadjutores receptare & tenere in caſtro noſtro de Duna & alibi in noſtro dominio contra eorum inimicos &c. Ea propter Magiſter Scabinorum, Scabini, Conſules, totaque Communitas civitatis Trever. nobis in pecunia prompta dederunt CCC. libras Turonenſium parvorum, & dare promiſerunt annis ſingulis quoad vixerimus XL. libras Turonenſium parvorum &c. De ſpolio, incendio ſeu caſtri noſtri reformatione occaſione guerræ ſuæ civitas minimè tenebitur &c. Et de actione ſi caperetur, deque damno equorum vel armorum ut in aliis formis. Deinde, Quotidiani ſubſidii nomine in juvamine civitas pro noſtra perſona XIIII. pro famulis noſtris IIII. ſolidos Turon. parvos dabit. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum unà cum ſigillis venerabilium virorum Dominorum videlicet Domini Ioſridi de Rodemacra Præpoſiti, & Domini Nicolai de Hunolſtein Cantoris Eccleſiæ Treveren. Datum anno Domini M.CCCXXIX. feria quinta poſt feſtum Epiphaniæ eiuſdem. Similibus literis anno eodem civitate donati & perpetuo ſtipendio affecti ſunt ob operam militarem quamplurimi, nominatim omnes hi armigeri: Cono de Manderſcheidt, Arnoldus de Maleberg, Conradus Hilling de Eſch. VVilhelmus Picht de Sarburg, Ioannes de Schvvartzenburg, advocatus & conſiliarius & receptator in ſua parte caſtri de Locquilre & Kaldenveltz ad lapidem, uti quoque Fridericus de Kellenbach advocatus inſuper & conſiliarius & receptator populi Treverenſis in ſua parte caſtri Kaldenveltz factus: quorum etiam Conradus Hilling ſicuti alii inter cæteros faciunt, Archiepiſcopum Treverenſem non excipit. Vbi deinde cum Ioanne de Berge milite atque Iacobo de Moncler armigero debellatum fuit, Iacobus huiuſcemodi tabulis civitati fidem ſuam aſtrinxit. Ego Iacobus Dominus de Moncler armiger notum facio, quòd deliberato conſilio cum amicis meis &c. effectus ſum civis Treverenſ. ipſiſque civibus & civitati præſtiti corporale juramentum, atque fide data promitto eiſdem aſtare, aſſiſtere & adhærere ac fidelitatem obſervare tanquam verus eorum concivis, ipſoſque & eorum civitatem juvare me decimoquinto in armis, cum toracibus & equitaturis decentibus &c. contra omnes &c. qui jus aut juſtitiam competentem à dicta civitate & eius civibus noluerint acceptare, exceptis tamen Dominis meis expreſsè, videlicet, Boihemiæ & Poloniæ rege, Archiepiſcopo Treverenſis & viris illuſtribus Duce Lotharingiæ & Comite Sarapontenſe. Sequitur de debilitate eius, deque diebus ſeu

Margin notes: B; C; D; Docu. civ. Num. 413. Docu. civil. Num. 415. 418 420. 421. 416 417. Docu civ. Nu. 422.

placitis civitatis obſervandis contra quoſcunque &c. Præterea promitto ipſos cives Treverenſ. eorumque fautores & coadjutores receptare & tenere Imme Ham, ſubtus caſtro meo de Moncler contra eorum inimicos &c. Ea propter Magiſter Scabinorum & Scabini, conſules totaq; communitas civitatis Treverenſ. mihi dare promiſerunt annis ſingulis quoad vixero XXX. libras Turon. parvorum &c. De ſpolio, incendio damnove quod occaſione guerrarum civitatis ipſi accidat, deque captivitate ſui ſuorumve famulorum & amiſſionem armorum vel equorum, item de quotidiano ſubſidio in juvamine, cautum ut in aliis formis. In cuius rei teſtimonium ſigilla Reverendi in Chriſto patris & Domini mei Domini Baldevvini Archiepiſcopi Treverenſis & nobilis viri Domini Ioannis Domini de Valckenſtein Sculteti Treverenſis præſentibus literis rogavi apponi unà cum ſigillo meo &c. Datum anno Domini M.CCCXXXIII. in craſtino ſanctorum Innocentium. Aliud documentum liberæ civitatis exhibet ex eadem memoria, quòd cum anno Chriſti 1337. per civitates Germaniæ paſſim Duce Armledero graſſatum fuiſſet adverſus Iudæos, quorum cauſa Treverenſes etiam cum Baldevvino Pontifice ſuo diſſidere cœperant, ſequente anno inter Pontificem & Burgimagiſtros, Scabinos populumque Treverenſem convenit, uti civitas quoad Baldevvinus viveret, Iudæos eius inſtar aliorum civium tueretur, præterquam contra ipſum Archiepiſcopum vel eius miniſtros, neve amplius quàm quinquaginta eorum familiæ in urbe eſſent, nec domus eorum aliter quàm parvo oſtiorum numero in publicum paterent: ipſi pro tutela ſuæ populo Treverenſi quotannis centum libras nigrorum Turonenſium penderent, quamdiu civitas defenſionem iis non neget renuntietque, nec Pontifex civitatem aliqua injuria conetur afficere: atque tunc ut primùm populum Treverenſem diffidarit, pacta hæc irrita fore. Præterea de protectione judicii civilis, & legibus ſi quas adverſus iſtud condidiſſet civitas, ne ratæ eſſent cautum eſt. Pontifex ſuam eccleſiæque ſuæ dominationem & jus, populus Treverenſis ſuam civitatisque libertatem & jus excepit. Datum anno Domini MCCC. XXXVIII.

Docu. civ. Num. 404

Docu. civ. Num. 398. Circa hæc tempora tam Inops & exhauſtum civitatis ærarium fuiſſe tabulis publicis comprehenſium reperitur ut Magiſter Scabinorum, Scabini, Conſules, Officiorum Magiſtri & tota communitas ex taliis civitatis Treverenſis vulgariter ungeldt nuncupatis, tributum eſt rerum venalium, Anno Chriſti MCCC. XLIII. penſiones annuas vendere atque in id obligare iſtum reipublicæ cenſum neceſſe habuerint. Sicuti & aliàs pro ære alieno ipſam Curiam Senatus ab eodē oppignoratam, & extremis difficultatibus publice laboratum conſtat. Redire tamen ſubinde Chriſto propitio meliores vices, uti quoque Ludovici 4. Cæſ. imperio contigit. Nam cùm diſſidio inter ipſum & Papam maximè flagrante circa Chriſti annum 1344. uti Aventinus Annal. Boiorum libr. 7. diſertè memorat, Imperator in Germania cives & equites concordiam inire, fœdus icere, pacem jurisjurandi religione, more majorum ſancire præcepiſſet, quemadmodum finitima regione circa Treverim factum eſt, tranquillior inde rerum ſtatus evenit, ceſſantibus prædonum latrociniis ac bellis & commerciorum facultate reſtituta. Senatus populuſque Treverenſis tum Lutzenburgico ſeſe fœderi conjunxit per legatos, quibus in id talem epiſtolam dedit. Nos Magiſter Scabinorum, Scabini ac tota Vniverſitas ſive Communitas civitatis Treverenſ. notum facimus, quòd cùm nos de Treugis quæ Landtfride nuncupantur, de novo prorogatis, ordinatis atq; factis prout in literis ſuper hoc confectis pleniùs continetur, eſſe velimus, ac de eiſdem gaudere deſideremus, quòd nos diſcretos vi-

Docu. civ. Num. 275.

A tos Dominos videlicet Ordolphum dictum Scholer Magiſtrum Scabinorum, & Iohannem dictum VVolff Scabinos Treverenſes ad præſtandum pro nobis & & noſtro nomine ac in animas noſtras juramentum in talibus præſtari conſuetum, noſtros conſtituimus procuratores & nuntios ſpeciales, nec non ad agendum & defendendum ac omnia faciendum quæ circa dictas treugas & ipſas contingentia ſeu etiam emergentia neceſſaria fuerint ſeu etiam opportuna Ratum habituri quicquid per ipſos circa præmiſſa dictum actum fuerit &c. Quod omnibus quorum intereſt &c & ſpecialiter Nobilibus viris Domino Friderico Comiti Sarvverdenſi ſuisque conſociis ſuper dictis Treugis conſervandis conſtitutis, ſub ſigillo noſtræ civitatis Treverenſis his literis appenſo volumus eſſe notum. Datum anno Domini MCCCXLIIII. feria 5. poſt diem beati Remigii. Antigraphum eſt ſub ſigillo publicæ pacis Lutzenburgicæ. Datum eodem anno, die B 10. Octobris. Hactenus igitur imperante Ludovico 4. Aug. Treverim liberam & Regalem civitatem ſuæque poteſtatis nec ſub ditione ſui Archiepiſcopi fuiſſe manifeſtum eſt. Anno deinde Chri. 1346. Carolum 4. ut erat à quibuſdam Electoribus Cæſar dictus, cum patre Ioanne Bolhemiæ rege Treverim acceſſiſſe, atque inde regi Franciæ ſubſidio profectum adverſus Anglium memorat Nauclerus Generat. 43. vol. 3. breviq́ue pòſt, die 26. Aug. ipſa D. Bartholemæi, quod paſſim in Chronicis annotatur, pugnatum eſt apud Creſcium, ubi Ioannes pater Caroli cecidit, Carolus cum rege Franciæ fuga evaſit. Ludovicus Imp. cum altero anno pòſt è vita deceſſiſſet, nec Eduardus Anglius contra Carolum Cæſar appellatus Imperium iniret, interregno durante Baldevvinus Treverorum Pontifex Caroli patruus, anno Chri. 1348. in Curia inquit ſcriptor geſtorum eius lib. 3. cap. 9. Regis Caroli Moguntiæ celebrata, per totam Galliam & Germaniam Tu- C tor & Mamburnus fuerat conſtitutus regni Romanorum. Qua poteſtate fretus Baldevvinus jamq; ferocior bellis graſſari cœpit, ſicuti in rebus ab eo geſtis antea commemoratur. Auguſtæ quoque Treverorum metuendũ ſe cum exhiberet, ea præſidiũ ſibi adverſus vim comparare, nova fœdera contrahere, ſtipendia viris nobilibus conſtituere coacta eſt. Bellum inprimis quod cum Nicolao Domino in Dagſtul eiusq; ſociis tum gerebat, quo rapinis, cædibus, ferro flãmaq; ſævitũ utrinq; ac debachatũ fuerat, per arbitros inter quos Dominus Ioannes Zoluerinus Majoris eccleſiæ Treverenſis Præpoſitus, compoſuit. Nicolaus cum amicis ſuis totaq; familia civitati militare proximo bello ſi opus ſit ĩtra annũ addixit. Actũ anno Chri. 1349. Deinde Iacobus de Moncler eiusq; filius Iacobus in ſocietatẽ aſciti ſunt. Scabinis, Senatui populoq; Treverenſi conſiliũ operamq; ſuam promiſere, receptaturi eoſdẽ in arcibus ſuis Moncler, Reingrebẽſtein & Eil- D dingen, duceſq; civitatis futuri adverſus Baldevvinũ Pontificẽ ac omnes eius ſocios, excepto Duce Lotharingiæ: militaturi populo Treverenſi cum triginta nobilibus viris cataphractis, quiq; genere ſint armigeri. Quò nomine ſtipendium

Docu. civ. Nu. 424.

Docu. civ. Num. 425. 426.

Wir Jacob Herz zu Moncler vñ Jacob ſein Sohn thun kundt / das wir rath / helffe / dienſt vnd enthelteniſſe gelobt han den Scheffen dem Rade vnd der Stede von Trier gemeinlich / vñ hant t vns zu jn verbũden ꝛc. Item ſollen jnen helffen mis rade / dienſt / vñ enthelteniß auff vnſern veſten Moncler / Ringrebenſtein / vnd Eildingen / vñ heutman

iis à civitate decretum, legeſque fœderis ceraæ tabulis inſcriptæ & ſigillis utriuſque Iacobi nec non Ioannis de Sirck & Henrici de Balderingen confirmatæ, anno Nat. Chr. MCCCL. pridie S. Paulini epiſcopi. Poſt hæc Gerhardus Dominus in Schoneckẽ eques, civis Auguſtę Treverorũ factus fœdereq; perpetuo devinctus, ſacramento fidem ſuam & opem aſtrinxit, meriturus numero equitum quindecim adverſus quoſcunq;

zu ſein ab ſies geſinnent wider den Ertzbiſchoff Baldewin zu Trier vñ alle ſeine helffer ꝛc. civitatis hoſtes, exceptis tantummodo Co- A mite Lutzenburgio, Domina Margareta de Schonecken & Domino Gerhardo Advocato in Hunolſtein Patrocinium quoq; ſuum populo Treverenſi, inſuper receptionē tota ſua ditione & in omnibus ſuis caſtellis, tutelamque, nec inimicos eius admittere intra ſuos fines, recepit. De ſtipendio cæteriſq; bellorum caſibus iiſdem tabulis nominatim cautum eſt, quas ſuo nobiliumq; virorū Domini Arnoldi de Blanckenheim Domini in Bettingen & Valckenſtein, nec non Domini Ioannis de Rupe equitis ſigillo confirmavit. Datū anno à Nativ. Chri MCCCLI. die D. Thomæ Apoſtoli profeſto. Plurimi inſuper alii auxilio adverſus Pontificem à civitate conducti ſunt: inter quos Georgius Zolverinus & Reichardus ab Eich, ambo nobiles miniſteriales, & Dominus Arnoldus de Blanckenheim Præpoſitus ad S. Servatium Trajecti, Dominus in Gerolſtein, qui etiam ut cæteri civitate donatus fidem ſuam opemq; & miniſterium quoad viveret jurejurando confirmavit, equitibus quindecim militaturus, aliiſque legibus perinde atque de Gerhardo Domino in Schonecken paulo ante commemoratum eſt, fœdere comprehenſis quæ omnia ſuo ac aliorū aliquot nobilium virorū ſigillo teſtatus eſt Anno à Nativit. Chri. MCCCLIII. die Sabbati poſt Pentecoſten. Inter hæc Baldevvinus Archiepiſcopus uti ſcriptor rerum eius perhibet, arcē Moncler obſidione longa cepit, in Eburonibus Dunam aliaq; plurima caſtella ſubegit, arcē Gerolſtein gravi bello nequicquam tentavit: atque adeo cum ſociis populi Treverenſis ac aliis triennio penè depugnatum eſt. Deinde cum ipſa civitate ſexennales inducias pontifex pepigit hac ſententia. Baldevvinus Dei gratia Trever. Archiepiſcopus ſacri Rom. Imperii per Galliam Archicancellarius, notum facimus. Cùm ortis inter nos & viros prudentes Magiſtrum Scabinorum Scabinos, antiſtites collegiorum populumque Treverenſem diſſidiis, quærelæ eſſent invicem eo nomine porrectæ, communium amicorū opera tandem de iis hoc pacto convenit. Omnium rerum oblivio, pax induciæ decretæ annis ſex proximis. Interea cives nobis ope atque conſilio adſint, nos iis viciſſim in noſtra ditione benigni atque commodi erimus : & utrinque amicè inter nos uti ante hanc controverſiam agemus. Finito tempore comprehenſo fas ſit anno antè renuntiare alteri inducias ſi videatur: nec aliter, nec toto iſthoc anno quicquā adverſus alterum facere poſtulareve liceat. Papā in ſpiritualibus & Cæſarem excepimus ubi ipſe præſens ſit: tum enim ei ſubſidium præbere utrivis placeat, iſtud his induciis fraudi non erit: ſed cum Cæſar diſcedit, nos quoq; cum omnibus noſtris confeſtim abſcedemus. Hæc quò rata firmaq; maneant, arbitri nominatim recepti quicquid inde litis à die præſenti emerſerit diriment: niſi quòd de pontificis eccleſiæque noſtræ dominio, juribus, conſuetudinibus & juriſdictionibus eccleſiaſtica civilique, ac item de civitatis libertate, juribus & conſuetudinibus inveteratis decernendi poteſtatem non habebunt. Tabulæ geminarum induciarum antehac confectæ caſſæ ſint: literis autem antiquioribus inter nos comprehenſis nihil decedat. Ad horum auctoritatem ſigillum noſtrum addi huic ſcripto juſſimus. Datum anno à Nativ. Chri. MCCCLIII. die V. Novembr. Et eodē anno more Trever. XII. Cal. Martii Baldevvinus pontifex obiit.

Docu. civ. Num. 427.

Docu. civ. Num. 428. Docu. civ. Num. 429. Docu. civ. Num. 430.

Docu. civ. Num. 403.

B C D

Iam ex iis quæ relata ſunt ſtatus Auguſtæ Treverorum ſub Ludovico 4. Imp. & Baldevvino 92. archiepiſcopo luculenter apparet: quippe libera civitas arbitriique ſui ſicuti cæteræ quæ dicuntur Regales ſeu Imperiales, nec Pontificis ſui dominationi obnoxia fuit. Videndum igitur ultrà de Caroli 4. Cæſaris & archiepiſcopi Boemundi alterius ævo, qua ſorte deinceps uſa ſit. Inprimis autem

manu-

Digitized by Google

A manifeſtum eſt Boemundum initio Pontificatu, mox anno Chri4.135. die Martis Docu. civ. Num. 403.
poſt feſtū S. Crucis, in eaſdē conditiones cum civitate conveniſſe quas paulò ante
deceſſor eius Baldevvinus pepigerat. Fœdera quoq; ſuperiora quæ populus Tre-
verenſis hactenus cum multis contraxerat, inconvulſa ſtabant. In Lutzenburgi-
cum VVenceslaus Ioannis Boihemiæ regis filius, Cæſaris Caroli 4. frater jam tū
ab eo Lutzenburgici Ducis titulo auctus ſucceſſerat, civis Auguſtæ Treverorū
& Patronus & Protector eodem modo quo pater Ioannes & avus Henricus Imp. Docu. civ.
factus erat, ſicuti literis illus conſtat datis anno Chriſti M.CCCLIII. die XIII. Num. 10
Maii. Spanheimenſe quoq; fœdus tum duraſſe probat Comitis Ioannis apocha
Chriſti anno MCCCLX. die XVII. Octobr data. Sed & Carolum Cæſarem cum Docu. civ. Nū.409 a.
jam ſolus Imperio potiri cœpiſſet, obiuiſſet Regales ſuas civitates in annalibus
Agrippinenſium diſertè proditur. Et Treverim quoq; quin venerit ambigi ne-
B queat, cùm extet eius diploma civitati impertitum hac ſententia. Carolus Dei
gratia Rom. Rex ſemper Auguſtus & rex Boihemiæ. Publicè notum ſit nos ha- Docu. civ. Num. 4.
bita ratione ſinceræ perpetuæque fidei ac ſingularis ſtudii quibus cives Treveren-
ſes noſtri fideles nos & ſacrum Imperium Rom. promptè frequenter honorarūt,
ac deinceps idem præſtare poterunt volentq;, conſultò atq; ex certa ſcientia con-
firmare nos ipſis eorumq; ſucceſſoribus & civitati Treverenſi in perpetuum iure
poteſtateque Regis Romani omnes tabulas literaſq; quas de juribus, privilegiis,
libertatibus, vſibus ſuis, aliiſq; cauſis à deceſſoribus noſtris Rō. Imperatoribus &
Regibus ſacroque Imperio obtinuerunt &c. ſimulque iura eorum omnia, liber-
tatem, gratiam, & bonas conſuetudines quas antiquitus poſſedere & in vſu ha-
bent, ſiue ſcripto comprehenſæ ſint, ſiue non ſint, vti nos iſtud iure facere poſſu-
mus ac debemus, atque uti eæ tabulæ jure impetratæ ſunt. Sancientes ne quiſquā
C in æternum cuiuſcunq; ſtatus ullo pacto populum Treverenſem adverſus hæc
impediat damnove afficiat, ſin minus, in noſtram & Regni indignationē ceci-
derit. Teſtimonio harum literarum ſigillo noſtro regio communitarum. Datæ
Treveris anno Chri. MCCCLIIII. ipſa die S. Valentini, regnorum noſtrorum an-
no octavo. Comitia deinde celeberrima Carolus Imp. Roma recens anno ſequē-
te ad Norinbergā indixit, ibiq; pragmaticam ſanctionem quam vocant Auream
Bullam publicavit, aſſidentibus ei omnibus Principibus Electoribus eccleſiaſti-
cis & ſecularibus, ac aliorum Principum, Comitū, Baronū, procerum, nobilium
& civitatum multitudine numeroſa, ſub anno Domini MCCCLVI. Indict. IX.
quarto Id. Ianuar. regnorum ſuorum anno decimo, Imperii primo, quæ ſunt ipſa
legis verba in proœmio. Treverenſium legatos inter reliquas civitates iis Comi-
tiis interfuiſſe documento eſt diploma Caroli Imp. eodem publico conventu eis
D conceſſum, paucis diebus ante publicationem pragmaticæ ſanctionis, quod hāc
ſententiam continet. Carolus Dei gratia Rom. Imperator ſemper Auguſtus &
Rex Boihēiæ, Scire volumus omnes. Et ſi imperialis munificentia cunctis Impe-
rii fidelibus ſubditis gratiam ſuam libenter impertit, ſingulari tamen favore pro-
ſequendos cenſemus eos qui egregiis officiis & perpetua fide erga nos & ſacrum
Imperiū ſeſe devotos oſtendere, continenterq; rebus omnibus exhibent. Quam-
obrem cum nomine Civium magiſtri Senatuſq; ac populi Treverenſis noſtrorū
& Imperii fidelium ſuppliciter appellati ſimus ut omnia civitatis eorum jura, li-
bertates, privilegia bonoſque mores à deceſſoribus noſtris Rom. Imperatoribus
Regibuſque & à nobis ac ſacro Imperio adepta quibus hactenus uſi ſunt, eis ſin-
gulari Imperatoria gratia confirmare dignaremur ſicuti etiam antehac idipſum
Regia poteſtate fecimus ad preces eorum iuſtas obſequiumque juge & honorem
quibus ſeſe nobis & Imperio ſæpe probarunt ſeduloque probant advertentes, de

consilio

Digitized by Google

conſilio fidelium noſtrorum, deliberatione matura & ex Imperialis poteſtatis A
plenitudine confirmamus eis atque comprobamus omnia jura, libertates, privilegia, dignitatem bonaſq; conſuetudines quibus à deceſſoribus noſtris nobiſq; ac ſacrô Imperio affecti & hactenus uſi fuerunt, ſcripto vel ſine ſcripto, qualiacunque ſint, atque uti comprehenſa recteque obtenta ſunt perinde ac ſi hiſce tabulis nuncuparentur, juriſve vel ſtyli ratione exprimi deberent. Mandantes omnibus Principibus eccleſiaſticis & ſecularibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus Equitibus & miniſterialibus cunctiſque ſubditis Imperii ne quiſquam adverſus hanc noſtram Confirmationē ullo modo quid cōmittat, vel certè indignationē noſtram & Imperii incurrat, ſimulq; pœnam 50. marcarum auri puri partim fiſco noſtro, partim civibus Trevereníib. prædictis ac eorum civitati dependat quotieſcunque deliquerit. Idque harum literarum auctoritate, quas Imperatoria noſtra aurea bulla cōmuniri juſſimus. Datæ Norinbergæ anno à Nativitate Chriſti. MCCCLV. die martis poſt feſtum D. Nicolai (10. vel 11. Decembris) B
Regnorum noſtrorum decimo, Imperii primo. Liquet igitur in Norimbergenſibus Comitiis ſeptem & viginti ferè diebus antequam pragmatica ſanctio publicaretur, præſentibus Septemviris & omnibus Imperii ſtatibus hos Caroli 4. Imp. codicillos ſub illius aurea bulla legatis populi Treverenſis conceſſos. Proximū deinde conventum Carolus Imp. ſequente anno Metis egit, magna Principum cæterorumq; ſtatuum frequentia, legeſq; quaſdam Chriſti anno MCCCLVI. ipſa die Nativ. Domini XXIIII Decemb. tulit ſuperiori pragmaticæ ſanctioni additas, quemadmodum in eius rebus geſtis indicatum eſt. Pacem etiam cum more majorum inire inter ſeſe Principes, dynaſtas, civitateſque juſſit, quemadmodū mox circa Treverim factum eſt: quo de Gallica lingua literæ ſuper ſunt totidem
Docu. civi. Num. 267. penè verbis. Nos Gubernatores Cōmunis pacis Lotharingicæ notum omnibus C
facimus quòd de conſenſu & voluntate Illuſtriſſimi Domini noſtri Caroli 4. Dei gratia Rom. Imperatoris ſemper Aug Regiſq; Boihemiæ & aliorum Prælatorū, Principū, Dominorum, Dominarū, civitatum & urbium publicæ pacis Lotharingicæ recepimus in eādem noſtram communem pacem Magiſtrum Scabinorum, Scabinos, totamq; cōmunitatem civitatis Treverenſis, eadē omnino conditione qua ſunt in illa cæteri: ſimulq; nomine populi Treverenſis ad gubernacula eiuſdē publicæ pacis adſcivimus Dominū Ioannem dictū VVolff Magiſtrū Scabinorum Treverenſ. ad judicandum, faciendum regendumq; nobiſcum in hac pace perinde atque nos poſſumus ac debemus. Teſtimonioque veritatis nos Gubernatores prædicti ſigillum noſtrum his literis appendimus, Datis confectiſque anno Domini MCCCLVI. die 3. Ianuar. (nimirum more Treverenſi vel
Docu. civ. Num. 277 Gallico.) Scita huius Lotharingicæ pacis & uſum cōmemorare longum foret: D
uno itaque documento res oſtendi ſatis luculenter poteſt, nimirum quòd cùm Iacobus Dominus de Moncler civi cuidam Treverenſi per vim & injuriā certum numerum armenti intra fines tempuſq; publicæ pacis abegiſſet, Præſides pacis poſtulantibus diſcretis prudentibuſq; viris Magiſtro civium, Scabinis, & Senatu civitatis Treverenſis Iacobum juſſerunt damnum confeſtim reſtituere: nam jure agere adverſus civitatem licere coram ipſis Præſidibus, aut alibi ubi oporteat proximo conventu provinciali in oppido Ad Pontem Muſodis ſtatuta die. Quòd ſi Iacobus imperatis non pareat, ſeſe id juxta leges pacis & præſtitum in eam jusjurandum vindicaturos. Datum ſub ſigillo publicæ pacis, prima die Iovis Maii menſis, anno à Nativit. Chri. MCCCLVII. Per idem tempus complures populi Treverenſis hoſtes numero ad decem & ſeptem accuſante civitate ſententia Iudicis aulæ Caroli 4. Imp. proſcripti ſunt, mandatumq; nominatim cunctis

Digitized by Google

A proceribus & dynaſtis circa Treverim, Archiepiſcopo etiam eius Boemundo ac paci publicæ Lotharingiorũ, inſuper civitatibus Coloniæ, Maguntiaco & Meti, ne proſcriptos iſtos intra ſuos fines degere paterentur, ſed populo Treverenſi in perniciẽ vitæ ac fortunarũ eorum ope ſua præſto eſſent. Datum in Sultzbach Anno Domini M.CCCLVIII. feria 3. poſt Reminiſcere. Bellum quoq; cum Petro de Rapuuilre circa hæc geſſit civitas, uti ex eorum ſyngraphis conſtat qui tum ſtipendia fecere. Datũ anno Chri. MCCCLV. poſtridie D. Bartholomæi Apoſtoli. Deniq; liberam Imperii civitatem Treverim ſuæq; poteſtatis, nec archiepiſcopo Boemundo ſubditã vel obnoxiã fuiſſe argumento eſt quòd cum Arnoldus Dominus in Blanckenheim & Falckenſtein bello adverſus ipſum Boemundũ Treverorum pontificem geſto civibus Treverenſibus damna quædã intuliſſet, ea populo Treverenſi reſarcire ſeorſim recepit. Datæ in id tabulæ Chr. an. MCCCLVI. Docu. civ. 93. Docu. civi. Num. 436. „ „ „ Docu. civi. Num. 394.

B ipſa die D. Agritii Epiſcopi. Nec enim ad Pontificem ſuum ſpectabat civitas, nec eius imperio dominatuue tenebatur: ideoq; jure non poterat illius occaſione vel nomine bello peti, aut res eius quiſquam pignerari, quod uſitata in antiquis monumentis phraſi auff den Ertzbiſchoff nicht pandtbar dicitur.

Inter res à Boemundo altero geſtas antea cõmemoratum eſt eum ſibi Coadjutorem cepiſſe Cunonem de Falckenſtein, qui Moguntini Archiepiſcopatus tutela ſtrenue defunctus erat. Cuno itaq; propemodum ab exordio Pontificatus Boemundi induſtria fortunaq; ſua non ſolum magno uſui Boemundo fuit, verumetiã civitati Treverenſi immodica dominandi libidine ſuſpectus eſſe cœpit. Quamobrẽ vergentibus ad exitum ſexennalibus induciis quæ cum Baldevvino Boemundoque pactæ fuerant, populus Treverenſis denuo ſibi præſidia militũ externorum fœderaq; nobilium hominum comparavit, quorũ nemo Pontificẽ

C excepit, ſicuti plurimis tabulis conſtat Datis An. Chri. MCCCLIX. MCCCLX. & MCCCLXI. tametſi interim etiam cum aliis bellatum ſit. Deinde quàm primùm Boemundus Cunoni Pontificatum ceſſiſſet, anno Chri. 1362. ipſi cum civitate convenit quo pacto de controverſiis ſi quas inter eos oriri contingeret, per arbitros cognoſceretur: ſed excepta ſunt utrinque dominatio, jura, libertates & inveteratæ conſuetudines cuiuſque partis, aliæque concordiæ leges dictæ propemodum eadem forma ſicuti induciarum tabulis cum Baldevvino & Boemundo antea relatis comprehenſum eſt. Callidè hoc tum Cunonẽ nec alio cõſilio feciſſe res ipſa loquitur, quàm ut à civitate veluti juſtus Pontifex ſollẽni aditu reciperetur, ſacramentumque populi pro more impetraret, quippe præcipuis honoribus ſumma omnium ſpe pacis atq; concordiæ mox affectus ſicuti id plenius in rebus ab eo geſtis antea commemoratum eſt. At verò haud in longum Docu. civi. Num. 438. uſque 439.

D hoſtili inde animo graſſari adverſus civitatẽ cœpit, anſamq; potiſſimum arripuit huiuſmodi, quòd populus Treverẽſis naves flumine Moſella cõmeantes uti triduo mercatum in ripa civitatis agerent, adigeret, quodque leges municipales de prædiis diſtrahendis emendiſque condidiſſet, inſuper ſocietates & collegia creaſſet quæ ipſi Pontifici ac eius eccleſiæ myſtarumq; privilegiis, libertati, juriſdictioni ac aliis ſuis commodis adverſarentur: porro totius civitatis arbitrium, omnia dominia legumque atque judiciorum poteſtatẽ antiquitus ad ſe tanquam juſtũ Dominum & Advocatum pertinere, Moſellã etiam flumen & itinera nautica pluraque alia juris ſui eſſe cauſabatur. Tam ambitioſa novaq; & inuſitata cum negaret civitas, ſibiq; libertatem priſcam, patrios avitoſque mores, inveteratum uſum & conſuetudines antiquiſſimas ab Imperio adeptas Cæſarumq; diplomatibus confirmatas aſſereret, lento at pervicaci bello peti cœpit: itinera paſſim præcluſa ſunt, viæ militaribus præſidiis obiectæ, commeatus & annona impedita, de

cibus

Digitized by Google

civibus prædæ actæ, pleriq; capti & in vincula conjecti, nec prius dimiſſi quàm A pacis formula ſecundum Pontificis voluntatem cõprehenſa per quam Carolus Imperator omniũ controverſiarum arbiter reciperetur ſigillo Senatus populiq; Treverenſis ſubſignata eſſet quemadmodum libello ſuo poſtea civitas conqueſta Cunoniſque reſponſiionibus partim probatum eſt. Compromiſſi tabulę datæ Chri. anno M.CCCLXIIII. die XXI. Septembris: quibus cautum uti exinde intra tertiam ſeptimanam querelæ invicem porrigerẽtur omnium omnino cauſarum quas utervis Pontifex populuſque Treverenſis adverſus alterum perſequi vellet: utque deinceps poſt tertiam hebdomadam utrinq; reſponſiones darentur, tum quandocunque Pontifici liberet ante proximum Chriſti Natalem civitati denuntiaturum, quò confeſtim cum acceptis datiſque poſtulatis & reſponſionibus atque ipſo pacti arbitrii ſcripto ad Imperatorem Carolum iretur, Carolus arbiter ſententiam juxta jus cuiuſq; partis ferret, à qua recedere fas non eſſet. B His ita comprehenſis pontifex die nona menſis Octobris libellum civitati exhibet, & viciſſim civitatis libellum accipit. Tertia pòſt ſeptimana die tertia Novembris utrinq; reſponſiones porriguntur. Denique menſis eiuſdem ultima die Cuno civitati denuntiat placere ad arbitrum Imp Carolum proficiſci. Itaq; Senatus populuſque Treverenſis die quarta Decembris Legatos ſuos & procuratores Ioannem VVolff de Spanheim equitem, Ioannem VVolff Magiſtrũ Scabinorum, & Ioannem VValramum Scabinum Trever. confeſtim iter ingredi,

Docu. civ. 706. paſſ. 1

Docum. civ. Nu 378

Docu. civi. Num. 379.

Docu. civ. Num 380

Docu. civi. Num. 381

Unnd geben wir den vorg. unſern Momparn und Procuratorn vollen macht zu vorlegen / zuclagen uns zu ſprechen fur uns / uns zu beſchutten / auff der widerpartheien Clag zu antworten und zu erborgẽ / zu ſchweren / zu vorlegen / auf vorlegunge und articuln der widerpartheien zu antwortten / gezeug / brieff und Inſtrumente zu leiden unnd vorzuzehen / zubezeugen / widergezeug / brieffe und Inſtrument der widerpartheien zuſprechen / Recht und urtheil zu hören / und die beſchriben zunemmen unſern ſchaden und Koſten zu forderen / zu bewehrenn / declarieren / zuheiſchen und zu empfangen etc.

vice civitatis agere, reſpondere, defendere, excipere, iurare, teſtes, tabulas, inſtrumenta producere, probare, contra teſtes literaſque partis adverſæ excipere, ſententiam audire, damna civitatis ſumptuſque poſtulare, docere, declarare, exigere, ac eorum præſtatiónem recipere jubet. C In Boihemiæ Regia Pragæ degebat Carolus, quò ſunt ex Auguſta Treverorum milliaria germanica ſupra 110. Vix eo pervaſerant ipſa bruma legati civitatis quum Cuno Pontifex jam priùs adeſſet, arbitrio ſuo maturiore profectione inſtituta: moxque mirum an inſpectis tantummodo perlectiſve partis utriuſque querelis & reſponſionibus (nam ob articulorum multitudinem & prolixitatem penſatum quicquam ſatis aut ventilatum fuiſſe D pleriſque neutiquam veriſimile ſit, nec imprudentibus) die Lunæ ante Natalitium Chriſti feſtum atque adeo inter 18. & 25. diem menſis Decembris Carolinum arbitrium juxta pontificis libellum latum, inſuper nec parum uberius quàm petitum fuiſſet: ac deinde ſpacio ſatis amplo interjecto (dies incerta eſt) tanquam nihil ſe conqueri velle adverſus Pontificem Legati civitatis profeſſi eſſent, ille ab omnibus civitatis poſtulatis abſolutus dicitur. Nec in his auctoritate recepti arbitri tantùm, ſed etiam Principis ſupremi & imperatoris ſeſe fungi, ſimulque plenius de cæteris cauſis quæ libello pontificis comprehenſæ fuerant, aliàs ipſo Pontifice petente ſententiam ducturum &c. præter conventa litigatorum diſertè profeſſus eſt Carolus. Præterea civitatem ſignatas tabulas Pontifici tradere juſſit quibus iſtud judicium ſibi placere tamque perpetuò fore teſtaretur. Cunonem Pontificem Diplomatibus ab ſeſe Carolo

Tomo epiſt. 3. litera F.

Tomo 3. epiſt. litera G.

Digitized by Google

A toto profectis intentionem ſuam plenè firmaſſe ait, civitatem nihil probaſſe ne ſuis quidem ipſius aliorumque Cæſarum literis nec ullo jure ſuo, poſſeſſione vel conſuetudine adverſus Cunonis petita gaudere poſſe. Quæ omnia manifeſtæ gratiæ, cauſæ non cognitæ, præcipitati judicii, negatæ juſtæ defenſionis, erroris obreptioniſque documenta ſunt. Denique permultis nominibus arbitrium „ iſtud Caroli caſſum, infirmum, nec ullius momenti eſſe tum res ipſa loquitur, tum conſulti juris cenſent: quemadmodum & in actis Archiepiſcopi Cunonis „ ſuperius commemoratum, & abunde rationibus atque legibus propemodum infinitis comprobatũ eſt in hac lite quæ nunc inter Pontificem & civitatem agitatur. Quamobrẽ etiam ea neq; laudavit unquã judicata, neq; fecit: nec uſu illa recepta fuere, ſed jus ſuum antiquũ priſtinamq; libertatem & conditionem civi- „ tas hactenus obtinuit. Siquidẽ & ipſum Cunonẽ cum civitate priuſquã vix quin-
B tus evolueretur menſis, de toto arbitrio tranſegiſſe conſtat, nimirum anno Chri. MCCCLXV. die XVI. Iunii. Carolo Imperatori nota tum eius in omnes Pontifices ac myſtas indulgentia, tum Cunonis præſertim Electoris Principis ambitione & induſtria non difficulter obreptum iri haud fefellit civitatem: erant enim exemplo vicini Virodunenſes & Agrippinenſes, quorũ Pontificibus recenter inuſitatæ potentiæ Diplomata tribuerat, revocatis in irritum codicillis ſuis iiſdẽ civitatibus antea datis, uti in illorum annalibus proditur. Quamobrem Senatus populuſq; Treverenſis periculum tantum antevertere conſultum duxit, & præſidio ſibi adverſus iniquum judiciũ Pontificiſq; vim pro libertate patriæ paravit. Præter alios viros nobiles auxilio perpetuis ſtipendiis conductos, quo de monumenta literarum ſuperſunt Data Chri. anno MCCCLXV. menſe Ianuario, ſuperiore tum anno Ioannes Lothringiæ Dux & Marchio, & Magiſter Scabinorum, Sca-
C bini, Conſules, cives & tota communitas civitatis Treverenſis ad honorem, commodum & profectum Ducatus & civitatis prædictorum, inierunt inter ſe concordem & perpetuam alligationem ſeu confœderationem (verba enim ipſa vetuſti fœderis referre convenit) ita quod Ioannes Dux pro ſe & ſuis hæredibus accepit ipſos cives Treverenſes eorum familiam & bona in ſuam protectionem, tuitionem, cuſtodiam & conductum, ut liberè & ſecurè per totum ſuum Ducatũ per terram & aquam cõmeare bonaque ſua ducere poſſint, mediante jure & telonio conſuetis uſq; ad eum diem. Si quis ſubditorum eius violentia, damno vel injuria Treverenſes afficeret, Dux conſilium ſuum & auxilium iis præſtabit ac ſi talia in perſona ſua propria fuiſſent commiſſa. Externus ſi vim fecerit & coram Duce vel eius officialibus juri ſtare paratus ſit, jure agetur: ſi contumacem ſeſe præbeat, eodem modo læſis contra ipſum atq; contra ſuos ſubditos Dux aderit.
D Præterea receptare debebit Treverenſes cives & eorum adjutores quotieſcunque requiratur in omnia ſua caſtra & fortalicia ſita in terra Teutonica ſui Ducatus contra omnem hominem ſeu quemcunq; ipſorum inimicũ, Dominis ſuis Principibus ſereniſſimis Imperatore & Rege Franciæ pro tempore, nec non ſuis vaſallis qui coram ſe juri ſtare vellent duntaxat exceptis &c. Eſt etiam adjectum quod ſi quiſquam Dominorum quicunque foret ille, guerram haberet cum civitate & civibus ſupradictis, Dux ſeu hæredes eius debebunt eiſdem ſubvenire & eos juvare cum ſuis fortaliciis & caſtris in Alemannia ſui Ducatus ſitis, nec non centum armatis benè & haſtatis militibus armigeris qui vulgariter dicuntur in Teutonico Hundert Gleien, in Gallico cent glaives. Et ex illis ponet quinquaginta in ſua fortalicia prædicta pro guerris quotidianis, ſuis periculis & expenſis alios verò quinquaginta ſi ſuper hoc ſecundò requiratur, mittet dictis civitati & burgenſibus, eorum periculis & expenſis poſtquam ad civitatem perve-

Tomo 5. E-piſc. literæ X.

Docu. civ. Num. 440.

Docu. civ. Num. 24.

Digitized by Google

nerint. Et civitatenſes conſimili modo habebunt quinquaginta tales armatos ſti- A
pendiarios ad tuendã civitatem ſuam & ad equitandum extra illam contra ini-
micos &c. Si aliquis potens Dominus civitatem Treverenſem obſidere vellet vel
obſideret, aut aliqua fortalitia prope eam conſtruere inchoaret, Dux ut & hære-
des eius perſonaliter cũ omni ſua poteſtate, & adjutorio debebit huiuſmodi ob-
ſeſſioni & conſtructioni reſiſtere & illas impugnare infra quatuor ſeptimanas à
tempore quo ipſi civitatenſes ipſum per literas duxerint quirendum. Captivorũ
damnum & emolumentũ cõmune erit. Civitas cum hoſtibus non faciet pacem,
niſi Dux caſtrum ſuum quod fortè occaſione guerræ civitatis amiſſum eſſet, re-
ceperit. Dictas civitatenſiũ obſervabit perſonaliter, vel conſilium ſuum mittet ſi
petatur. Si nobilis Dominus Dux Lotharingiæ ſupradictus guerram haberet cũ
aliquo potente vel alio Domino, civitatenſes non permittent eius inimicis con-
veniens forum intra civitatẽ. Hoc excepto quòd Dominus Archiepiſcopus Trẽ- B
verenſis pro tempore ſua & ſuorum clericorum ſibi ſubditorũ bona educere po-
terit & non aliter. Dux quandocunq; volet poterit in civitatem venire ad expen-
dendũ ſuas pecunias: dum tamen ex civitate vel in eam immediatè reintrando
ſuos inimicos non damnificet. In guerris ſuis niſi ſit contra civem aliquẽ Treve-
renſem vel ei civitati obligatũ, conveniens forũ omniũ rerum vehaliũ ipſi in civi-
tate dabitur. Dux nõ ponet extra manus ſuas nec impignerabit vel alienabit ca-
ſtra vel fortalicia ſua prædicta, per quod hæc perpetua confœderatio minui poſ-
ſet. Si quod ipſius caſtrũ occaſione guerræ civitatis obſideri cõtingeret, tunc civi-
tas requiſita mittet eò ſuos adjutores & ſervitores quos habet, ſalvo quòd ipſorũ
civitas maneat hominibus benè munita. Duce mortuo ipſius hæredes annis ma-
jores Lotharingiæ & Alemanniæ Duces ibidẽ, infra annũ hæc eadem facere, pro-
mittere & literas ſuas deſuper dare debebunt dictis civibus: minorumq; tutores C
ſeu curatores idipſum interim præſtabunt. Cives dare & ſolvere debebunt dictis
Ducibus ob honorem & ſervitium in quo ipſis civibus tenentur, ſingulis annis
trecentos florenos aureos ponderis Moguntinẽſis. Nec Dux poterit eam penſio-
nem impignerare vel ullo modo ad alias manus transferre. Supradicta omnia
firma tenere Dux per honorem baronalem promiſit recta bona fide ac per fidẽ
loco juramenti. Si verò contrà veniret ullo colore quæſito, quod Deus avertat,
præfati civitas & cives de ipſo & eius hæredibus conqueri poterunt, nec tenebun-
tur ſolvere præfatum penſionẽ, & nihilominus poterunt manus ſuas ad omnia
bona Ducis, eius homines & ſubditos apponere, eaq; vendere ad libitum ſine ju-
dicio & offenſa quouſque defectus omnis inde ortus iis adimpletus ſit. Magiſter
Scabinorum, Scabini, Conſules & tota cõmunitas viciſſim promiſerunt omnia D
præmiſſa ſervare. Sed ſi in ſolutione dictæ penſionis remiſſi eſſent, Dux poterit
eam poſt menſem ad uſuras recipere, quæ current civitati, & nihilominus bona
civium pignerari ac diſtrahere pro arbitrio, ſine contradictione vel offenſa. In
quorum omnium teſtimoniũ Dux pro ſe & ſuis hæredibus ſigillum ſuum & Se-
natus populuſq; Treverenſis ſigillum ſuæ civitatis appoſuit. Datũ anno Domi-
ni MCCCLXIV. die XXVIII. menſis Octobris. Millia decem aureorum flore-
norum eodem tempore Duci numeraſſe civitatem conſtat, quibus arces caſtel-
Docu. civ. Num. 22. 23. 24. laq; ſua in ſolo Germanico ſita quæ nomine pignoris aliena poteſtate teneban-
tur, redemit. Ipſe deinde receptus arbiter inter Senatũ populumq; Treverẽſem &
Docu. civ. Num. 180. Dominum Ioannẽ de Vircio ſcutiferũ, diſcordiã eorum & guerrã pace compo-
ſuit anno Chr. MCCCLXVI. die XXVIII. Maii. Ad eundẽ modum poſtea cum
civitas Treverenſis & Fridericus de Moncler diuturno bello contendiſſent, præ-
dis, incendiis invicem ſæviiſſent, Cuno Archiepiſcopus utrinq; judex ſumptus ar-
bitrium

A bitrium tulit,ſecundum quod à cōtroverſia diſcederetur, datum anno Domini MCCCXXIV. die V. Decembris. Atq; cum hactenus inter Cunonē Pontificem & civitatē inde à ſuperiore tranſactione pax culta fuiſſet,annitente circa hæc Carolo Imp.uti filius VVenceslaus Rom. Rex appellaretur, quamobrē tum ut inquiunt ſcriptores,& in ſuperioribus abundè refertur aquilam deplumavit,ſimul plurimas Imperii civitates vendidit &c. Cuno Bacharaci in finibus ſui Archicancellariatus ampliſſimam privilegiorū ſive Regalium formā ab Imperatore nactus eſt,Datum anno. Chr. MCCCLXXVI. Indict. XIV. die II. Iunii, qua præter alia prorſus immodicæ munificentiæ ſummiq; præjudicii Carolus ſententiam aliàs à ſe latam pro Cunone contra civitatem Treverenſem confirmaſſe dicitur, atq; uti apparet admodum curioſe. Rurſum igitur iſthoc præſidio fretus Cuno diſſidere cū civitate cœpit,ſimulq; novū vectigal Imp.Caroli permiſſu ut ajebat, Doc. cit. Nu. 441. Tomo e piſc.6.lit. n.8.

B in ſuburbano Auguſtæ Treverorū oppidulo Palatioli ad Moſellā inſtituit,& prętерea novas pleraſq; controverſias civitati ſuſcitavit. Ea his rebus deq; ſua tutela ſolicita, munitionibus quibuſdā & oper.bus inſtat, ſuburbia demolitur atq; cremat,arbores mœnibus propinquas excidit, excelſum D. Simeonis fanū ſpeculā capit,ripā Moſellæ præcludit,myſtas totūq; ſacrificorum gregē egredi urbe vetat uti annotatū legitur,inſuper quod juſtis tabulis anno Chr. MCCCLXXVI. ipſa die Palmarū datis conſtat, auxilia militaria conducit,donec intercedentibus Epiſcopo Metenſium & Duce Lotharingiorum , per eos veluti arbitros voluntate atq; conſenſu Majoris Capituli receptos,pax conciliata. Qua præcipuè cautum uti Cuno Pontifex inſtituto recenti portorio civitatem Treverim levaret, nec jus illi vllive ſucceſſorū eius inperpetuum ſit Moſella vel Sara fluminib. aut etiā terra vectigal quodvis quo Treverenſes cives gravari poſſent exigendi: oblivioque Doc. cit. Num. 316.

C vioque controverſiarū de munitionibus civitatis, concluſis myſtis aliiſq; variis cauſis decreta eſt. Inter hæc VVenceslaus quoq; Boihemus Lutzenburgi Dux antiquum fœdus cum civitate denuo ſancit: & addita ſunt vel declarata pleraq; capita quæ controverſa eſſe cœperant. Datum anno Domini MCCCLXXVII. die XIV. Aprilis. Eodem menſe bellum quod cùm dynaſtis Mailburgiis ferro, flamma,prædis gerebatur,VVenceslaus Dux civitati ademit,pacemq; conſtituit. Sequente anno Carolus Imp.obiit,VVenceslaus filius regnare ſolus cœpit:planumq; eſt toto Caroli tempore liberam Imperii civitatē Treverim nec in poteſtate Cunonis Archiepiſcopi fuiſſe,ſed arbitrio ſuo res ſuas adminiſtraſſe, priſciſque moribus,inſtitutis ac legibus potitam. Etſi enim præpotens & ambitione ferox Cuno cōpromiſſum facere ſicuti oſtenſum eſt,in Imp.Carolū per vim atq; adverſus ſcita legum coegiſſet,gratiamq; Caroli evidentem in id aſſecutus eſſet, Doc. cit. Num. 18 Doc. cit. Num. 156. 157.

D jure tamen à talibus cœptis deſtitit,plenā ſententiā non petiit, de caſſo ac invalido arbitrio tranſegit, civitatē in antiquiſſima poſſeſſione libertatis ſuæ reliquit, judicata deſtructa,nec auctoritate nec uſu recepta ſunt. Eius rei documentū etiā id præbet,quòd duodecimo demū anno pòſt,facilitate Caroli Imp.cuſtodiaque ſigillorū Imperialiū potiens Cuno,haud conſcia vocatave civitate, cum ampliſſimo atq; inuſitato Regaliū libello confirmationē ſecundū ſuum nutū videtur impetraſſe Nam ſi juſta fuit ſententia,ſi in rem judicatā tranſiverat, ſi lex erat, ſi Principale judicium de quo diſputare inſtar ſacrilegii ſit,cur nullam meruit executionem? aut cur anxiè confirmari opus habuit? Deniq; cùm arbitrium ipſum tranſactione reddidiſſet irritum,nec à civitate ſignatis tabulis uti arbiter juſſerat, comprobatum ſibi ſciret Pontifex , nihil tamen eorum omnium in obtinenda confirmatione prodiderit,eccui obreptum Imperatori eſſe ob Regis Romani electionem tum maximè ſolicito non videatur? Sed hæc obiter.

Digitized by Google

De ſtatu igitur Auguſtæ Treverorum ſub VVenceslao Cæſare de cætero quæ- A
retur Plurimis literarum monimentis conſtat eo ſæculo Senatum populumq;
Treverenſem ut liberam Imperii civitatem ſuæ poteſtatis, nec archiepiſcopo
Cunoni aut VVernero qui Cunoni ſucceſſit, obnoxiam dominatu fuiſſe. Arbi-
trio ſuo bella geſſit, res ſuas adminiſtravit, aliena fœdera coluit, leges, imperium
pro more exercuit. Pontifex autem Cuno & VVernerus, quod etiam de Boe-
mundo, Baldevvino ac aliis ſuperioribus, pariterque de poſterioribus qui VVer-
nero ſucceſſerunt, accipiendum eſt, tribunalia ſua tam eccleſiaſticæ quàm pro-
phanæ juriſdictionis, inſuper alia quædam jura regalia commodaq;, cæterùm
Docu. civi. reipublicæ magiſtratuumve vel rerum cæterarum arbitrium haudquaquam ob-
Num 515. tinuit. De bellis geſtis in exemplum tabulæ prolatæ ſunt ex annis Chriſti
Num. 434. MCCCLXXVIII. MCCCLXXIX. MCCCLXXX. MCCCLXXXII. MCCC
Num. 444 445. 514. LXXXIIII. & MCCCLXXXVI. Deinde poſtquam anno Chriſti 1388. VVerne- B
Num 181. 621. rus Pontificatum iniiſſet, eſſentq; perquam ſuſpecta tempora, VVenceslao Cæ-
Num. 610. Num. 446. ſare quieſcente, Carolo autem Franciæ Rege finibus Germaniæ pernicioſum bel
Docu. civ Num. 306. lum minitante, ſiquidem cum ingentibus copiis adverſus Geldriæ Ducem pro-
741 tranſumpto 2. ficiſcebatur, eius rei cauſa VVernerus Archiepiſcopus exercitum alebat: civitas
Dumregiſter. quoq; Treveris ſuorum hoſtium injuriis vexata, pluribus operibus ſeſe firmavit.
Num. 741 tranſ. 3. Inter alia præclarum munimentum urbis ingentem excelſamque turrim qua-
Num. 512. dratam ad portam S. Simeonis erexit, omnium portarum ſeras & claves immu-
447. 448. 449. 450. tavit, foſſam juxta D. Martini clauſtrum altiorem amplioremq; condidit, tribu-
451. 452. 453. 454. tum in id viritim contulit, auxilia militaria, ſocios, equites, ſtipendio conduxit
455. aluitq; quorum nemo Pontificem excepit, ſicuti editis pleriſq; literarum monu-
Docu. civ. Num. 609. mentis apparet Datis anno Chri. MCCCLXXXIX. MCCCXCI. MCCCXCII.
MCCCXCIV. MCCCXCV. & MCCCXCVII. Reperitur etiam anno Chriſti C
1391. bellum & inimicitias exercuiſſe inter ſe civitates Treverim & Metim. Pluri-
mos denique Treverorum Auguſta per id tempus hoſtes habuit, inter alios im-
portuniorem ferocioremq;, nobilem hominem & potentem Ioannem Buſo de
Docu. civ. Num. 25 Valderingen eiuſq; fratrem: contra quos Lotharingiæ Dux Carolus, qui pater-
Docu. civ. Num. 182. 183. num cum civitate fœdus anno Chri. MCCCXC. renovaverat, arces caſtellaq; ac
oppida Ducatus ſui in ſolo Germanico ſita Treverenſibus gerendo inde bello
Docu. civi. Num. 454. 455. patere juſſit. Petrum de Oisburg & Ioannem Cronenbergerũ hoſtes anno Chri.
MCCCXCVII. cepit & in vinculis habuit civitas, ſimulque cum aliis quamplu-
rimis auxiliares ſibi milites in perpetuum paravit. Nec diu poſt emiſſis in expedi-
tionem ſuis equidem peditumque cohortibus arcem Heringen obſedit, cepit, &
Docu. civ. Num. 456. multorũ ibi hoſtium potita eſt: qui unà cum aliis magno numero addicta inſu- D
122. 457. 458. 508. 509. per quoad viverent civitati fide operaq; militari, ſeſe redemere, tabulis id teſtan-
tibus anno Chri. MCCCC. Superiore anno Cæſar VVenceslaus edicto ad Ma-
giſtrum civium, Senatum populumq; Treverenſem dato paratos eſſe monue-
rat in ſubſidium rebus Imperii gerendis ut primùm denuntiaretur: ac penè bi-
meſtri inde ſpacio lapſo comitia Norinbergam indixerat, eoq; civitatem Tre-
Docu. civ. Num. 90 verim ſicuti alias ſuas & Imperii urbes legatos mittere juſſerat. Illud mandatum
Docu. civ. Num. 89. ſeriùs jam inſtantibus comitiis cùm eſſet redditum, Senatus Treverenſis ſeſe per
geminas literas apud ipſum Cæſarem VVenceslaum, nec non apud eius ami-
cos, id eſt Legatos qui vice Cæſaris in conventu fungi debebant, excuſaverat, ni-
mirum quòd ad diem conſtitutam adeſſe haud poſſent, quippe ante quatriduũ
Docu. civ. Num. 765. modò certiores ea de re facti, neque etiam tum parati eſſent qui tam longum iter
dierum amplius quatuordecim ingrederentur. Veriſimile fit cum ille conven-
tus ad diem Dominicam poſt feſtum Nicolai, ſextam Decembris, indictus fuiſ-
ſet,

Digitized by Google

A ſet, literis [illegible] Nicolai, undecima Decembris, ob anguſtiam temporis frequentes [illegible] Legatos tam repente convenire non potuiſſe: quamobrē utque in [illegible] Auguſti [illegible] cumitiis [illegible], ad ea VVenceslaus Cæſar Trevirenſes denuo cum commemoratione excuſationis eorum adeſſe voluit, codicillis datis Sabbatho poſt Calend. Januarias, anno regni ſui XXIV. qui eſt Chr. 1400. [illegible] Eodem anno deinde die 20. Auguſti, VVenceslao Regnū abrogatum, & 10. Septembris Rupertus Palatinus Comes Rheni Cæſar appellatus eſt, quod ipſe Sabbato poſt Simonis & Judæ, ſeu XXVIII Octobris, Moguntiaco Senatui populoq; Trevirenſi denuntiavit, ut paulo prius Joannes Moguntinus Pontifex ſuo cæterorumq; ſeptemvirorum nomine deſtitutionem VVenceslai publico ſcripto teſtatus erat. Docu. civ. Num. 91. ,, ,, Docu. civ. Num. 87.

Tertio regni anno Rupertus Cæſar legatos Treverim miſit qui de ſuo in civitatem Regio ingreſſu, quod inſtar in epiſtolis dicitur, cum ipſa convenirent. Datum autographum Heidelbergæ in feſto Jacobi Apoſtoli, anno Chriſti 1403. Plurimosque Principes eodem ad illa ſolennia tum veniſſe certo conſtat, & in exemplum producta eſt Friderici Trajectinorum Pontificis ſyngrapha, qua ſeſe [illegible] atque modeſtia in urbē fore Senatui recepit Rege Rom. intrante. [illegible] Treverim invectus eſt Rupertus Cæſar, civitatiq; libertatem [illegible] veteres leges & conſuetudines confirmavit. Diplomatis illius Germanice [illegible] eſt, Rupertus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Confirmat [illegible] & innovat Magiſtro Scabinorum, Scabinis Populoque Trevirenſi ſibi & Imperii fidelibus deliberato [illegible] certaque ſcientia & conſilio Principum fideliumque ſuorum ex plenitudine Regiæ poteſtatis omnia eorum & civitatis Trevirenſis jura, libertatem, privilegia, dignitatem & bonas conſuetudines quæ a ſuperioribus Rom. Imperatoribus & Cæſaribus adepti fuiſſent & in uſu habuiſſent, ſcripto comprehenſa vel minus, haud aliter ac ſi hiſce tabulis nominatim relata & expreſſa forent. Sanctione addita pœnæ marcarum quinquaginta puri auri, quemadmodum etiam poſtremo Caroli quarti Imp. Diploma ſuperius comprehenſum eſt. Nam ad illius formam paucis pro re præſenti immutatis & cum ſignificatione fidelium obſequiorum ſibi ac Imperio præſitorum Cæſar Rupertus hiſce literis civitatem impertivit, cum Regiæ ſuæ Majeſtatis appenſo ſigillo, Datis in ipſa urbe Treveri, anno a Nativitate Chriſti MCCCCIII. die Lunæ poſt D. Jacobi feſtum, regni ſui anno tertio. Apparet igitur Rupertum Cæſarem non modo per legatos adventum ſuum civitati denuntiaſſe ſed etiam more Regio ſicut in ſuam & Imperii urbem eo adveniſſe, ſolenniterque receptum Senatui populoque Trevirenſi viciſſim antiquam libertatem, leges moreſque patrios & inveteratas conſuetudines regali auctoritate atque monumento confirmaſſe: proinde quin ſacramentum in nomen ejus dictum ſit, ambigere alſre fuerit. Conſtat inſuper Magiſtrum civium, Scabinos, Senatum populumque Trevirenſem ut liberam Imperii civitatem ad ejuſdem Regis aulæ judicium citatos poſtulante Domino Godefrido ab Hohenlo, [illegible] admodum etiam coram VVenceslai Cæſaris Palatino [illegible] prius reſtitiſſent, idque [illegible] veteri memoria quæ ſuperſunt edicta probatur & [illegible] civitati ærariæ ſumptus ejuſmodi litium legatoſque ſeu procuratores [illegible] et annum indicant. Inter hæc cum ad VVenceslaum [illegible] VVenceslai fato functi Lutzenburgenſis Ducatus hereditario jure [illegible] adminiſtrationi & tutelæ Ludovici Ducis Aurelianenſis, qui Caroli [illegible] Franciæ Regis frater, Caroliqué quinti filius [illegible] eſt, ut præter [illegible] prodit Jacobus Meyerus in annalibus rerum Flandricarum [illegible]. Docu. civ. Num. 86. Docu. civ. Num. 102. Docu. civ. Num. 6. Docu. civ. Num. 92.

de anno Chriſti 1401. & Nicolaus Gillius in Annalibus Franciæ ſub anno Chriſti 1405. & Richardus VVaſſenburgius in antiquit. Galliæ Belgicæ. Quamobrem Ludovicus Dux Aurelianenſis Mamburnus & Gubernator Ducatus Lutzenburgici, pro more ſuperiorum Lutzenburgenſium Principum priſcum fœdus cum Senatu populoque Treverenſi iniit, idque confirmavit, additis explanatiſve capitibus aliquot civis Auguſtæ Treverorum & protector & patronus effectus. (Docu. civ. Num. 31.) Datæ ſignatæque tabulæ Conciaci die XIX. Martii menſis, anno Domini MCCCCIII. Cæſo deinde Ludovico hoc Aurelianenſe, Chriſti anno 1407. menſe Novembri, quod præter alios Richardus VVaſſenburgius in profeſtum Sancti Clementis annotavit, mox Iodocus Marchio Brandenburgi & Moraviæ, Sacri Rom. Imperii Archicamerarius & Dux Lutzenburgenſis, qui poſt Rupertum etiam Cæſar appellatus eſt, idipſum fœdus ita uti inter civitatem Treverenſem & proavum ſuum Henricum 7. Imp. avumque Ioannem Bohemiæ Regem Lutzenburgi Comites, & patruum VVenceslaum Lutzenburgi Ducem (erat enim Iodocus Ioanne Henrico Caroli 4. Imp. & VVenceslai Ducis fratre, Iohannis Bohemiæ Regis filio progenitus) pactum fuerat innovavit. (Docu. civ. Num. 12.) Datæ literæ in Brunnen à Nativ. Chri. anno MCCCCVII. die martis poſt D. Luciæ (menſe Decembri) Ruperto Cæſare regnante bellis quoq; geſtis liberæ civitatis ſtatum uti antiquitus poteſtatemq; ſui Treveris obtinuit, VVerneri Archiepiſcopi imperium haudquaquam tulit. (Docu. civi. Num. 462. 500. 404.) Et prolatis in judicio tabulis conſtitit anno Chriſti. MCCCCII cum Ioanne ab Oitſcheidt, annoq; MCCCCV. cum Diethricho Domino in Kerpen & VVatsburg hoſtibus pacem factam, & anno Chri. MCCCCVI. cum Conradino ab Haldenbach eiuſque ſociis bellatum. (Docu. civi. Num. 459. 460. 461. 505. 504. 503. 40. 507. 501. 502. 465.) Multis interim viris nobilibus equitibuſque militaria præmia dependit civitas: plurimos ſibi fœderatos civeſque dum viverent aſcivit, nonnullos in perpetuum beneficiarios effecit. Nominatim Ioannes à Schmidburg qui inſuper arcem ſuam Ad lapidē Kaldenveltz receptaculo Treverenſibus adverſus hoſtes eorum addixit, item Dominus Nicolaus Advocatus in Hunolſtein, & Gerhard⁹ ab Harrecort eques, & Henricus atque Fridericus de Fleckenſtein Domini in Dagſtul promiſſa & ipſi receptatione ſtipendiis obligati ſunt.

Rupertus Cæſar anno Chriſti 1410. cùm obiiſſet, Iodocus Marchio Brandenburgi & Moraviæ, ſicuti paulò antè memoratum, Rex Rom. appellatus eſt, ſed necdum ſexto menſe completo è vivis exceſſit anno Chriſti 1411. ſucceſſorem nactus Sigiſmundum Caroli 4. Imp. filium. Eum Principes Electores Cæſarem factum confeſtim publicè denuntiarunt. Magiſtro civium, Senatui populoque Treverenſi hac ſententia ſcripſere. Quoniam vacante Imperio iure noſtro Sigiſmundum Vngariæ Regem in Regem Romanorum Cæſaremque futurum noſtrum & veſtrum Dominum elegimus, quemadmodum ſacro Imperio devincti eſtis vos monemus uti eum pro noſtro ac veſtro *juſto* veroque (Docu. civ. Num. 28.) Rom. Rege ac Domino ſuſcipiatis, eique ſicuti par & uſitatum eſt ab antiquo, fidelitate, ſacramento, cenſu cæteriſque rebus pareatis. Datum Francofort, ipſo die Praxedis virginis. Anno Chriſti MCCCCXI. Fuit eo ſæculo teterrimum ſchiſma Paparum: quamobrem Sigiſmundus Cæſar nihil potius habuit quam eccleſiæ pacem ſarcire. Concilium igitur apud Conſtantiam celebravit aliquot annis: & quanquam de initio variant ſcriptores, anno tamen Chriſti 1418. menſe Aprili ſolutum conſentiunt. Eo tum civitas quoque Treverenſis legatos miſit, & à Cæſare diploma huiuſcemodi obtinuit. Sigiſmundus Dei gratia Rex Romanorum ſemper Auguſtus, & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. Sequitur idem ſtylus verborum qui eſt in poſtremo Caroli 4. Imp. privilegio

gio.

A [illegible] conſentaque Rex Sigiſmundus ſuo iure ſuaque plena poteſt ne Magiſtrum civium, Senatum populumque Treverenſem cum commemoratione fidelium [illegible] libertatem, jus, prærogativas, mores inſtituta que & conſuetudines in [illegible] ut ea nacta eſſet a ſuperioribus Auguſtis civitas, & poſſideret [illegible], ſcripto vel ſine ſcripto, ſancitque hoc pœna librarum [illegible] auri [illegible] auctoritate regii ſui appoſiti ſigilli. Datum Conſtantiæ, poſt Nativit. Chriſti anno 1417. die DD. Philippi & Iacobi Apoſtolorum feſto, Regnorum eius Ungariæ &c. primo & tricesimo, Romani ſeptimo anno. Satis conſtat digreſſis conſtant. a Pontifice Maximo Cæſareque ac reliquis præſulibus, dynaſtis legatis, immanes copias ſumma omnium procerum alacritate ad excindendam Huſſitarum ſtirpem in Boſhemiam ductas, cæterum res peſſime geſtas fuiſſe. Et jam morte VVenceslai Regis ad Sigiſmundum Cæſarem regni B hæreditas pertinebat. Alteram igitur expeditionem eo decrevit: operamque ſuam addixerant Electores Principes, ſed monuerant uti reliquos etiam Proceres, Comites, Dominos, equites, miniſteriales & civitates ad ſacrum imperium ſpectantes ſimul comitiis indictis convocaret, quo de hoc negotio in medium conſuleretur. [illegible] totidem pene verbis Cæſar Principibus, dynaſtis civitatibus [illegible] Magiſtrum civium, Senatum populumque Treverenſem ad diem Dominicam [illegible] conventu edicto legatos Norimbergam mittere, ſimulque ſuo legato qui has literas eſſet redditurus in cæteris quæ haberet in mandatis, fidem adhibere juſſit. Datum [illegible] die Lunæ poſt feſtum Nativ. Chriſti anno regni ſui Romani XI. (Chriſti is eſt 1421.) Tertio anno poſt idem Cæſar Magiſtrum civium & Senatum Treverenſem Viennam ad conventum C publicum vocavit: datæ literæ. Rorwasgeſtæ. ipſa die D. Auguſtini, Regnorum ſuorum Hungariæ 38. Romani 14. Boihemici 4. anno (qui eſt Chriſti 1424.) Sed & cum jam Imperatoris titulum coronamq; Romæ ſumpſiſſet Sigiſmundus, Magiſtrum civium Senatumque civitatis Treverenſis legatos ad ſe in Concilium Baſileenſe mittere iuſſit. Datum Baſileæ die Mercurii poſt conceptionis Mariæ 8. Septembris, Regnorum eius Hungariæ 47. Romani 24. Boihemici 14. Imperii primo anno (Chriſti 1434.) profecto diſq; conſtat eo nomine ad Imperatorem die 5. Octobris nobilem virum Arnoldum de Sirck, Ioannem Bollmannum Magiſtrum civium [illegible] Scabinum & Nicolaum ab [illegible] ablegatos civitatis. Pluribus denique doceri queat ſi tempus detur, & in exemplum etiam tabulæ prolatæ ſunt, Imperatorē Sigiſmundum quamdiu [illegible] Romanis præfuit, Auguſtam Treverorum pro libera Imperii civitate cenſuiſſe. Nec enim in archiepiſcopi VVerneri Ottoniſve qui VVernero ſucceſſit, D [illegible] ſed arbitrio ſuo inſtar reliquarū imperii civitatum res ſuas adminiſtravit, [illegible] veterē & antiquam libertatē priſcos mores imperiumq; ſui ob[illegible] ſtetere priſca. VVenceslaus ex Cæſar Boihemiæ Rex obitu Iodoci [illegible] patruelis, Dux Lutzenburgi factus, deceſſorum ſuorū Lutzenburgi [illegible] literas, amicitiam & conjunctionem cum civitate Treverenſi renovavit. Datæ [illegible] anno Chr. MCCCCXI ipſa die Kiliani (8. Iulii) Regni [illegible] Boihemici 49 Roman. [illegible] anno. Eliſabetham Gorlitzianam propinquam ſuam paulo ante VVenceslaus Rex in matrimonium collocaverat Antonio Brabantiæ Duci cum ducentis mill. aureorum Bremenſiū quemadmodū [illegible] [illegible] Meyer. VVenceslaus eo nomine Duci Antonio præter alia pignora [illegible] Ducatū Lutzenburgicum [illegible] obiē [illegible] Dux Antonius antiquū [illegible] civitate Treverenſi [illegible] auctoritate literarum quæ datæ [illegible] die 25. Ianuarii Anno Chri. MCCCCXII. Occiſum in pugna cū Anglis

Docu. civ. Num. 7.
Docu. civ. Num. 69.
Docu. civ. Num. 83.
Docu. civ. Num. 85.
Docu. civ. Num. 84.
Docu. civ. Num. 13.
Docu. civ. Num. 136

apud Azincuriũ an Chri. 1415. die Sanctorum Criſpini & Criſpiniani 8. cal. Novembris, teſtatur Meyerus lib. 15 rerum Flandr ſimulq; Richard. VVaſſenburg. A
in antiquit. Gall Belg. Proinde ſequenti anno vidua eius Duciſſa Eliſabetha
Docu. civ. Num. 14 Gorlitzia jus civitatis Treverenſis & fœdus priſtinum cum ea ſuſcepit, Datis tabulis Lutzenburgi, die XVIII Septemb anno Chri MCCCCXVI. Hanc poſtea ſecundis nuptiis anno Chriſti 1417. duxit Ioannes Comes Palatinus Rheni, Dux Bojariæ, filius Alberti Hannoniæ, Hollandiæ Selandiæque Comitis, abdicato Leodienſium Pontificatu in Concilio Conſtantienſi, ut perhibet Meyerus libr. 15, quamobrem & ipſe fœdus cum Senatu populoque Treverenſi more majoru
Docu. civ. Num. 15. Lutzenburgi Principum pepigit. Datum die 16. Ianuarii anno Chriſti MCCCC XXII. iuxta ſtylum Hollandiæ. Nec diu pòſt cum querelæ incidiſſent inter ipſos Lutzenburgenſes & Treverenſes, earum omnium oblivio decreta eſt, placuitque
Docu. civ. Num. 159. deinceps conditiones fœderis ex integro utrinque ſervari. Conventionis tabulæ B
datæ anno Chri. MCCCCXXIII die Dominica poſt feſtum Nativit. Mariæ. Carolum Lotharingiæ Ducem anno Chri. 1390 paternum fœdus cum Senatu populoq; Treverenſi renovaſſe prius dictum eſt. Is moriens unicam reliquit filiam Eliſabetham & ſi Meyero Iſabella vocetur, Renato deſponſatam qui Rex Siciliæ, Dux Andegavenſis & Barenſis dicebatur, & ob Ducatum Lotharingiæ cum Antonio Comite Vademontenſi uxoris patruo male pugnavit: captus enim & Philippo Burgundiorum Duci in cuſtodiam traditus longoq; tempore Divioni ſervatus eſt, ut præter alios memorat Meyerus lib. 16. Annal. Flandr. in anno Chri. 1431. Ita factum ut Eliſabetha hæc Duciſſa Barenſis & Lotharingiæ & Marchioniſſa Marchiſiæ Pontis Comitiſſaque Guiſiæ prædictorum Ducatum
Docu. civ. Num. 26. & terrarum Domino ſuo ſponſo abſente Gubernatrix & Adminiſtratrix, (verba enim hæc ſunt tabularũ) avitum fœdus cum Senatu populoq; Treverenſi firmaverit, Datũ in Põte Moncionis die XXII. mẽſis Ianuarii, anno Domini MCCCC C
XXXI more Gallicano: ſicuti & ipſe Renatus poſtea fecit, Datis literis in villa
Docu. civ. Num. 27. ſua de Nanceijo, die VII. Septembr. Anno Chri. MCCCCXXXII. Dimiſerat enim eum cuſtodia Burgundus ſed accepta fide uti reverteretur: & in cuſtodiam rediiſſe tradit VVaſſenburgius in antiquit. Gall. Belg. ac demum anno Chriſti 1445. compoſita inter ipſum & Philipum Burgundum omnia ſcribit Meyerus annal. Flandr. lib. 16. Fratris morte Chriſti anno 1435. multarum regionum imperium nactus è Lotharingia diſceſſit, ac demum ſenex anno Chri. 148.. in provincia Narbonenſi mortem obiit ut dicit VVaſſenburgius in antiquit. Gall Belg. Ludovicum autem filium Marchionẽ Pontis Moncionis quum digrederetur è Lotharingia, legatum eius regionis conſtituerat. Itaq; quòd Burgundi captivus D
Docu. civ. Num. 184. 185. 187. 188 fuiſſet, auxilium civitati Treverenſi adverſus Vdalricum electum in Archiepiſcopum Treverenſem ferre ſe ex fœdere non potuiſſe tum ipſe Renatus, tum filius eius Ludovicus cauſatus eſt. Hæc de Lutzenburgico Lotharingicoque fœdere Sigiſmundo Aug. imperante. Sed & alia interim coluit civitas vel prius, vel hoc ipſo tempore conſtituta: viroſq; nobiles quamplurimos & proceres regionis ob
Docu. civi. Num. 45. 499. 497. 490 uſque 496. 768. 409. 482. 484. 470. operam bellicã, patrocinium, conſilium, receptationem ac alias eiuſcemodi neceſſitates partim temporariis, partim perpetuis ſtipendiis affecit, uti editis tabulis conſtat de anno Chriſti 1410. 1411. 1422. 1424. 1432. 14 3. 14 7. &c. quibus præ cæteris comprehenduntur Iacobus à. Rolingen Dominus in Dagſtul. Ioannes Dominus in Vlmen, Godarthus Dominus in Brandenburg duo Arnoldi de Sirck pater & filius, Erardus à Gimnich eques Dominus in Berpurg aliiq; complures. Comes quoq; Rupertus Virnenburgius veteri fœdere civis Treverenſis & adjutor belli cum diſſidium incidiſſet, per Vdalricum electum in Archiepiſcopu

reconci-

A reconciliatus eſt civitati, priſtino fœdere confirmato Chriſti anno 1430. tametſi
haud diu pòſt denuo factus hoſtis. Bellatũ ea memoria cum multis, præſertim cũ Docu. civ. Num. 706.
fratribus de Balderingen circa Chriſti annum 141 . & cum Ioanne Domino in paſſu. 3
Criechingen anno Chriſti 1419. & cum Ioanne Domino in Reifferſcheidt anno Docu civi. Num 467.
Chri. 1424. & cum Erardo de Glmnich domino in Berpurg anno Chriſti 1437. Tomo e-
Sed longè graviſſimo bello civitatem afflixit Vdalricus à Manderſcheidt ponti- piſc. 4 productum.
ficatum per vim tenens adverſus Iacobum de Sirck & Rabanum Archiepiſcopũ, D. VVinci
uti dictum eſt in Epiſcoporum catalogo. Proceres, dynaſtæ, nobiles, equites, ple- Docu civ. Nu. 491.
bes in partibus Vdalrici hærebant: ſed à civitate Treveri excludebatur, & ob- 470.
noxius erat atrocibus edictis eccleſiaſticis quæ Rabanus anno Chri. 1432. die Ve-
neris ante Palmarum publicaverat & Senatus populuſque Treverenſis ſanctè
colebat. Tandem itaque per dolum nocturna irruptione tentare urbem decre-
B vit: quod cùm ipſa nocte ad negotium agendũ ſumpta proditum civitati fuiſſet
nec procederet, proximo die trium Regũ feſto VVilhelmus à Staffel Marſchal-
ckus Domini Vdalrici bellum apertũ Senatui populoq; Treverenſi indixit annò
Chri. 1433. Menſe Ianuario, factique ſunt eius adiutores Dominus VVilhelmus
Comes de Manderſcheidt Domini Vdalrici frater & plurimi diœceſis præfecti.
Maximum hi damnum prædis & incurſionibus civitati dabant: arcem etiam in
Contz occupaverant quæ cum vico ipſo ac ponte, fluminis Saræ tranſitum con- Docu. civ.
nectente hactenus in poteſtate civitatis Treverenſis fuerat, quod varia literarum Num. 459. 607. 741.
monumenta teſtantur: uti inſuper compluresolim vicos in Auguſtæ Treverorũ tranſitum. Burvgegiſter 705.
agro ac territorio ſeu bannico milliario quod d tionis Lutzẽburgicæ fines ſupra paſſu 13. & 15.
urbem attingebat, ad eam pertinuiſſe reperitur. Porro cum ſarciri ſibi ab Vdal- 702. tranſumpt.
rico detrimenta poſtularet civitas quæ tum præfecti eius intulerant, ipſe quoque
C ſimul cum Ruperto Comite Virnenburgio ac illius filio denuntiavit hoſtilia, ſo-
cioſq; ſibi aſcivit Theodericum Colonienſem & Conradum Moguntinũ Ponti-
ficem, Stephanum Boiariæ, Adolphum Iuliæ & Bergiæ Ducem, Iacobum Mar-
chionem Badenſem, Fridericum Comitem Veldentziæ, Dominum Richardum
Hurdt equitem alioſq; complures. Ducem præterea Burgundiæ traxit in partes,
eique duas diœceſis arces VVelmich & Alcken conceſſit. Deinde Comes quo-
que de Spanheim hoſtis factus eſt. Maximis igitur copiis contractis Vdalricus
tandem die Iovis ante Palmarum eodem anno Chri. 1433 caſtra civitati admo-
vit, ingentẽ numerum bellicorum tormentorum adduxit: fruſtra tamen in obſi-
dione aliquandiu cum hæſiſſet, de pace agi cœptum obſidiumq; levatũ eſt. Die
Martis poſt feſtum Aſcenſionis medio ferè Maio menſe pacis arbitri utrinque
convenerunt ad vicum ſuburbanum Biverlum trans Moſellam: miſeratq; Re-
D natus Lotharingiæ Dux legatos idoneos qui tum civitati adfuere, tametſi ex fœ- Docu. civ. Num. 184.
dere pro ſubſidio appellatus cum pax nõ ſuccederet, excuſaverit ſeſe quòd à Bur- 185.
gundo captivus teneretur, nec arbitrii ſui eſſet, nec aliter quàm cum bona Bur-
gundi gratia quã hactenus obtinere nequiverit, denuo tamen poſtulare non ſit
intermiſſurus, ferre opem civitati poſſet niſi vitam fortunaſq; ſuas in extremum
diſcrimen adducere vellet. Idipſum filius eius Ludovicus anno decimo pòſt eódẽ Docu. civ. Num. 187.
modo cauſatus & paulo ante commemoratum eſt. Ducatum Lutzenburgicum 188.
tenebat ea tẽpeſtate vidua Ioannis Palatini Comitis Rheni &c. Eliſabetha Gor-
litzia, dubiis rebus, ob inteſtinam ſuorum diſcordiã ipſa opis ind ga, cliens Phi-
lippi Burgũdi: qui cum partes Vdalrici Electi tueretur, nec ab illa muliere civitas
præſidii quicquã cõſiliive ſperare poterat. Rabanus dein Archiepiſcopus in urbẽ
venit eodem anno, die Lunæ poſt feſtum D. Iacobi, menſe Iulio exeunte, ſed die
ſexto pòſt rurſum diſceſſit. Confeſtim Vdalricus ipſa die D. Helenæ medio ferè

menſe

Digitized by Google

menſe Auguſto maximū exercitum denuo ad urbem adduxit. Octo integris diebus è monte Martis, nunc D. Martini vocant, qui ſummo jugo civitati ad Orientem imminet, infeſta tormentorum jacula projecit: ex aliis quoque montibus undiq; machinis adacta tela, graviq; admodum obſidione preſſa civitas & acriter oppugnata eſt. Conſtat in urbe fuiſſe ſociorum conductorumq; præſidium equitum amplius trecentorum. Nec defuere pedites. Stipēdiis enim eo tempore quam plurimos aluit civitas tum nobiles viros, tum alios. Tandē cū nihil in obſidione proficeret hoſtis, urbe relicta caſtrum Schoneck in Eburonibus agreſſus eſt, æq; tamen irrito conatu. Ad eum modū toto quinquennio debachatum priuſquam res componerentur: & urbs Treveris interim maximam cladem paſſa eſt. Exhauſtis reipublicæ ac civium fortunis æs alienum ingens contractū: quod gravioribus annuis penſionibus ita uti decedente creditore ſors extingueretur potiſſimè diſſolutum quæſtoriæ tabulæ docent. Atq; hæc breviter ex antiquis Senatus monumentis quæ ſuperſunt, de ſtatu Auguſtæ Treverorum ſub Imperatore Sigiſmundo commemorare operæpretium fuit.

A

Docu. civi. Num. 79. 2.

B

Albertus 2. Cæſar qui Sigiſmundo ſucceſſit, alterum annum Imperii non explevit. Deinde Fridericus 3. Anno Chriſti 1440. Rom. Rex creatus eſt. Eius inſignem pietatem & integritatem præter alios ſcriptis prodidit Aeneas Sylvius poſtea Pius 2. Pontifex Max. Et inter cætera traditur unicum eum jusjurandum tantummodo nempe Rom. Imperii Proceribus dixiſſe, quod tota vita ſanctiſſimè coluit. Rebus ſecundis adverſiſque pariter inclytus fuit, quibus leviter ſaltem perſtringendis Ilias exeat, cùm favente Divino numine longam admodum ætatem in Imperio Romano exegerit. Vivus videnſque certus ſuam poſteritatem Auguſti omnis Deo Opt. Max. cordi eſſe atque reipublicæ fidum in extremis præſidium, fœlici fato quievit. Treverim quo loco habuerit querendum: ſed tempus nunc non ſuppetit ad copiam, proinde neceſſaria brevitate multa prætermitti eximia neceſſe eſt. Primum omnium conſtat Fridericum hunc Imp. Aug. Edictis ad Senatum populumque Treverenſem miſſis urbem Treverim ſuam & Sacri Imperii civitatem appellaſſe. Quamobrem etiam anno Chri. 1449. ac rurſus anno Chri. 1451. cum prior profectio fuiſſet impedita, Treverenſes ad expeditionem Italicam coronæ ſumendæ gratia ſicuti reliquos Imperii ſtatus vocavit. Eoſdem ad omnia Comitia non ſecus item ac cæteras ſuas & Imperii civitates legatos ſuos mittere juſſit, quod etiamnū plurimis eius literis ad Magiſtrumcivium Senatumque Treverenſem datis comprobatur, & in exemplum ſunt codicilli de anno *a.* 1454. *b.* 1466. *c.* 1470. *d.* 1473. *e.* 1474. *f.* 1488. *g.* 1489. &c. Eodem modo ſubſidia publica Fridericus Cæſar ab Auguſta Treverorū exegit, quod pluribus monumentis conſtat præſertim de anno *h.* 1475. *i.* 1478. *k.* 1487. *l.* 1488. *m.* 1489. *n.* 1492. &c. Et in Comitiis Cæſareis certus numerus vel pecuniæ vel armatorum civitati Treveri indictus eſt uti indubitatis ſcriptis tum quas vocant matriculas, tum aliis liquet, nominatim ex anno Chri. *o.* 1467. *p.* 1471. *q.* 1480. 1481. *r.* 1486. *ſ.* 1487. *t.* 1489. *u.* 1492. &c. Eoque nōine fiſcalibus etiam monitionibus & actionibus aliquoties impetitos Treverenſes negari nequeat, argumentoque ſunt tum acta ipſa, tum aliæ certæ tabulæ, veluti de anno Chriſti *x.* 1482. *y.* 1486. *z.* 1487. &c. Liberam inſuper civitatem nec imperio ſui Archiepiſcopi obnoxiam Treverim ab Imp. Friderico æſtimatam alia multa teſtantur, uti Mandata Magiſtro civium & Senatui Treverenſi miſſa Chri. anno 1449. & 1474. Item conventus eiuſdem Imperatoris & plurimorum Imperii Principum Ducisque Burgundiæ Caroli celeberrimus Treveris actus anno Chriſti 1473. Denuntiatum id civitati antè fuerat ab Imperatore: qui deinde cum Maximiliano filio

C

D

Docu. civ. Num. 67. 62. 58.

a. Num. 65. 68. b. 57. c. 55. d. 63. 75. e. 81. f. 40. 74. g. Tomo epiſc. 5. miſſi. 1. & 2. h. Docum civis Num 66. 67. i. Num. 69. k. 70. l. 80. m. 76. n. 42. 43. o. Speiriſche edit. Tomo civit. 24. p. Speiriſche edit. Tomo civit. 24. q. Nu. 60. 61.

A filio ac multis proceribus advenies die 28 menſis Septembris magno gaudio atq; honore exceptus eſt. Senatus medio in foro piſcina quadam expleta celeri opere eximiũ ædificium excitavit quod Cæſaris Solium appellabatur: ipſum Imperatorẽ cæteroſq; Principes pro fortunis civitatis muneribus affecit, hoſpitia diſpoſuit, cuſtodias egit, publicã quietẽ peculiaribus inſtitutis rexit, cæteraq; munia magiſtratus ſedulò peregit. Longum eſſet omnium Procerum nomina referre qui huic conventui interfuere: multoq; majoris operæ ſit ſplendorem atq, apparatũ, commemorare quo tam Cæſar quàm Burgundus enituit. Inceſſum, ornamẽta veſtes, comites, epulas cæteraque tum alii, tum doctiſſimè Rodulphus Agricola ex Arnoldi Lalani epiſtola latinè expreſſit. Burgundus Regem ſe creari affectabat: Imperator filiam eius Mariam ſuo filio Maximiliano pulcherrimo & auguſtiſſimo adoleſcenti ut dicit Meyerus Flander, annum agenti duodeviceſimum B uxorem petiit, aliæq; maximi momenti res ibi tum tractatæ ſunt. Addit Meyerus & paſſim notum eſt, Maximiliano deſponſatam à patre Caroli filiam fuiſſe: atq; utinam inquit, ſtatim nuptias Carolus celebraſſet ſicuti petiit Imperator. Putat igitur iſtud eximium matrimonium unde tantus in orbẽ Chriſtianũ decor profectus eſt quantus poſt hominum memoriã nullo Regũ connubio, quodq; Germanis, Vgris, Dalmatis, Boihemis, Hiſpanis, Anglis, Italis, Galliæque fortiſſimis populis terra ac mari rectores dedit & etiamnum fœcundè Chriſto propitio majora promittit, ut erat optimis auſpiciis apud Auguſtam Treverorum inchoatum, ibidẽ optimis ominibus confici potuiſſe: lævum Caroli conſiliũ moræ, votum Imperatoris ne differretur atq; adeo ne mutaretur locus longè melius fuiſſe. Præſtita etiam inquit Imperatori à Duce fides de Ducatu Gelriæ, quod facere lõgo tempore Duces Gelriæ recuſarunt. Iuravit item Dux in verba Imperatoris de C omnibus aliis Principatibus quos intra fines poſſidebat Imperii, ingenti ceremonia & pompa. De variis aliis pompis & ſpectaculis, ludis, adeoque multis ſimulachris equeſtrium certaminum aliis relinquo ſcriptionem. Ita Meyerus. Enimverò ad tam ſolennem conventum aliena Pontificiſq; Treverorum qui præſens erat, urbe veluti precario fuiſſe uſum Fridericum Aug. veriſimile non ſit. Nam ſolent Imperatores eiuſmodi res in ſuis & Imperii civitatibus peragere, ſolent eas talibus honoribus decorare. Nec deerant Imperatori Friderico Metis & Agrippina Colonia: Metique Treverim venerat, à Treveri Coloniam diſceſſit ut inter alios Meyerus quoque teſtatur. Itaque nihil ambiguus Auguſtam Treverorum ſuam & Imperii civitatem cenſuit & appellavit: poſtremiſq; temporibus non fide ſolum ut anteà, ſed etiam jurejurando ſibi devinctam fuiſſe teſtatur in Edictis Eodem modo habitam nuncupatamq; Treverim, & ad Comitia vocatam, & D pro ſubſidiis appellatam, & conventibus frequentatam à cæſareis præfectis & Principibus tum Electoribus tum aliis, ac cæteris Imperii ciuitatibus illa memoria publicè priuatimque multa literarum monumenta docent, quorũ etiã quædam ad exemplum in judicio prolatæ ſunt. Nec dubium eſt ipſum Treverorum Pontificem Ioannem 2. qui illuſtri genere Marchio Badenſis fuit, & Pontificatum ab anno Chriſti 1456 diu vſque in annum 1503. tenuit, liberam & Imperij civitatem Treverim cenſuiſſe: quod tum pacta protectionis & peculiare eius fœdus cũ civitate, tum alia comprobãt. Denique non Archiepiſcopo ſuo ſubditã, ſed Imperii ſtatum ipſam ſeſe æſtimaſſe literis eius apparet quibus anno Chriſti 1456. cum à Principibus Electoribus Moguntino & Colonienſe Archiepiſcopis, Comite palatino Rheni, Duce Saxoniæ Marchioneque Brandenburgio (Treverorum enim Pontifex deceſſerat, & Boihemi iuſto Rege carebant) ad Comitia Norinbergam auxiliumque ferendum contra Turcam vocata fuiſſet, teneri ſe

r Nu 352. ſ 72. 72. t Speiriſche edit Tomo civit. 24. x. Tomo epiſc. 4. miſſiva 12. y Docum civit Num. 352. z Num 71. Docu civ. Num. 77. Num. 64. 59. 78. 333. 124. 741. regiſt. 6. 735. regiſt. 22. & 23. 740. lit. B.

Docu. civil. Num. 67. Num. 69. 70. 76. Num. 72. 56. 60. 61. 335. 1. 2. 97. 99.

Tomo epiſc. 5. litera BB. Docu. civil. Num. 278. Num. 749. Churf. Trieriſch Cancelei formular.

Digitized by Google

Docu.civi. Num.79.1. Num.79.2. quidem & cupere auxilio conſilioque rempublicam ſeu Imperium juvare faſſa, A
cæterùm propter maximas clades ſuperiorum temporum allaſque neceſſitates
legatos mittere non poſſe cauſata eſt: ipſos Electores Principes orans uti ſe apud
Cæſaream Maieſtatem & cæteros Imperii ſtatus excuſent. Præter hæc certum eſt
Senatum populumque Treverenſem Friderico 3. imperante ſicuti liberam civi-
tatem fœdera coluiſſe non ſolum Pontificis ſui, ſed etiam externa maximeque
priſca cum Lutzenburgiis & Lotharingiis dynaſtis. Eliſabetham Gorliziam quę
„ bis vidua, primùm Antonii Brabantiæ Ducis, iterum Ioannis Palatini Comitis
„ Rheni, Lutzenburgios ditione tenuit & jus civitatis Treverenſis & avitum fœ-
„ dus pridem inierat, anno Chriſti. 1451. mortem obiiſſe teſtatur in Memoriis O-
liverius Marchianus ſynchronus & in republica tum maximè verſatus. Sed anno
Chriſti 1443. contumacia diſſidiiſque ſuorum quibus Saxoniæ Dux VVilhel-
mus ſibi Ducatum Lutzenburgicum vendicans ſubſidium miſerat, agitata, B
Philippi Burgundi opem imploraverat, cum Mamburnum & Gubernatorem
Ducatus conſtituerat, pacta ſibi quotannis certa pecunia decem millium libra-
rum ut Oliverius, vel quinque circiter coronatorum millibus ut Meyerus ſcri-
bit. Philippus itaq; Burgundus eo anno Lutzenburgicum Ducatum ſubegit, ac
deinceps ditione tenuit ſub profectis Cornelio filio ſuo notho, & Gulielmo San-
ſonieno. Eliſabetha ſe Treverim contulit, ubi poſt aliquot annos fato cõceſſit &
ſepulta eſt, fide publice civitatis adverſus creditores quoad vixit ſeniſque poſt
Docu. civ. Num. 119 mortem menſibus uſa, ſicuti nominatim convenerat. Burgundi inde dubia poſ-
ſeſſio Lutzenburgenſium fuit: & Saxoniæ Dux anno Chri. 1453. Theodonis vil-
lam denuo miſſis copiis occupavit, ut Oliverius & Meyerus teſtantur: & poſtea
Philippi armis pacata iterum provincia, nec tamen turbis caruit. Treveri propte-
rea quòd frumentum inde ad ſe Moſella flumine non deferebatur, vina rurſum C
Num. 714. tranſump- to 10. eò duci intercluſo fluminis alveo non ſinebant. Tandē ut prodit Munſterus, Sax-
onię Dux VVilhelmus Philippo Burgundo ius ſuum in Ducatu Lutzenburgenſi
vendidit. tumq; Burgundus antiquum Dynaſtarū Lutzenburgenſiū fœdus cum
Num. 10. 160. civitate Treverenſi innovavit & coluit. Datæ tabulæ Bruxellis die 10 Decem-
bris, anno D. 1459. Obiit Philippus Burgundus anno Chri. 1467. ſenex maximis
rebus geſtis, filio Carolo ſucceſſore relicto, qui confeſtim exemplo patris priſ-
cum fœdus cum Senatu populoq; Treverenſi iniit, confirmatis ea de re ſuperio-
Num. 17. rum Lutzenburgenſium Principum literis. Datum apud Marſcheā ad Somam
die 10. Decembris, Anno Domini 1467. Sigillum eius tum hanc inſcriptionem
habuit, S. Karoli Dei gratia Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ &
Lutzenburgiæ Ducis, Flandriæ, Artheſiæ, Burgudiæ Palatini, Hannoniæ Hollan- D
„ diæ, Zeelandiæ, Namurci Comitis, Sacri Imperii Marchionis, Domini Friſiæ &
Salinis & de Mechlinia. Cecidiſſe Carolum in pugna Chriſti anno 1477. nonis
Ianuarii, nuptiaſque cum eius filia celebraſſe Maximilianum Auſtriæ Ducem
Num. 162. liquet eodē anno, menſe Iulio exeunte. Maximilianus igitur anno proximo lite-
ris ad Senatum Treverenſem datis annuam penſionē ob tutelam exegit, ipſum-
„ que Lutzenburgicum fœdus ſeſe confirmaturum ſignificavit, Bruxellis die 12.
„ menſis Octobris, anno Chri. 1478. Ac rurſus Archiducis Auſtriæ titulo auctus
ex urbe Brugenſi ad Treveros ob pecuniam tutelarem ratumq; eſſe fœdus ſcrip-
Num. 162. ſit die Iovis ante feſtum Purificationis Mariæ Chriſti anno 1482. Deinde cùm
anno Chriſti 1494. Philippus Archidux Maximiliani filius ætatis anno 18. Lo-
vanii Brabantiæ Principatum iniiſſet, ipſe quoque priſcum fœdus cum Auguſta
Treverorum innovavit, Datæ tabulæ Bruxellis die 2. Ianuarii, Anno Domini
Num. 19 1497. Lotharingiæ principatum temporibus Friderici Imp. anno Chriſti 1470.
nactus

Digitized by Google

A naƈtus eſt, quemadmodum Richardus VVaſſenburgius ſcribit, Nicolaus, Ioannis Calabriæ atque Lotharingiæ Ducis filius, Renati Siciliæ Regis & Lotharingiæ Ducis nepos, patre tum mortuo, ſed avo adhuc ſuperſtite, quem anno Chri. 1432 fœdus antiquum cum civitate Treverenſi firmaſſe priùs dictum eſt. Nicolaus itaq; Dux ceſſa ſibi Lotharingiæ ditione fœdus majorum ſuorum & ipſe cum Senatu populoq; Treverenſi confirmavit, literis datis Nanceyi die Martis poſt
feſtum D. Andreæ Chri. anno 1471. Succeſſit Nicolao poſt biennium fatis erepto Docu. citat.
conſobrinus Renatus Comes VVademontius, Friderici filius, matre Iolande na- Num. 18.
tus quæ Renati Siciliæ Regis & Lotharingiæ Ducis filia erat. Atque ab hoc Renato Lotharingiæ Duce Marchioneque, Comite VVademontis & Harecuriæ, fœdus cum Treverenſibus more majorum etiam initum innovatum cultumq; eſt: de quo tabulæ datæ ſunt Nanceyi die lunæ poſt Dominicā Reminiſcere Chri.
B anno 1473. more Tullenſi. Deinde Chri. anno 1489. cum mater obiiſſet, titulum Nu. 29. 80.
Regis Siciliæ Renatus ſumpſit, & Antonium filium Calabriæ Ducem appellavit, quem Chri. anno 1508. moriens hæredem reliquit. Iiſdem temporibus Fri- Num. 475.
derico 3. imperante Clientes quoque viros nobiles & ſocios & auxiliarios tum ve 473.131. l. 2
teres tum novos ſtipendiis affecit civitas: præter alios nominatim recenti fœdere
conciliatos Dominum VVernerum à Flevilla equitem, Lotharingiæ Ducatus in Num. 471. Num. 472.
Germania præfectum, & Carſilium à Palandt Dominum in VVildenburg. Bellis quoque multorum petita eſt. Anno Chri. 1452. controverſiam diuturnam
cum Carſilio à Palandt Domino in VVildēburg, proximoq; dein anno bellum Num. 478.
adverſus Fridericum de Fleckenſtein Dominum in Dagſtul atrociter geſtum pa- 762.
ce compoſuit. Anno Chri. 1463. Petrus à Bubingen, VVilhelmus Stumpff alii- Num. 705. paſſ. 5. 403.
que quamplurimi civitatis hoſtes facti ſunt: & anno ſequente Ioannes ab Ettel-
C bruck qui unà cum VVilhelmo Krögel aliiſque ſociis hoſtilia contra cives Tre- Num. 474.
verenſes exercuerat, in gratiam à Senatu receptus eſt. Anno Chri. 1467. ſagitta- Nu. 715. regiſt. 27.
rios civitatis adverſus hoſtes eius in expeditionem uſq; ad Morbachium pagum Num. 740. litera P.
profectos, & externas circa muros inutraque urbē diligentiores cuſtodias actas Num. 473.
conſtat. Haud diu pòſt ab auxiliariis civitatis captus eſt Petrus VViiſz hoſtis: cui ad interceſſionem patronorum eius anno Chri. 1469. Sanatus populusque Treverenſis gratiam fecit. Anno Chri. 1478. graviſſimum bellum inter Comites
de Manderſcheidt & civitatem Treverim exarſerat: cumque plurimis detrimen- Num. 476.
tis ſeſe partes invicem affeciſſent, per Ioannem Treverorum Pontificem induciæ Num. 127.
pactæ fuerunt, ut ipſius ſignatis tabulis conſtat: annoque ſequente Senatus ur-
bis Bacharaci bellum Ioannis Elſatii cum civitate Treveri compoſuit. Anno Tomo e. piſc. 5. miſſ. 8.
Chri. 1481. Georgius Comes Virnenburgius hoſtilia contra cives Treverenſes ex-
D ercuit, uti quoque propemodum eodem tempore perpetuus Mareſchalcus Du-
catus Lutzenburgenſis: quamobrem Maximilianus Archidux Auſtriæ, Dux Num. 168
Lutzenburgi &c. literis ad Senatum Treverenſem datis bellum iſtud tutelæ ac fœderis nomine ſe amoliri, Protectoremque more majorum & clementem Dominum civitatis eſſe teſtatus eſt: Mareſchalco etiam ſuo imperavit uti ablata
civibus reſtitueret. Per idem tempus acerrimus ac diuturnus hoſtis Treverenſi- Num. 188.
um fuit Dominus Heinricus Blieck à Liechtenberg, eques nobilis: magnumq; l. 2. 199.
manipulum ſociorum habuit qui cives graviter infeſtarunt, nec ut jure agerent
adduci ullo modo potuere. Quamobrem Senatus Treverenſis anno Chri 1483. Num. 477.
publicatis paſſim literis ſi quis ipſum ducem vel ſociorum quenquam vivum caperet, aut exanimem adduceret, ingentia in id præmia decrevit. Inſuper alia plurima temporibus Friderici 3. Cæſaris adverſa civitati Treverenſi accidere, ſicuti
Senatus literis ad Electores Principes anno Chriſti 1456. perſcripſit. Et anno Num. 27, 2.

Z

Digitized by Google

Chri. 1446. dolis Cornelii Burgundi, qui nothus filius Philippi Burgundiæ Du- A
„ cis & præfectus Lutzenburgicæ ditionis erat, petita, parum abfuit quin irrup-
„ tione nocturna ſcalis ad id paratis caperetur. Sed compertis inſidiis proditores
Num. 701. transſ. 7. 119. res quatuor comprehenſi à Senatu ac ſtatim capitali ſupplicio affecti ſunt. Rurſum anno Chriſti 1470. propter adverſos rumores & motus bellicos per regio-
Num. 715. regiſt. 24. nem finitimam Treveris quoque trepidatum, & excubias cuſtodiaſque curâ ſingulari actas legitur. Deinde Chriſti anno 1495. Gallus ad capram vir mili-
Num. 715. regiſt. 17. taris, qui civis & Centenarius urbis antea fuerat, ſed hoſtis factus cives Treve-
Num. 741. regiſt. 6. renſes graviter infeſtabat, captus ſingulari induſtria non procul ab Vrbe, & in vincula ductus à Senatu medio in foro mox capite plexus terraque conditus eſt.
Num. 741. regiſt. 10. Sed & Chriſti anno 1461. & 1486. ſuſpicioſa tẽpora fuiſſe ſatis inde liquet quòd tum civitas fluvium Moſellam catenis ad id etiamnum paratis ſub ponte clauſerit, quemadmodum dubiis rebus & ante Fridericum tertium Cæſarem longo B
ævo, & poſt uſque ad hanc memoriam ſæpiùs pro more factitatum conſtat. Sigiſmundo imperante poſt obitum Ottonis Archiepiſcopi pernicioſo bello Vdalrici non juſti Pontificis maximam cladem acceptam dictum eſt in ſuperioribus: eoque gravius aliquandiu fuit civitatem ab inſidiis, cives ab hoſtium injuriis tueri. Sed poſtquam anno Chriſti 1437. cum ipſis Calendis Ianuariis auſpicatius Chriſto propitio ſeculum & novum Alberti Auſtriaci auguſti ſangui-
Acta Comitiorum. nis imperium exortum, proximoque anno primis Comitiis Norimbergæ de pace publica conſultatum, ac deinde Chriſti anno 1442. Friderici 3. Cæſaris conſtitutio de præcipuis reipublicæ cauſis ut tunc erant tempora, præſertim de diffidationibus, pignerationibus, faidis belliſque & equeſtribus miniſtris frequenti
Getruckter abſcheidt. Reformatiõ Röm. Königs Friderichs. Getruckter abſcheidt Landtfriede Königs Maximiliani. conventu Francofurti edita fuiſſet, uti rurſum Chriſti anno 1486. Francofurti idem Imperator Fridericus novam legem de pace per decennium tenenda tulit, C
& tandem Chriſti anno 1495. pleniorem ea de re ſanctionem D. Maximilianus Cæſar ſacroſancti Imperii Romani ſingulare præſidium & ornamentum VVormatiæ publicavit haud parum inde Principum nobilitatiſque ac civitatum totius regni Germanici res tranquilliores eſſe cœperunt, prædonum audacia, po-
Num. 741. regiſt. 4. tentiorum licentia, militarium protervia judiciis frenata eſt. Quibus momentis
Num. 741. regiſt. 7. & 9. tam frequentes ut olim controverſias cum omnis generis hoſtibus Auguſta quoque Treverorum habere deſiit. Atque interim anno Chri. 1454. mœnia civitatis pluribus operibus factiſque per circuitum feneſtris emendavit: deinde circa Chriſti annum 1482. tectis additis & affuſo aggere per curatores ad id ex Senatu creatos longè firmiora commodioraque reddidit. Erat ut dictum eſt à bello Vdalrici exhauſta publicè ac privatim, eoque opportunior injuriis: & calamita- D
tem iſtam myſtis ſuis referebat acceptam, qui tum ob eam cauſam aliquot annis ab urbe exulaverant. Proinde Iacobus primus Archiepiſcopus anno Chriſti 1439. exeunte, Pontificatum adeptus, ſingularis induſtriæ vir, confeſtim operam dedit quò ſacrificorum ordinem, ſeptem Eccleſias vocant, in gratiam cum
Num. 706. paſſ. 4. & 5. Senatu populoque redigeret. Sic anno Chri. 1440. menſe Majo convenit uti myſtæ ſex annis proximis de vino decimas in ærarium civitatis penderent, ipſiſque redire in urbem liceret, ac denuo ſub tutela fideque publica civitatis forent.
Num. 102. 103. 106. 1. 2. 112. 114. 1. 2. 119. 128. 1. 2. 131. 1. 2. 132. 134. 140. 1. 2. Eam enim poteſtatem ſuo jure tum antiquitus tum iſta memoria & deinceps habuiſſe & exercuiſſe Senatum Treverenſem non ſolùm in laicos cujuſcunque conditionis, verumetiam in ipſos myſtas expeditum eſt exemplis illuſtribus. Deinde Romani Pontificis & Friderici Cæſaris præcipua gratia, Saxoniæ quoq; Du-
Nu. 109. 123. cis præſidio quod ad occupandum Lutzenburgicum Ducatũ eo tempore miſſum erat, fretus Iacobus, cum res civitatis afflictas, nec ab Eliſabetha Gorlitz. a

Lutzen-

Digitized by Google

A Lutzenburgi Principe, nec à Renato Lotharingiæ Duce qui procul in Narbo-
nenſe provincia degebat, filioq; juveni Lotharingiam cõmiſerat, auxilium ſpe-
rari poſſe ſciret, controverſias quaſdam civitati movit iniquas perinde ac non ne
ceſſarias, obtinuitque tantiſper dum ipſe viveret, nova quædam ſtatui quæ tamẽ
uſu recepta non ſint. Ad eundem modum primis Pontificatus annis ſucceſſor
eius archiepiſcopus Ioannes ſecundus Senatũ Treverenſem pacta quædam inire
ſecum coegit donec viveret rata futura: cæterùm & ipſe dein à talibus ceptis de-
ſtitit. Et in rebus ab eo geſtis antea cõmemoratum eſt quemadmodũ anno Chr.
1460. ſolenni in civitatẽ introitu libertatem eius & conditionẽ ſe non deteriorẽ ""
redditurum jurejurando addixerit. Dein etiam Chri. anno 1478 de patrocinio, "" Tomo 5. e-
tutela & protectione quum ipſe controverſiarum judex reciperetur, atque uti piſc. litem
judicatis ſuis tum ſtaretur, & eo nomine quotannis illi certam pecuniam depen- BB.
B di, necnon de cauſis quibuſdam aliis ſed rerum ferè privatarum cum Senatu cõ-
poſuit. Altero anno pòſt fœdus item donec viveret cum civitate percuſſit de Docu. civ.
mutuo adverſus quamcunq; vim auxilio. Leges fuere tales. Pontifici urbẽ Tre- Num. 278.
verim contra ſuos hoſtes belligerandi cauſa, & viciſſim Senatui populoq; Tre-
verenſi contra illorum inimicos Archiepiſcopi oppida propinqua Palatiolum,
Saroburgum, Vitelliacum, Grimburgum & Gallopillichum patere atque recep-
taculo fore: ſic tamen uti neque pontificiæ cohortes in urbe Treveri, neque co-
piæ civitatis in oppidis pontificiis dominatu vel qua eiuſmodi moleſtia cives ip-
ſos & incolas interim dum receptentur premant aut afficiant: eoq; nomine præ-
fecti militares priuſquam admittantur utrobique fidem ſuam aſtringerent. Pa-
rem etiam rerum venalium copiam utrinque tum præſtitam iri. Ipſam Trevero-
rum Auguſtam ſi quò infeſto exercitu, peti, vel obſidione tentari contingeret,
C Pontifex cum omnibus ſuorumq; viribus ſuo ſumptu ad depellendam vim con-
feſtim ſubveniat: pariterque ſi quiſquam ipſum Archiepiſcopum aut eius diœ-
ceſin hoſtili manu infeſtans, oppidorum eius quæ commemorata ſunt, ullum
obſideret vel caperet, eo populũ Treverenſem ſuo ſumptu maximis ſuis viribus
ſubſidio proficiſci, nec longius, deniq; communi marte populationibus obſiſti
placuit. Si quod diſſidium vel ſchiſma Romanam eccleſiam aut imperium Ro-
manum impeteret, Treverenſes ipſi ſuo pontifici tanquã provinciæ Principi atq;
ſuperiori adhæreant, ſicuti membra capiti, pro vetuſto ac laudabili more, fide-
que & fœderibus majorum qui divelli ſeſe paſſi non ſint. His ita conſtitutis ſum-
ma decœterò concordia fuit. Ipſe Pontifex interdum ex ordine Senatorio Tre-
verenſi quoſdam ad ſe pro conſilio venire petiit: profectique ſunt eo nomine Docu. civ.
ad Pontificem quos Senatus juſſerat, etiam uſque Confluentiam uti anno Chri. Num. 715.
D 1481. accidit. Viciſſim conſtat Senatum in rebus magni momenti Archiepiſco- regiſt. 12.
pum conſuluiſſe: qui etiam anno Chriſti 1492. cum Mareſchalcus Imperii Bap-
penhemius hoſpitia ſibi in urbe dierum aliquo tpre quingentis circiter equiti-
bus præberi poſtulaſſet, jamque tum priùs civitatum legati unà cum Eiſenſta-
dienſi Epiſcopo & Hungarica legatione diuturnam ubi moram egiſſent, ſibi
quid videretur Bappenhemio reſponderi poſſe reſcripſit, modo idipſum Senatui
non diſpliceret. Aliud exemplum commemorare attinet eximiæ conſenſionis. Docu. civ.
Nicolaus Cervinius erat eâ tempeſtate ſatis inquietus homo, ſed opulentus, & Nu. 335.&c.
Scabinus Senatorque ac Magiſter civium: quo magiſtratu cum ipſo ordine diſ-
ſidere cœpit: & in cuſtodia Senatoriæ Curiæ juſſus eſt aliquandiu degere. Tan-
dem verò cum ſibi quoſdam ex Senatu adverſarios nominatim popoſciſſet, li-
tem inter ipſos agitari placuit. Senatus ne videretur aliquo partium ſtudio mi-
nus ex æquo judicare, Pontificis conſiliarios unà cognitores fieri voluit: atq; ſic

Digitized by Google

conjunctim ea cauſa pertractata eſt. Tandem Nicolaus ſimul cum uxore Adelheida poſtquam certis legibus in arbitrium poteſtatemque judicum ſignatis tabulis ſeſe permiſiſſet, fidemque jurejurando in id addixiſſet, occaſione nova conceſſit ad Mediomatricos, & Renatum Lotharingiæ Ducem adverſus Senatū Treverenſem appellavit: datiſque literis ad collegia plebis Treverenſis, contra Senatum infeſta moliri videbatur. Atque interim cum fidem publicam per primores plebis abs Senatu ſibi impetrari poſtularet, quò de non præſtitis quibuſdam promiſſis inter ipſos & ſe cognoſceretur, Senatus non ſibi ſolum, ſed etiam Pontificis conſiliariis, ſiquidem judices unà recepti erant, eam poteſtatem competere vel certo judicio. vel honoris cauſa ratus eſt, adque ad Pontificem bona fide retulit, ſicuti certis epiſtolis anno Chriſti 1484. 1485. 1487. & 1489. datis liquet. Adeo poſt fœdus illud paulo antè anno Chriſti. 1480. pactum candida fidaq; concordia civitas cum Pontifice certavit: & propterea Sanatus ſcribaq; civitatis Ioannes Oberndorffius qui erat in ſumma gratia Pontificis eiq; mirificè devotus cliens, admodum blandis verbis ad hūc Pontificem in literis uſus deprehenditur: quæ tamen ſecundum conventa mercenariæ tutelæ legeſque fœderis accipi oportere ambigendum non ſit.

Tomo epi. 5. Miſſ. 25. Docu. civ. Nū. 130 & Tomo epi. 5. Miſſ. 41. Docu. civ. Num. 388 Tomo epi. 4 Miſſ. 2

Archiepiſcopum hunc Ioannem ſecundū Treverenſe gymnaſiū denuo erexiſſe ſcriptor eius commemorat, ſicuti in ſuperioribus relatum eſt: ſed exactius rei veritatē indicare convenit. Iacobus primus deceſſor Ioannis ſecundi, à Nicolao 5. Pontifice Romano Diploma geminum obtinuerat quorū primum ſic habet. Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam &c. Cùm ſicut accepimus venerabilis frater noſter Iacobus de Sirck Archiepiſcopus Treveren. & prout etiam dilectus filius noſter Arnoldus Heimerici de Clivis literarum apoſtolicarum abbreviator & ipſius Archiepiſcopi Secretarius ac in Romana Curia procurator nobis retulit, in eius civitate Treverenſi tanquā loco inſigniori & magis ad hoc accommodo & idoneo, in quo aëris viget temperies, victualium ubertas cæterarumq; rerum ad uſum humanum pertinentium copia reperitur, deſideret plurimum fieri & ordinari per ſedem apoſtolicam ſtudium generale in qualibet licita facultate, Nos præmiſſa &c. conſiderantes & præſertim idoneitatem dictæ civitatis quæ etiam ut accepimus ad multiplicāda ſanctæ doctrinæ ſemina & germina ſalutaria producenda valde accommoda exiſtit &c. ipſius Archiepiſcopi in hac parte ſupplicatiōibus inclinati, ad laudem divini nominis & eiuſdē fidei propagationem auctoritate apoſtolica tenore præſentium in eadē civitate Studium generale erigimus, ac ſtatuimus & ordinamus quòd illud inibi perpetuis temporibus vigeat tam in theologia & jure canonico ac civili, quam in quavis alia licita facultate quodque legentes & ſtudentes ibidem omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, honoribus, exceptiōibus & immunitatibus &c. magiſtris, doctoribus ac ſtudentibus cōmorantibus in Sudio generali Colonienſi competentibus gaudeant & utantur &c. Sequitur de promotionibus, ut fieri debeant etiam *juxta* conſuetudines in Studio Colonienſi ſervari ſolitas, & de promotorū jure docendi, legendi & regendi ubicunque, ac poſtremò de Conſervatoribus qui præfatos Magiſtros, Doctores & ſcholares adverſus hanc conſtitutionē moleſtari vel injuriari non permittant cū fuerint requiſiti, ſed eos defendant, auctoritate apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam contradictores compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtræ erectionis, ſtatuti &c. infringere, vel ei contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignitatem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datum

A Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarn. Dominicæ 1454. Non.
Febr. Pontificat⁹ noſtri anno 8. Alia bulla. Nicolaus Epiſcopus &c. Cupientes igi
tur ut Doctores & Magiſtri in eodem ſtudio manuteneri ac ſtatum ſuum decen-
ter tenere poſsint, eiuſdem Archiepiſcopi etiam in hac parte ſupplicationibus in
clinati &c. ſex canonicatus et totidē præbendas ac etiã tres parochiales Eccleſias
vel earum perpetuas vicarias ab ipſius Archiepiſcopi vel quorũcunq aliorũ col-
latorũ eiuſdem civitatis & diœceſis Treverēſis pertinētes, quos & quas idem Ar-
chiepiſcopus duxerit nominãdos ſeu nominandas, Vniverſitati dicti ſtudii Tre-
verenſis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuó incorporamus, an-
nectimus & vnimus &c. vt illorum & illarum fructus, redditus & proventus in
Doctorum & Magiſtrorum legentium huiuſmodi uſus vtilitatemq; convertere
& perpetuó retinere liceat, diœceſani loci & cuiuſcunq; alterius ſuper hoc licen-
B tia minimé requiſita. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum, an-
no incarnation: Dominicæ 1454. prid. id. Feb. Pontificatus noſtri anno 8. Iacobus
porró Archiepiſcopus eodē feré tempore vel pauló poſt in Auſtriam profectus
erat ad Imp: Fridericum 3. vbi cúm ampliſſimam novamq; ſuorum privilegiorũ
confirmationem obtinuiſſet, ęger domum reductus diuturno deinde morbo
linguæ atq; mentis vſum amiſit: & tandem Chriſti anno 1456 mortem obiit,
ſicuti in Epiſcoporum Catalogo relatum eſt. Iacuit igitur hoc negotium
Academiæ donec anno Chriſti 1472 inter Archiepiſcopum Iohannem ſecun-
dum & Senatum Treverenſem convenit vti Pontifex acceptis abs civitate duo-
bus aureorum millibus impetratas non pridem à Nicolao 5 Papa Bullas Sena-
tui traderet: inſuper cúm in curia Romana longé plus poſſet quàm civitas, no-
vũ impetrat diploma quo Bullę ſuperiores & gymnaſio deſtinatæ præbēdæ cer-
C to numero confirmarētur, Signatam mox apocham Pontifex numeratorũ ſibi
duorum millium aureorum dedit Confluentiæ, die lunæ poſt feſtum S. Valenti
ni menſe Febr: exeunte: anno Chriſti 1472 more Treveren. literiſq; die Veneris
ſequenti ad Senatum perſcripſit legatos civitatis tradita pecuniâ viciſſim iuxta
conventionē Bullas recepiſſe: proinde ludum inquit, in Dei nomine inchoare at-
qué uti oportet in talib⁹ facere poteſtis. Poſt hæc Senatus paſſim tale ſcriptum
publicé propoſuit. Divina celſitudine quæ vniverſa per ſummam eius ineffabi-
lem ſapientiam in ſeſe ſuaviter & ſalubriter ordinat dirigente, magna deniqué
clementia vniverſalis Eccleſiæ Paſtoris civitati noſtræ Treverenſi vetuſtate &
ſanctitate inclytæ nec non quorumlibet victualium uberrimæ, de alma Vniver-
ſitate piiſſimé proviſum eſt, non ſine ſingulari operâ Reverendiſſimi dum
D vixit Archipræſulis Treverenſis Iacobi de Sirck fœlicis recordationis, moderni
quoqué noſtri gratioſiſſimi Principis ac Domini Archiepiſcopi Treverenſis per-
vigili directione operoſaqué cum promotione paterné collaborantis. Hinc nos
Civium Magiſtri, Proconſules & eiuſdem prænominatæ civitatis Conſules divi-
no excitati munere tam magnificam nec non clementiſſimam per ſummũ Põti-
ficem adhærentes almæ Vniverſitatis proviſionem, in gloriam Dei, totius orbis
profectum noſtræqué civitatis permagnam ſublimationem maturo deliberató
qué duxim⁹ conſilio vnâ cum conſenſu noſtræ communitatis gratiſſimo ani
mo acceptare, acceptandoqué liberaliſſimé in ſingulis providere. Vnde notum
ſit per orbem vniverſis, eandem Vniverſitatem divina aſpirante gratia ſolenni-
ter eſſe inchoatam, cum proviſione lectionum conſuetarum ac licitarum facul-
tatũ. ſacræ videlicet Theologiæ, vtriuſq; Iuris, Medicinarũ ac Artiũ cũ magnifi-
cis ſtipēdiis Doctorum legentiũ. quæ & cœteris Doctoribus pariterqué Magiſtris
ad legēdũ ſupervenientibus favore eodem parati ſumus porrigere, ſingulis quo-

quẽ ſtudentibus animum communicare benevolentiæ noſtræ, deniqué promo- A
tionis cum diligenti privilegiorum obſervantia ad inſtar Vniverſitatis almę Co-
lonienſis affectum largiſſime inpendere. Quatenus Dei honor, profectus fidei,
atq; totius orbis noſtræque civitatis decorcreſcat in ævum, eo præſtante â quo eſt
omnis perfectio & ſapientiæ ſublimitas. Dat: ſub ſecreto noſtræ civitatis, Anno
MCCCCLXXII. more Treverenſi, XVI die menſis Martii. Senatus itaq; ceſſis ſi-
bi Pontificiis bullis ſuo iure ſuoque ſumtu diſciplinarum Profeſſores conduxit,
in ædibus civitatis quæ Collegium maius etiamnum vocantur ſcholas aperuit,
eaſdẽque cõvenientibus auditoriis aptavit, ſalaria Ludimagiſtris in ærario ſuo
perſolvit. Iohannes etiam Archiepiſcopus vti promiſerat, novum Diploma Ro
mę impetratum Senatui tradidit huiuſcemodi: Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorũ
Dei. ad perpetuam rei memoriam. In ſupremæ dignitatis ſpecula licet immeriti
divina diſpoſitione conſtituti &c. confirmat & approbat Nicolai V. Papę literas B
Iacobo Archiep. Treverenſi de ſtudio generali cõceſſas, inſuper ad ſupplicatio-
nem Iohannis Archiepiſcopi vnit, annectit & incorporat Vniverſitati dicti ſtudii
Treverenſis, quó Doctores & Magiſtri ejus lectionibus intendere & onera iis im-
pendẽtia ſupportare commodius poſſint, in ſingulis S. Simeonis Treverenſis &
S. Florini & S. Caſtoris in Confluentia, ac in Munſtermeinfeldt & in Dickirchen
ac in Palatiolo eccleſiis vnũ Canonicatum & vnam prębendam primo vacatu-
ros, necnon in Andernach & Diethenhoven & Epternach dictæ diœceſis. ac S.
Laurentii & S. Gangolphi Trever. parochiales eccleſias cum omnibus iuribus
& pertinentiis ſuis, ſub onere legendi in Vniverſitate huiusmodi &c. reſervatis
tamen congruis portionibus pro perpetuis vicariis dictarum parochialium ec-
cleſiarum &c. Non obſtantibus &c. Ac ipſi Vniverſitati quód omnibus & ſin-
gulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratiis, conceſſionibus & favoribus C
quibus Colonienſis & aliæ Vniverſitates ſtudiorũ illarum partium gaudent &
vtuntur, vti & gaudere valeant, nec non Rectori & Vniverſitati prædictis quód
perſonas â jure prohibitas ad audiendum leges admittere poſſint, auctoritate
apoſtolica prædicta tenore pręſentiũ indulſit. Nulli ergo &c Datũ Romę apud
ſanctum Petrum, anno incarnat: Dominicę 1474. 7 kal. Iunii, Pontificatus no-
ſtri anno 3. Satis quoque conſtat Academiam Treverenſem parochialium
quarundam eccleſiarum poſſeſſionẽ deinde quãprimũ vacarunt nactam deq;
canonicatibus & præbẽdis ulterius quæri poteſt quid acciderit: cœterũ omnia
pridem intercidere averſa que ſunt, & aureorũ duo millia perdidit civitas, nec
auctoritatẽ ſcholæ publicæ tueri queat niſi vel impenſa ſua, vel ex æquo reſtitu
tis quó pertinent vnitorum beneficiorum proventibus, aut alia aliqua com-
penſatione recepta. Sed hæc hactenus. D

Plura de temporibus Friderici III, Imp: commemorare non ſinit anguſtia tem-
poris: itaque de ſeculo Cęſaris D. Maximiliãi I. breviter quoque videndum eſt.
Auguſtam Treverorũ ab eo perinde atque â patre ſuam & Imperij civitatem
Docum Num. 53. appellatam fuiſſe conſtat. Inſuper acta ejus iſtud de hac vrbe judicium mani-
„ feſtó probant. In primis obitum Imperatoris Friderici Aug: partis ſui Magiſtro
Docum Num. 41 civium & Seuatui Treverenſi denuntiavit literis datis anno Chriſti 1493 Regni
Docu. cit. Num. 40. ſui 8. Ad comitia cœtusque publicos Imperij tam ſuperſtite adhuc quám rebus
Docu 43. & Tomo humauis erepto jam parente legatos ſuos mittere Treverenſes juſſit, nominatim
epiſt. Miſſ. anno Chriſti, 1488. 1492. 1493. 1494 1502. 1506. &c. Sed & plurima ſicuti ad ſuam
5. Docum & Imperij civitatem Treverim Mandata tam ſubſidiorum nomine quám
Num. 45. ob alias cauſas dedit - & exemplo ſunt Tabulæ Cæſareæ de Anno Chriſti 1492.
Docum Num. 51. 1495. 1497. 1504. 1507. 1515. &c. Comitia quoque ad Auguſtam

Treverorum

A Treverorum anno Chriſti 1512. â Maximiliano Cæſare indicta, deque maximis Imperij negotiis habita fuiſſe vulgo notum eſt & extant publicæ conſtitutiones tum latæ, quæ Receſſus imperialis conventus Treverenſis & Colonienſis inſcribuntur & datæ in Comitiis Treverenſibus & Colonienſibus die 26 Auguſti &c nam coorta peſtilentia concilium in Agrippinenſem Coloniam transferre neceſſe fuit. Conſtat integris penè quatuor menſibus nempe Martio, Aprile, Maio & Iunio Treveris ac deinde duobus menſibus Iulio & Auguſto Coloniæ conſeſſum. Scheckmannus lib. 4. cap. 7. catalogum ponit tam procerum quam legatorum qui tum Treveris adfuere. Memorat Vrielem Moguntinum, Richardũ Treverenſẽ, Philippum Colonienſẽ Archiepiſcopos, & Ludovicum Comitẽ Palatinum Rheni Principes Electores. Alios deinde plurimos Proceres, Pontifices, Dynaſtas, item legatos Papæ, Regumq; Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ Navarræ: Ducum B inſuper & Epiſcoporum & aliorum innumeram pene copiam ut ipſe loquitur, adfuiſſe prodit. Sunt qui etiam Vngariæ Poloniæque legatos addant: & præter omnem controverſiam frequentiſſima celeberrimaque comitia fuere. Scheckmannus item lib. 3 cap. 6 7 & 8. longam deſcriptionẽ texit quemadmodum D. Maximiliano Cæſare jubente qui tum, inquit, ſervandæ Imperialis Dietæ gratia Treveros declinaverat, conſulturus ibidem & tractaturus de ſacri Rom. Imp. totiusque Chriſtianæ Reip. negotiis, tunica Domini Ieſu inconſutilis investigata & præter alias Sanctorum reliquias infinitas reperta fuerit die 14 Menſis Aprilis, quartis feriis Paſchalibus: ac deinde die Maij cùm celebrarentur funerales obſervantiæ Dominæ Illuſtriſſimæ Mariæ Blancæ Sereniſſimæ Imperatricis, filiæ Ducis Mediolanenſis, cum magna ſolennitate, devotione & cultu, præſente C D. Maximiliano Cæſare magnatumque ac populi cœtu in æde maxima pronuntiatam inventionem dicit. Et pergit, Moti tandem Domini Majoris Eccleſiæ conſtantẽ ob interceſſionem Principũ, hæroum & vulgi promiſcui, vt conſẽtaneũ fuit oſtenderunt ſanctam tunicam nondum vt competiſſet ornatam, ſed plicatam vt inventa fuit &c demum ad clamantium fideliũ voces, Domini oſtendite nobis tunicam nudam, apertam, & ſufficit nobis, inducti multifaria precum inſtantia benevolum præbuerunt aſſenſum, & decoratam debetis vt debuerunt clenodiis oſtenderunt expaſſam, nullo tectã velamine. Hinc lachrymæ excutiuntur â pectoribus duris, â manſuetis ſingultus, ſuſpiria & fletus. Confluxerant per dies illos quatuordecim quibus oſtendebatur palam illa ſacratiſſima tunica plusquam centena millia hominum &c. verbis hæc ipſius Scheckmanni D qui tũ vixit & earum rerũ perquam curioſus fuit, referre decuit: ac proinde nihil miri in tanta mortaliũ turba tũ ad Comitia, tum ad inſpectionem tunicæ Domini confluente peſtem natã, & præterea graves alias cauſas transferendi publici conventus exiſtere potuiſſe. Scheckmannus eodem libro cap: 3 recenſet novã inſtitutionẽ & modum oſtenſionis inventarum reliquiarum de ſeptennio in ſeptennium ſervandæ, cum paſſagio Aquisgranenſi menſe Iulio, duabus ſeptimanis, & de indulgentiis promerendis quas Leo X. Pontifex Rom. vberrimas inſtituit, procurante Richardo Archiepiſcopo. deinde proximum caput de commendatiſſima comitate Senatus Treverici inſcribit: & in oſtẽſione inquit, reliquiarum Senatus Treverorũ circumſpectiſſimus magna politia, eximia comitate mira ſagacitate uſus eſt ordinando quæ rei cum eccleſiaſticæ, tum publicæ cõvenirent, vetando quæ inurbanitatem inducerent: & póſt: Senatus magna uſus eſt moderatione libramine rectiſſimo menſus ne adventantes peregrini exactionẽ ſuſtinerent, ne victualia cariore foro venderentur; quoniam menſuratiſſimè providiſſimus Senatus omnibus vendibilibus taxã & regulã indixerat: quo factũ

Docum Num. 47.
Docum Nu. 44. 58.
Docum Nu. 49. 54.
Docum Num. 48.
Docum Num 46.
Docum Num. 44.
Docum Num. 49.
Docum. Num. 50. 53
Getruckte abſcheidter des Reichstags zu Trier und Cöln gehalten und geſchehen auff dem Reichstag zu Trier und hie zu Cöln.
Chronic. variorum.

Digitized by Google

apud Azincuriã an Chri. 1415. die Sanctorum Criſp ni & Criſpiniani 8. cal. Novembris, teſtatur Meyerus lib. 15 rerum Flandr. ſimulq; Richard. VVaſſenburg. A in antiquit. Gall Belg. Proinde ſequenti anno vidua eius Duciſſa Eliſabetha
Docu. civ. Num. 14 Gorlitzia jus civitatis Treverenſis & fœdus priſtinum cum ea ſuſcepit, Datis tabulis Lutzenburgi, die XVIII Septemb anno Chri MCCCCXVI. Hanc poſtea ſecundis nuptiis anno Chriſti 1417. duxit Ioannes Comes Palatinus Rheni, Dux Bojariæ, filius Alberti Hannoniæ, Hollandiæ Selandiæque Comitis, abdicato Leodienſium Pontificatu in Concilio Conſtantienſi, ut perhibet Meyerus libr. 15, quamobrem & ipſe fœdus cum Senatu populoque Treverenſi more majoru
Docu. civ. Num. 15. Lutzenburgi Principum pepigit. Datum die 16. Ianuarii anno Chriſti MCCCC XXII. juxta ſtylum Hollandiæ. Nec diu pòſt cum querelæ incidiſſent inter ipſos Lutzenburgenſes & Treverenſes, earum omnium oblivio decreta eſt, placuitque
Docu. civ. Num. 159. deinceps conditiones fœderis ex integro utrinque ſervari. Conventionis tabulæ B datæ anno Chri. MCCCCXXIII die Dominica poſt feſtum Nativit. Mariæ. Carolum Lotharingiæ Ducem anno Chri. 1390 paternum fœdus cum Senatu populoq; Treverenſi renovaſſe prius dictum eſt. Is moriens unicam reliquit filiam Eliſabetham & ſi Meyero Iſabella vocetur, Renato deſponſatam qui Rex Siciliæ, Dux Andegavenſis & Barenſis dicebatur, & ob Ducatum Lotharingiæ cum Antonio Comite Vademontenſi uxoris patruo malè pugnavit: captus enim & Philippo Burgundiorum Duci in cuſtodiam traditus longoq; tempore Divioni ſervatus eſt, ut præter alios memorat Meyerus lib. 16. Annal. Flandr. in anno Chri. 1431. Ita factum ut Eliſabetha hæc Duciſſa Barenſis & Lotharingiæ & Marchioniſſa Marchiſiæ Pontis Comitiſſaque Guiſiæ prædictorum Ducatum
Docu. civ. Num. 26. & terrarum Domino ſuo ſponſo abſente Gubernatrix & Adminiſtratrix, (verba enim hæc ſunt tabularũ) avitum fœdus cum Senatu populoq; Treverenſi firmaverit, Datũ in Pŏte Moncionis die XXII. mẽſis Ianuarii, anno Domini MCCCC C XXXI more Gallicano: ſicuti & ipſe Renatus poſtea fecit, Datis literis in villa
Docu. civ. Num. 27. ſua de Nanceijo, die VII. Septembr. Anno Chri. MCCCCXXXII. Dimiſerat enim eum cuſtodia Burgundus ſed accepta fide uti reverteretur: & in cuſtodiam rediiſſe tradit VVaſſenburgius in antiquit. Gall. Belg ac demum anno Chriſti 1445. compoſita inter ipſum & Philipum Burgundum omnia ſcribit Meyerus annal. Flandr. lib. 16. Fratris morte Chriſti anno 1435. multarum regionum imperium nactus è Lotharingia diſceſſit, ac demum ſenex anno Chri. 148.. in provincia Narbonenſi mortem obiit ut dicit VVaſſenburgius in antiquit. Gall Belg. Ludovicum autem filium Marchionẽ Pontis Moncionis quum digrederetur è Lotharingia legatum eius regionis conſtituerat. Itaq; quòd Burgundi captivus D
Docu. civ. Num. 184. 185. 187. 188 fuiſſet, auxilium civitati Treverenſi adverſus Vdalricum electum in Archiepiſcopum Treverenſem ferre ſe ex fœdere non potuiſſe tum ipſe Renatus, tum filius eius Ludovicus cauſatus eſt. Hæc de Lutzenburgico Lotharingicoque fœdere Sigiſmundo Aug imperante. Sed & alia interim coluit civitas vel priùs, vel hoc ipſo tempore conſtituta: viroſq; nobiles quamplurimos & proceres regionis ob
Docu civ. Num. 456 493. 497. 490. atque 496 768. 469 482. 484 480. operam bellicã, patrocinium, conſilium, receptationem ac alias eiuſcemodi neceſſitates partim temporariis, partim perpetuis ſtipendiis affecit, uti editis tabulis conſtat de anno Chriſti 1410. 1411. 1421. 1424. 1432. 1433. 1437. &c. quibus præ cæteris comprehenduntur Iacobus à Rolingen Dominus in Dagſtul. Ioannes Dominus in Vlmen, Godarthus Dominus in Brandenburg duo Arnoldi de Sirck pater & filius, Erardus à Gimnich eques Dominus in Berpurg aliiq; complures. Comes quoq; Rupertus Virnenburgius veteri fœdere civis Treverenſis & adjutor belli cum diſſidium incidiſſet, per Vdalricum electum in Archiepiſcopũ

reco-

A reconciliatus eſt civitati, priſtino fœdere confirmato Chriſti anno 1430. tametſi haud diu pòſt denuo factus hoſtis. Bellatũ ea memoria cum multis, præſertim cũ fratribus de Balderingen circa Chriſti annum 141 . & cum Ioanne Domino in Criechingen anno Chriſti 1419. & cum Ioanne Domino in Reifferſcheidt anno Chri. 1424. & cum Erardo de Gimnich domino in Berpurg anno Chriſti 1437. Sed longè graviſſimo bello civitatem afflixit Vdalricus à Manderſcheidt pontificatum per vim tenens adverſus Iacobum de Sirck & Rabanum Archiepiſcopũ, uti dictum eſt in Epiſcoporum catalogo. Proceres, dynaſtæ, nobiles, equites, plebes in partibus Vdalrici hærebant: ſed à civitate Treveri excludebatur, & obnoxius erat atrocibus edictis eccleſiaſticis quæ Rabanus anno Chri. 1432. die Veneris ante Palmarum publicaverat & Senatus populuſque Treverenſis ſanctè colebat. Tandem itaque per dolum nocturna irruptione tentare urbem decrevit: quod cùm ipſa nocte ad negotium agendũ ſumpta proditum civitati fuiſſet

Docu. civ. Num. 706. paſſu.; Docu civi. Num 467. Tomo epiſc. 4 protractum. D. VVincl Docu civ. Nu. 491. 470.

B nec procederet, proximo die trium Regũ feſto VVilhelmus à Staffel Marſchalckus Domini Vdalrici bellum apertũ Senatui populoq; Treverenſi indixit anno Chri. 1433. Menſe Ianuario, factique ſunt eius adjutores Dominus VVilhelmus Comes de Manderſcheidt Domini Vdalrici frater & plurimi diœceſis præfecti. Maximum hi damnum prædis & incurſionibus civitati dabant: arcem etiam in Contz occupaverant quæ cum vico ipſo ac ponte, fluminis Saræ tranſitum connectente hactenus in poteſtate civitatis Treverenſis fuerat, quod varia literarum monumenta teſtantur: uti inſuper complures olim vicos in Auguſtæ Treverorũ agro ac territorio ſeu bannico milliario quod ditionis Lutzẽburgicæ fines ſupra urbem attingebat, ad eam pertinuiſſe reperitur. Porro cum ſarciri ſibi ab Vdalrico detrimenta poſtularet civitas quæ tum præfecti eius intulerant, ipſe quoque

Docu. civ. Num. 450. 607. 741. 1 tranſum. 2. Burvgegiſter 705. paſſu 13. & 15. 702. tranſumpt. b.

C ſimul cum Ruperto Comite Virnenburgio ac illius filio denuntiavit hoſtilia, ſociosq; ſibi aſcivit Theodericum Colonienſem & Conradum Moguntinũ Pontificem, Stephanum Boiariæ, Adolphum Iuliæ & Bergiæ Ducem, Iacobum Marchionem Badenſem, Fridericum Comitem Veldentziæ, Dominum Richardum Hurdt equitem aliosq; complures. Ducem præterea Burgundiæ traxit in partes, eique duas diœceſis arces VVelmich & Alcken conceſſit. Deinde Comes quoque de Spanheim hoſtis factus eſt. Maximis igitur copiis contractis Vdalricus tandem die Iovis ante Palmarum eodem anno Chri. 1433 caſtra civitati admovit, ingentẽ numerum bellicorum tormentorum adduxit: fruſtra tamen in obſidione aliquandiu cum hæſiſſet, de pace agi cœptum obſidiumq; levatũ eſt. Die Martis poſt feſtum Aſcenſionis medio ferè Maio menſe pacis arbitri utrinque convenerunt ad vicum ſuburbanum Biverium trans Moſellam: miſeratq; Re-

D natus Lotharingiæ Dux legatos idoneos qui tum civitati adfuere, tametſi ex fœdere pro ſubſidio appellatus cum pax nõ ſuccederet, excuſaverit ſeſe quòd à Burgundo captivus teneretur, nec arbitrii ſui eſſet, nec aliter quàm cum bona Burgundi gratia quã hactenus obtinere nequiverit, denuo tamen poſtulare non ſit intermiſſurus, ferre opem civitati poſſet niſi vitam fortunaſq; ſuas in extremum diſcrimen adducere vellet. Idipſum filius eius Ludovicus anno decimo pòſt eodẽ modo cauſatus & paulo ante commemoratum eſt. Ducatum Lutzenburgicum tenebat ea tẽpeſtate vidua Ioannis Palatini Comitis Rheni &c. Eliſabetha Gorlitzia, dubiis rebus, ob inteſtinam ſuorum diſcordiã ipſa opis indiga, cliens Philippi Burgũdi: qui cum partes Vdalrici Electi tueretur, nec ab illa muliere civitas præſidii quicquã cõſiliive, ſperare poterat. Rabanus dein Archiepiſcopus in urbẽ venit eodem anno, die Lunæ poſt feſtum D. Iacobi, menſe Iulio exeunte, ſed die ſexto pòſt rurſum diſceſſit. Confeſtim Vdalricus ipſa die D. Helenæ medio ferè

Docu. civ. Num. 184. 185.

Docu. civ. Num. 187. 188.

menſe

menſe Auguſto maximũ exercitum denuo ad urbem adduxit. Octo integris diebus è monte Martis, nunc D. Martini vocant, qui ſummo jugo civitati ad Orientem imminet, infeſta tormentorum jacula projecit: ex aliis quoque montibus undiq; machinis adacta tela, graviq; admodum obſidione preſſa civitas & acriter oppugnata eſt. Conſtat in urbe fuiſſe ſociorum conductorumq; præſidium equitum amplius trecentorum. Nec defuere pedites. Stipẽdiis enim eo tempore quam plurimos aluit civitas tum nobiles viros, tum alios. Tandẽ cũ nihil in obſidione proficeret hoſtis, urbe relicta caſtrum Schoneck in Eburonibus agreſſus eſt, æq; tamen irrito conatu. Ad eum modũ toto quinquennio debachatum priuſquam res componerentur: & urbs Treveris interim maximam cladem paſſa eſt. [Docu. civi. Num. 79. 2.] Exhauſtis reipublicæ ac civium fortunis æs alienum ingens contractũ: quod gravioribus annuis penſionibus ita uti decedente creditore ſors extingueretur potiſſimè diſſolutum quæſtoriæ tabulæ docent. Atq; hæc breviter ex antiquis Senatus monumentis quæ ſuperſunt, de ſtatu Auguſtæ Treverorum ſub Imperatore Sigiſmundo commemorare operæpretium fuit.

Albertus 2. Cæſar qui Sigiſmundo ſucceſſit, alterum annum Imperii non explevit. Deinde Fridericus 3. Anno Chriſti 1440. Rom. Rex creatus eſt. Eius inſignem pietatem & integritatem præter alios ſcriptis prodidit Aeneas Sylvius poſtea Pius 2. Pontifex Max. Et inter cætera traditur unicum eum juſjurandum tantummodo nempe Rom. Imperii Proceribus dixiſſe, quod tota vita ſanctiſſimè coluit. Rebus ſecundis adverſiſque pariter inclytus fuit, quibus leviter ſaltem perſtringendis Ilias exeat, cùm favente Divino numine longam admodum ætatem in Imperio Romano exegerit. Vivus videnſque certus ſuam poſteritatem Auguſti ominis Deo Opt. Max. cordi eſſe atque reipublicæ fidum in extremis præſidium, fœlici fato quievit. Treverim quo loco habuerit quærendum: ſed tempus nunc non ſuppetit ad copiam, proinde neceſſaria brevitate multa prætermitti eximia neceſſe eſt. Primum omnium conſtat Fridericum hunc Imp. Aug. Edictis ad Senatum populumque Treverenſem miſſis urbem [Docu. civ. Num. 67. 62. 58.] Treverim ſuam & Sacri Imperii civitatem appellaſſe. Quamobrem etiam anno Chri. 1449 ac rurſus anno Chri. 1451. cum prior profectio fuiſſet impedita, Treverenſes ad expeditionem Italicam coronæ ſumendæ gratia ſicuti reliquos Imperii ſtatus vocavit. Eoſdem ad omnia Comitia non ſecus item ac cæteras ſuas & Imperii civitates legatos ſuos mittere juſſit, quod etiamnũ plurimis eius literis ad Magiſtrumcivium Senatumque Treverenſem datis comprobatur, & in exemplum ſunt codicilli de anno *a.* 1454. *b.* 1466. *c.* 1470. *d.* 1473. *e.* 1474. *f.* 1488. *g.* 1489. &c. Eodem modo ſubſidia publica Fridericus Cæſar ab Auguſta Treverorũ exegit, quod pluribus monumentis conſtat præſertim de anno *h.* 1475. *i.* 1478. *k.* 1487. *l.* 1488. *m.* 1489. *n.* 1492. &c. Et in Comitiis Cæſareis certus numerus vel pecuniæ vel armatorum civitati Treveri indictus eſt uti indubitatis ſcriptis tum quas vocant matriculas, tum aliis liquet, nominatim ex anno Chri. *o.* 1467. *p.* 1471 *q.* 1480. 1481 *r.* 1486. *ſ.* 1487. *t.* 1489. *u.* 1492. &c. Eoque nõine fiſcalibus etiam monitionibus & actionibus aliquoties impetitos Treverenſes negari nequeat, argumentoque ſunt tum acta ipſa, tum aliæ certæ tabulæ, veluti de anno Chriſti *x.* 1482. *y.* 1486. *z.* 1487. &c. Liberam inſuper civitatem nec imperio ſui Archiepiſcopi obnoxiam Treverim ab Imp. Friderico æſtimatam alia multa teſtantur, uti Mandata Magiſtro civium & Senatui Treverenſi miſſa Chri. anno 1449. & 1474. Item conventus eiuſdem Imperatoris & plurimorum Imperii Principum Ducisque Burgundiæ Caroli celeberrimus Treveris actus anno Chriſti 1473. Denuntiatum id civitati antè fuerat ab Imperatore: qui deinde cum Maximiliano filio

[a. Num. 65. 68. b. 57. c. 55 d. 63. 75. e. 81. f. 40. 74. g. Tomo epiſc. 5. miſſi. 3. & 2. h. Docum civit Num 66. 67. i. Num. 69 k. 70. l. 80. m. 76. n. 42. 43. o. Speiriſche edit. Tomo civit. 24. p. Speiriſche edit. Tomo civit. 24. q Nu. 60. 61.]

A filio ac multis proceribus advenies die 28 menſis Septembris magno gaudio atq; honore exceptus eſt. Senatus medio in foro piſcina quadam expleta celeri opere eximiũ ædificium excitavit quod Cæſaris Solium appellabatur: ipſum Imperatorẽ cæteroſq; Principes pro fortunis civitatis muneribus affecit, hoſpitia diſpoſuit, cuſtodias egit, publicã quietẽ peculiaribus inſtitutis rexit, cæteraq; munia magiſtratus ſedulò peregit. Longum eſſet omnium Procerum nomina referre qui huic conventui interfuere: multoq; majoris operæ ſit ſplendorem atq, apparatũ, commemorare quo tam Cæſar quàm Burgundus enituit. Inceſſum, ornamẽta veſtes, comites, epulas cæteraque tum alii, tum doctiſſimè Rodulphus Agricola ex Arnoldi Lalani epiſtola latinè expreſſit. Burgundus Regem ſe creari affectabat: Imperator filiam eius Mariam ſuo filio Maximiliano pulcherrimo & auguſtiſſimo adoleſcenti ut dicit Meyerus Flander, annum agenti duodevicesimum

B uxorem petiit, aliæq; maximi momenti res ibi tum tractatæ ſunt. Addit Meyerus & paſſim notum eſt, Maximiliano deſponſatam à patre Caroli filiam fuiſſe: atq; utinam inquit, ſtatim nuptias Carolus celebraſſet ſicuti petiit Imperator. Putat igitur iſtud eximium matrimonium unde tantus in orbẽ Chriſtianũ decor profectus eſt quantus poſt hominum memoriã nullo Regũ connubio, quodq; Germanis, Vgris, Dalmatis, Boihemis, Hiſpanis, Anglis, Italis, Galliæque fortiſſimis populis terra ac mari rectores dedit & etiamnum fœcundè Chriſto propitio majora promittit, ut erat optimis auſpiciis apud Auguſtam Treverorum inchoatum, ibidẽ optimis ominibus confici potuiſſe: lævum Caroli conſiliũ moræ, votum Imperatoris ne differretur atq; adeo ne mutaretur locus longè melius fuiſſe. Præſtita etiam inquit Imperatori à Duce fides de Ducatu Gelriæ, quod facere lõgo tempore Duces Gelriæ recuſarunt. Iuravit item Dux in verba Imperatoris de

C omnibus aliis Principatibus quos intra fines poſſidebat Imperii, ingenti ceremonia & pompa. De variis aliis pompis & ſpectaculis, ludis, adeoque multis ſimulachris equeſtrium certaminum aliis relinquo ſcriptionem. Ita Meyerus. Enimverò ad tam ſolennem conventum aliena Pontificiſq; Treverorum qui præſens erat, urbe veluti precario fuiſſe uſum Fridericum Aug. veriſimile non ſit. Nam ſolent Imperatores eiuſmodi res in ſuis & Imperii civitatibus peragere, ſolent eas talibus honoribus decorare. Nec deerant Imperatori Friderico Metis & Agrippina Colonia: Metique Treverim venerat, à Treveri Coloniam diſceſſit ut inter alios Meyerus quoque teſtatur. Itaque nihil ambiguus Auguſtam Treverorum ſuam & Imperii civitatem cenſuit & appellavit: poſtremiſq; temporibus non fide ſolum ut anteà, ſed etiam jurejurando ſibi devinctam fuiſſe teſtatur in Edictis Eodem modo habitam nuncupatamq; Treverim, & ad Comitia vocatam, &

D pro ſubſidiis appellatam, & conventibus frequentatam à cæſareis præfectis & Principibus tum Electoribus tum aliis, ac cæteris Imperii ciuitatibus illa memoria publicè priuatimque multa literarum monumenta docent, quorũ etiã quædam ad exemplum in judicio prolatæ ſunt. Nec dubium eſt ipſum Treverorum Pontificem Ioannem 2. qui illuſtri genere Marchio Badenſis fuit, & Pontificatum ab anno Chriſti 1456 diu vſque in annum 1503. tenuit, liberam & Imperij civitatem Treverim cenſuiſſe: quod tum pacta protectionis & peculiare eius fœdus cũ civitate, tum alia comprobãt. Denique non Archiepiſcopo ſuo ſubditã, ſed Imperii ſtatum ipſam ſeſe æſtimaſſe literis eius apparet quibus anno Chriſti 1456. cum à Principus Electoribus Moguntino & Colonienſe Archiepiſcopis, Comite palatino Rheni, Duce Saxoniæ Marchioneque Brandenburgio (Treverorum enim Pontifex deceſſerat, & Boihemi iuſto Rege carebant) ad Comitia Norinbergam auxiliumque ferendum contra Turcam vocata fuiſſet, teneri ſe

z Nu 352. 57. 71. 1. Speiriſche edit Tomo civit. 21. x. Tomo epiſc. 5. miſſiva 12. y Docum civit Num. 350. z Num 71. Docu civ. Num. 77. Num. 64. 59. 78. 333. 114. 741. regiſt. 6. 715. regiſt. 22. & 23. 740 lit. P.

Docu. civi. Num. 67. Num. 69. 70. 76. Num. 72. 56. 60. 61. 335. 1. 2. 97. 99.

Tomo epiſc. 5. litera HH. Docu. civi. Num. 278. Num. 749. Churf. Trieriſch Canteley formular.

Digitized by Google

Docu. civi. quidem & cupere auxilio conſilioque rempublicam ſeu Imperium juvare faſſa, A
Num. 79. 1. Num. 79. 2. cæterùm propter maximas clades ſuperiorum temporum allaſque neceſſitates legatos mittere non poſſe cauſata eſt: ipſos Electores Principes orans uti ſe apud Cæſaream Maieſtatem & cæteros Imperii ſtatus excuſent. Præter hæc certum eſt Senatum populumque Treverenſem Friderico 3. imperante ſicuti liberam civitatem fœdera coluiſſe non ſolum Pontificis ſui, ſed etiam externa maximeque priſca cum Lutzenburgiis & Lotharingiis dynaſtis. Eliſabetham Gorliziam quę bis vidua, primùm Antonii Brabantiæ Ducis, iterum Ioannis Palatini Comitis Rheni, Lutzenburgios ditione tenuit & jus civitatis Treverenſis & avitum fœdus pridem inierat, anno Chriſti. 1451. mortem obiiſſe teſtatur in Memoriis Olivertus Marchianus ſynchronus & in republica tum maximè verſatus. Sed anno Chriſti 1443. contumacia diſſidiiſque ſuorum quibus Saxoniæ Dux VVilhelmus ſibi Ducatum Lutzenburgicum vendicans ſubſidium miſerat, agitata, B
Philippi Burgundi opem imploraverat, eum Mamburnum & Gubernatorem Ducatus conſtituerat, pacta ſibi quotannis certa pecunia decem millium librarum ut Olivertus, vel quinque circiter coronatorum millibus ut Meyerus ſcribit. Philippus itaq; Burgundus eo anno Lutzenburgicum Ducatum ſubegit, ac deinceps ditione tenuĩt ſub profectis Cornelio filio ſuo notho, & Gulielmo Sānſonieno. Eliſabetha ſe Treverim contulit, ubi poſt aliquot annos fato cōceſſit & ſepulta eſt, fide publice civitatis adverſus creditores quoad vixit ſeniſque poſt
Docu. civ. Num. 119 mortem menſibus uſa, ſicuti nominatim convenerat. Burgundi inde dubia poſſeſſio Lutzenburgenſium fuit: & Saxoniæ Dux anno Chri. 1453. Theodonis villam denuo miſſis copiis occupavit, ut Oliverius & Meyerus teſtantur: & poſtea Philippi armis pacata iterum provincia, nec tamen turbis caruit. Treveri propterea quòd frumentum inde ad ſe Moſella flumine non deferebatur, vina rurſum C
Num. 714. tranſump. to 10. eò duci intercluſo fluminis alveo non ſinebant. Tandē ut prodit Munſterus, Saxonię Dux VVilhelmus Philippo Burgundo ius ſuum in Ducatu Lutzenburgenſi vendidit. tumq; Burgundus antiquum Dynaſtarū Lutzenburgenſiū fœdus cum civitate Treverenſi innovavit & coluit. Datæ tabulæ Bruxellis die 16 Decem-
Num. 18. 160. bris, anno D. 1459. Obiit Philippus Burgundus anno Chri. 1467. ſenex maximis rebus geſtis, filio Carolo ſucceſſore relicto, qui confeſtim exemplo patris priſcum fœdus cum Senatu populoq; Treverenſi iniit, confirmatis ea de re ſuperio-
Num. 17. rum Lutzenburgenſium Principum literis. Datum apud Marſcheā ad Somam die 10. Decembris, Anno Domini 1467. Sigillum eius tum hanc inſcriptionem habuit, S. Karoli Dei gratia Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ & Lutzenburgiæ Ducis, Flandriæ, Arthesiæ, Burgudiæ Palatini, Hannoniæ Hollandiæ, Zeelandiæ, Namurci Comitis, Sacri Imperii Marchionis, Domini Friſiæ & D
Salinis & de Mechlinia. Cecidiſſe Carolum in pugna Chriſti anno 1477. nonis Ianuarii, nuptiaſque cum eius filia celebraſſe Maximilianum Auſtriæ Ducem
Num. 161. liquet eodē anno, menſe Iulio exeunte. Maximilianus igitur anno proximo literis ad Senatum Treverenſem datis annuam penſionē ob tutelam exegit, ipſumque Lutzenburgicum fœdus ſeſe confirmaturum ſignificavit, Bruxellis die 12. menſis Octobris, anno Chri. 1478. Ac rurſus Archiducis Auſtriæ titulo auctus ex urbe Brugenſi ad Treveros ob pecuniam tutelarem ratumq; eſſe fœdus ſcrip-
Num. 162. ſit die Iovis ante feſtum Purificationis Mariæ Chriſti anno 1482. Deinde cùm anno Chriſti 1494. Philippus Archidux Maximiliani filius ætatis anno 8. Lovanii Brabantiæ Principatum iniiſſet, ipſe quoque priſcum fœdus cum Auguſta Treverorum innovavit, Datæ tabulæ Bruxellis die 2. Ianuarii, Anno Domini
Num. 19 1497. Lotharingiæ principatum temporibus Friderici Imp. anno Chriſti 1470

nactus

A nactus eſt, quemadmodum Richardus VVaſſenburgius ſcribit, Nicolaus, Ioannis Calabriæ atque Lotharingiæ Ducis filius, Renati Siciliæ Regis & Lotharingiæ Ducis nepos, patre tum mortuo, ſed avo adhuc ſuperſtite, quem anno Chri. 1432 fœdus antiquum cum civitate Treverenſi firmaſſe priùs dictum eſt. Nicolaus itaq; Dux ceſſa ſibi Lotharingiæ ditione fœdus majorum ſuorum & ipſe cum Senatu populoq; Treverenſi confirmavit, literis datis Nanceyi die Martis poſt feſtum D. Andreæ Chri. anno 1471. Succeſſit Nicolao poſt biennium fatis erepto (Docu. eiuſ. Num. 38.) conſobrinus Renatus Comes VVademontius, Friderici filius, matre Iolande natus quæ Renati Siciliæ Regis & Lotharingiæ Ducis filia erat. Atque ab hoc Renato Lotharingiæ Duce Marchioneque, Comite VVademontis & Harecuriæ, fœdus cum Treverenſibus more majorum etiam initum innovatum cultumq; eſt: de quo tabulæ datæ ſunt Nanceyi die lunæ poſt Dominicã Reminiſcere Chri.

B anno 1473. more Tullenſi. Deinde Chri. anno 1489. cum mater obiiſſet, titulum (Nu. 29. 80.) Regis Siciliæ Renatus ſumpſit, & Antonium filium Calabriæ Ducem appellavit, quem Chri. anno 1508. moriens hæredem reliquit. Iiſdem temporibus Friderico 3. imperante (Num. 475. 473. 131. l. 2.) Clientes quoque viros nobiles & ſocios & auxiliarios tum veteres tum novos ſtipendiis affecit civitas: præter alios nominatim recenti fœdere conciliatos Dominum VVernerum à Flevilla equitem, Lotharingiæ Ducatus in (Num. 471. Num. 472.) Germania præfectum, & Carſilium à Palandt Dominum in VVildenburg. Bellis quoque multorum petita eſt. Anno Chri. 1452. controverſiam diuturnam cum Carſilio à Palandt Domino in VVildẽburg, proximoq; dein anno bellum (Num. 478. 762.) adverſus Fridericum de Fleckenſtein Dominum in Dagſtul atrociter geſtum pace compoſuit. (Num. 705. paſſ. 5. 405.) Anno Chri. 1463. Petrus à Bubingen, VVilhelmus Stumpff aliique quamplurimi civitatis hoſtes facti ſunt: & anno ſequente Ioannes ab Ettel-

C bruck qui unà cum VVilhelmo Krögel aliiſque ſociis hoſtilia contra cives Treverenſes exercuerat, in gratiam à Senatu receptus eſt. (Num. 474. Nu. 715. regiſt. 27.) Anno Chri. 1467. ſagittarios civitatis adverſus hoſtes eius in expeditionem uſq; ad Morbachium pagum (Num. 740. litera P.) profectos, & externas circa muros itutraque urbẽ diligentiores cuſtodias actas (Num. 473.) conſtat. Haud diu pòſt ab auxiliariis civitatis captus eſt Petrus VViſz hoſtis: cui ad interceſſionem patronorum eius anno Chri. 1469. Sanatus populusque Treverenſis gratiam fecit. Anno Chri. 1478. graviſſimum bellum inter Comites de Manderſcheidt & civitatem Treverim exarſerat: cumque plurimis detrimentis ſeſe partes invicem affeciſſent, per Ioannem Treverorum Pontificem induciæ (Num. 476. Num. 127.) pactæ fuerunt, ut ipſius ſignatis tabulis conſtat: annoque ſequente Senatus urbis Bacharaci bellum Ioannis Elſatii cum civitate Treveri compoſuit. (Tomo epiſc. 5. miſſ. 8.) Anno Chri. 1481. Georgius Comes Virnenburgius hoſtilia contra cives Treverenſes ex-

D ercuit, uti quoque propemodum eodem tempore perpetuus Mareſchalcus Ducatus Lutzenburgenſis: quamobrem Maximilianus Archidux Auſtriæ, Dux (Num. 16.) Lutzenburgi &c. literis ad Senatum Treverenſem datis bellum iſtud tutelæ ac fœderis nomine ſe amoliri, Protectoremque more majorum & clementem Dominum civitatis eſſe teſtatus eſt: Mareſchalco etiam ſuo imperavit uti ablata civibus reſtitueret. Per idem tempus acerrimus ac diuturnus hoſtis Treverenſium fuit Dominus Heinricus Blieck à Liechtenberg, eques nobilis: (Num. 128. l. 2. 199.) magnumq; manipulum ſociorum habuit qui cives graviter infeſtarunt, nec ut jure agerent adduci ullo modo potuere. Quamobrem Senatus Treverenſis anno Chri 1483. (Num. 477.) publicatis paſſim literis ſi quis ipſum ducem vel ſociorum quenquam vivum caperet, aut exanimem adduceret, ingentia in id præmia decrevit. Inſuper alia plurima temporibus Friderici 3. Cæſaris adverſa civitati Treverenſi accidere, ſicuti Senatus literis ad Electores Principes anno Chriſti 1456. perſcripſit. (Num. 27. 2.) Et anno

Digitized by Google

Chri. 1446. dolis Cornelii Burgundi, qui nothus filius Philippi Burgundiæ Du- A
„ cis & præfectus Lutzenburgicæ ditionis erat, petita, parum abfuit quin irrup-
„ tione nocturna ſcalis ad id paratis caperetur. Sed compertis inſidiis proditores
[Num. 701. tranſ. 7. 119] quatuor comprehenſi à Senatu ac ſtatim capitali ſupplicio affecti ſunt. Rurſum anno Chriſti 1470. propter adverſos rumores & motus bellicos per regionem
[Num. 715. regiſt. 24.] finitimam Treveris quoque trepidatum, & excubias cuſtodiaſque cura ſingulari actas legitur. Deinde Chriſti anno 1493. Gallus ad capram vir militaris,
[Num. 715. regiſt. 17.] qui civis & Centenarius urbis antea fuerat, ſed hoſtis factus cives Trevere
[Num. 741. regiſt. 6] nſes graviter infeſtabat, captus ſingulari induſtria non procul ab Vrbe, & in vincula ductus à Senatu medio in foro mox capite plexus terraque conditus eſt.
[Num. 741. regiſt. 10.] Sed & Chriſti anno 1461. & 1486. ſuſpicoſa tẽpora fuiſſe ſatis inde liquet quòd tum civitas fluvium Moſellam catenis ad id etiamnum paratis ſub ponte clauſerit, quemadmodum dubiis rebus & ante Fridericum tertium Cæſarem longo B
ævo, & poſt uſque ad hanc memoriam ſæpiùs pro more factitatum conſtat. Sigiſmundo imperante poſt obitum Ottonis Archiepiſcopi pernicioſo bello Vdalrici non juſti Pontificis maximam cladem acceptam dictum eſt in ſuperioribus: eoque gravius aliquandiu fuit civitatem ab inſidiis, cives ab hoſtium injuriis tueri. Sed poſtquam anno Chriſti 1437. cum ipſis Calendis Ianuariis auſpicatius Chriſto propitio ſeculum & novum Alberti Auſtriaci auguſti ſangui-
[Acta Comitiorum.] nis imperium exortum, proximoque anno primis Comitiis Norimbergæ de pace publica conſultatum, ac deinde Chriſti anno 1442. Friderici 3. Cæſaris conſtitutio de præcipuis reipublicæ cauſis ut tunc erant tempora, præſertim de diffidationibus, pignerationibus, faidis belliſque & equeſtribus miniſtris frequenti
[Getruckter abſcheidt. Reformation Röm. Königs Friderichs.] conventu Francofurti edita fuiſſet, uti rurſum Chriſti anno 1486. Francofurti idem Imperator Fridericus novam legem de pace per decennium tenenda tulit, C
[Getruckter abſcheidt landtfriede Königs Maximiliani.] & tandem Chriſti anno 1495. pleniorem ea de re ſanctionem D. Maximilianus Cæſar ſacroſancti Imperii Romani ſingulare præſidium & ornamentum VVormatiæ publicavit. haud parùm inde Principum nobilitatiſque ac civitatum totius regni Germanici res tranquilliores eſſe cœperunt, prædonum audacia, po-
[Num. 741. regiſt. 4.] tentiorum licentia, militarium protervia judiciis frenata eſt. Quibus momentis
[Num. 741. regiſt. 7. & 9.] tam frequentes ut olim controverſias cum omnis generis hoſtibus Auguſta quoque Treverorum habere deſiit. Atque interim anno Chri. 1454. mœnia civitatis pluribus operibus factiſque per circuitum feneſtris emendavit: deinde circa Chriſti annum 1482. tectis additis & affuſo aggere per curatores ad id ex Senatu creatos longè firmiora commodioraque reddidit. Erat ut dictum eſt à bello Vdalrici exhauſta publicè ac privatim, eoque opportunior injuriis: & calamitatem D
iſtam myſtis ſuis referebat acceptam, qui tum ob eam cauſam aliquot annis ab urbe exulaverant. Proinde Iacobus primus Archiepiſcopus anno Chriſti 1439. exeunte, Pontificatum adeptus, ſingularis induſtriæ vir, confeſtim operam dedit quò ſacrificorum ordinem, ſeptem Eccleſias vocant, in gratiam cum
[Num. 706. paſſ. 4. & 5.] Senatu populoque redigeret. Sic anno Chri. 1440. menſe Maio convenit uti myſtæ ſex annnis proximis de vino decimas in ærarium civitatis penderent, ipſiſque redire in urbem liceret, ac denuo ſub tutela fideque publica civitatis forent.
[Num. 102. 103. 106. 1. 2 112. 114. 1. 2. 119. 128. 1. 2. 131. 1. 2. 133. 134. 140 1. 2.] Eam enim poteſtatem ſuo jure tum antiquitus tum iſta memoria & deinceps habuiſſe & exercuiſſe Senatum Treverenſem non ſolùm in laicos cujuſcunque conditionis, verumetiam in ipſos myſtas expeditum eſt exemplis illuſtribus. Deinde Romani Pontificis & Friderici Cæſaris præcipua gratia, Saxoniæ quoq; Du-
[Nu. 109. 123.] cis præſidio quod ad occupandum Lutzenburgicum Ducatũ eo tempore miſſum erat, fretus Iacobus, cum res civitatis afflictas, nec ab Eliſabetha Gorlitzia

Lutzen-

Digitized by Google

A Lutzenburgi Principe, nec à Renato Lotharingiæ Duce qui procul in Narbonenſe provincia degebat, filioq; juveni Lotharingiam cõmiſerat, auxilium ſperari poſſe ſciret, controverſias quaſdam civitati movit iniquas perinde ac non neceſſarias, obtinuitque tantiſper dum ipſe viveret, nova quædam ſtatui quæ tamẽ uſu recepta non ſunt. Ad eundem modum primis Pontificatus annis ſucceſſor eius archiepiſcopus Ioannes ſecundus Senatũ Treverenſem pacta quædam inire ſecum coegit donec viveret rata futura: cæterùm & ipſe dein à talibus ceptis deſtitit. Et in rebus ab eo geſtis antea cõmemoratum eſt quemadmodũ anno Chr. 1460. ſolenni in civitatẽ introitu libertatem eius & conditionẽ ſe non deteriorẽ redditurum jurejurando addixerit. Dein etiam Chri. anno 1478 de patrocinio, tutela & protectione quum ipſe controverſiarum judex reciperetur, atque uti judicatis ſuis tum ſtaretur, & eo nomine quotannis illi certam pecuniam dependi, necnon de cauſis quibuſdam aliis ſed rerum ferè privatarum cum Senatu cõ- Tomo 5. epiſc. literis BB.
B poſuit. Altero anno pòſt fœdus item donec viveret cum civitate percuſſit de mutuo adverſus quamcunq; vim auxilio. Leges fuere tales. Pontifici urbẽ Treverim contra ſuos hoſtes belligerandi cauſa, & viciſſim Senatui populoq; Treverenſi contra illorum inimicos Archiepiſcopi oppida propinqua Palatiolum, Saroburgum, Vitelliacum, Grimburgum & Gallopillichum patere atque receptaculo fore: ſic tamen uti neque pontificiæ cohortes in urbe Treveri, neque copiæ civitatis in oppidis pontificiis dominatu vel qua eiuſmodi moleſtia cives ipſos & incolas interim dum recepentur premant aut afficiant: eoq; nomine præfecti militares priuſquam admittantur utrobique fidem ſuam aſtringerent. Parem etiam rerum venalium copiam utrinque tum præſtitam iri. Ipſam Treverorum Auguſtam ſi quò infeſto exercitu, peti, vel obſidione tentari contingeret, Docu. civ. Num. 278.
C Pontifex cum omnibus ſuorumq; viribus ſuo ſumptu ad depellendam vim confeſtim ſubveniat: pariterque ſi quiſquam ipſum Archiepiſcopum aut eius diœceſin hoſtili manu infeſtans, oppidorum eius quæ commemorata ſunt, ullum obſideret vel caperet, eo populũ Treverenſem ſuo ſumptu maximis ſuis viribus ſubſidio proficiſci, nec longius; deniq; communi marte populationibus obſiſti placuit. Si quod diſſidium vel ſchiſma Romanam eccleſiam aut imperium Romanum impeteret, Treverenſes ipſi ſuo pontifici tanquã provinciæ Principi atq; ſuperiori adhæreant, ſicuti membra capiti, pro vetuſto ac laudabili more, fideque & fœderibus majorum qui divelli ſeſe paſſi non ſint. His ita conſtitutis ſumma decœterò concordia fuit. Ipſe Pontifex interdum ex ordine Senatorio Treverenſi quoſdam ad ſe pro conſilio venire petiit: profectique ſunt eo nomine ad Pontificem quos Senatus juſſerat, etiam uſque Confluentiam uti anno Chri. Docu. civ. Num. 715. regiſt. 18.
D 1482. accidit. Viciſſim conſtat Senatum in rebus magni momenti Archiepiſcopum conſuluiſſe: qui etiam anno Chriſti 1492. cum Mareſchalcus Imperii Bappenhemius hoſpitia ſibi in urbe dierum aliquo tpro quingentis circiter equitibus præberi poſtulaſſet, jamque tum priùs civitatum legati unà cum Eiſenſtadienſi Epiſcopo & Hungarica legatione diuturnam ubi moram egiſſent, ſibi quid videretur Bappenhemio reſponderi poſſe reſcripſit, modo idipſum Senatui non diſpliceret. Aliud exemplum commemorare attinet eximiæ conſenſionis. Nicolaus Cervinius erat eâ tempeſtate ſatis inquietus homo, ſed opulentus, & Scabinus Senatorque ac Magiſter civium: quo magiſtratu cum ipſo ordine diſſidere cœpit: & in cuſtodia Senatoriæ Curiæ juſſus eſt aliquandiu degere. Tandem verò cum ſibi quoſdam ex Senatu adverſarios nominatim popoſciſſet, litem inter ipſos agitari placuit. Senatus ne videretur aliquo partium ſtudio minus ex æquo judicare, Pontificis conſiliarios unà cognitores fieri voluit: atq; ſic Docu. civ. Num. 335.

Digitized by Google

conjunctim ea cauſa pertractata eſt. Tandem Nicolaus ſimul cum uxore Adelheida poſtquam certis legibus in arbitrium poteſtatemque judicum ſignatis tabulis ſeſe permiſiſſet, fidemque jurejurando in id addixiſſet, occaſione nova conceſſit ad Mediomatricos, & Renatum Lotharingiæ Ducem adverſus Senatũ Treverenſem appellavit: datiſque literis ad collegia plebis Treverenſis, contra Senatum infeſta moliri videbatur. Atque interim cum fidem publicam per primores plebis abs Senatu ſibi impetrari poſtularet, quò de non præſtitis quibuſdam promiſſis inter ipſos & ſe cognoſceretur, Senatus non ſibi ſolum, ſed etiam Pontificis conſiliariis, ſiquidem judices unà recepti erant, eam poteſtatem competere vel certo judicio, vel honoris cauſa ratus eſt, adque ad Pontificem bona fide retulit, ſicuti certis epiſtolis anno Chriſti 1484. 1485. 1487. & 1489. datis liquet. Adeo poſt fœdus illud paulo antè anno Chriſti. 1480. pactum candida fidaq; concordia civitas cum Pontifice certavit: & propterea Sanatus ſcribaq; civitatis Ioannes Oberndorffius qui erat in ſumma gratia Pontificis eiq; mirificè devotus cliens, admodum blandis verbis ad hũc Pontificem in literis uſus deprehenditur: quæ tamen ſecundum conventa mercenariæ tutelæ legeſque fœderis accipi oportere ambigendum non ſit.

Tomo epi. 5. Miſſ. 25. Docu. civ. Nũ. 130 & Tomo epi. 5. Miſſ. 43. Docu. civ. Num. 328 Tomo epi. 5. Miſſ. 2.

Archiepiſcopum hunc Ioannem ſecundũ Treverenſe gymnaſiũ denuo erexiſſe ſcriptor eius commemorat, ſicuti in ſuperioribus relatum eſt: ſed exactius rei veritatẽ indicare convenit. Iacobus primus deceſſor Ioannis ſecundi, à Nicolao 5. Pontifice Romano Diplomã geminum obtinuerat quorũ primum ſic habet. Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam &c. Cùm ſicut accepimus venerabilis frater noſter Iacobus de Sirck Archiepiſcopus Treveren. & prout etiam dilectus filius noſter Arnoldus Heimerici de Clivis literarum apoſtolicarum abbreviator & ipſius Archiepiſcopi Secretarius ac in Romana Curia procurator nobis retulit, in eius civitate Treverenſi tanquã loco inſigniori & magis ad hoc accommodo & idoneo, in quo aëris viget temperies, victualium ubertas cæterarumq; rerum ad uſum humanum pertinentium copia reperitur, deſideret plurimum fieri & ordinari per ſedem apoſtolicam ſtudium generale in qualibet licita facultate, Nos præmiſſa &c. conſiderantes & præſertim idoneitatem dictæ civitatis quæ etiam ut accepimus ad multiplicãda ſanctæ doctrinæ ſemina & germina ſalutaria producenda valde accommoda exiſtit & c. ipſius Archiepiſcopi in hac parte ſupplicatiõibus inclinati, ad laudem divini nominis & eiuſdẽ fidei propagationem auctoritate apoſtolica tenore præſentium in eadẽ civitate Studium generale erigimus, ac ſtatuimus & ordinamus quòd illud inibi perpetuis temporibus vigeat tam in theologia & jure canonico ac civili, quam in quavis alia licita facultate quodque legentes & ſtudentes ibidem omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, honoribus, exceptiõibus & immunitatibus &c. magiſtris, doctoribus ac ſtudentibus cõmorantibus in Sudio generali Colonienſi competentibus gaudeant & utantur &c. Sequitur de promotionibus, ut fieri debeant etiam juxta conſuetudines in Studio Colonienſi ſervari ſolitas, & de promotorũ jure docendi, legendi & regendi ubicunque, ac poſtremò de Conſervatoribus qui præfatos Magiſtros, Doctores & ſcholares adverſus hanc conſtitutionẽ moleſtari vel injuriari non permittant cũ fuerint requiſiti, ſed eos defendant, auctoritate apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam contradictores compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ erectionis, ſtatuti &c. infringere, vel ei contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignitatem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe novent incurſurum.

Datum

A Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarn. Dominicæ 1454. Non. Febr. Pontificat⁹ noſtri anno 8. Alia bulla. Nicolaus Epiſcopus &c. Cupientes igitur ut Doctores & Magiſtri in eodem ſtudio manuteneri ac ſtatum ſuum decenter tenere poſsint, eiuſdem Archiepiſcopi etiam in hac parte ſupplicationibus inclinati &c. ſex canonicatus et totidē præbendas ac etiā tres parochiales Eccleſias vel earum perpetuas vicarias ab ipſius Archiepiſcopi vel quorūcunq aliorū collatorū eiuſdem civitatis & diœceſis Treverēſis pertinētes, quos & quas idem Archiepiſcopus duxerit nominādos ſeu nominandas, Vniverſitati dicti ſtudii Treverenſis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuó incorporamus, annectimus & vnimus &c. vt illorum & illarum fructus, redditus & proventus in Doctorum & Magiſtrorum legentium huiuſmodi uſus vtilitatemq; convertere & perpetuó retinere liceat, diœceſani loci & cuiuſcunq; alterius ſuper hoc licentia minimé requiſita. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnation. Dominicæ 1454. prid. id. Feb. Pontificatus noſtri anno 8. Iacobus porró Archiepiſcopus eodē feré tempore vel pauló poſt in Auſtriam profectus erat ad Imp. Fridericum 3. vbi cúm ampliſſimam novamq; ſuorum privilegiorū confirmationem obtinuiſſet, æger domum reductus diuturno deinde morbo linguæ atq; mentis vſum amiſit: & tandem Chriſti anno 1456 mortem obiit, ſicuti in Epiſcoporum Catalogo relatum eſt. Iacuit igitur hoc negotium Academiæ donec anno Chriſti 1472 inter Archiepiſcopum Iohannem ſecundum & Senatum Treverenſem convenit vti Pontifex acceptis abs civitate duobus aureorum millibus impetratas non pridem à Nicolao 5 Papa Bullas Senatui traderet: inſuper cúm in curia Romana longé plus poſſet quàm civitas, novū impetrat diploma quo Bullę ſuperiores & gymnaſio deſtinatæ præbēdæ certo numero confirmarētur, Signatam mox apocham Pontifex numeratorū ſibi duorum millium aureorum dedit Confluentiæ, die lunæ poſt feſtum S. Valentini menſe Febr. exeunte: anno Chriſti 1472 more Treveren. literiſq; die Veneris ſequenti ad Senatum perſcripſit legatos civitatis tradita pecuniâ viciſſim iuxta conventionē Bullas recepiſſe: proinde ludum inquit, in Dei nomine inchoare atqué uti oportet in talib⁹ facere poteſtis. Poſt hæc Senatus paſſim tale ſcriptum publicé propoſuit. Divina celſitudine quæ vniverſa per ſummam eius ineffabilem ſapientiam in ſeſe ſuaviter & ſalubriter ordinat dirigente, magna deniqué clementia vniverſalis Eccleſiæ Paſtoris civitati noſtræ Treverenſi vetuſtate & ſanctitate inclytæ nec non quorumlibet victualium uberrimæ, de alma Vniverſitate piiſſimé proviſum eſt, non ſine ſingulari operâ Reverendiſſimi dum vixit Archipræſulis Treverenſis Iacobi de Sirck fœlicis recordationis, moderni quoqué noſtri gratioſiſſimi Principis ac Domini Archiepiſcopi Treverenſis pervigili directione operoſaqué cum promotione paternè collaborantis. Hinc nos Civium Magiſtri, Proconſules & eiuſdem prænominatæ civitatis Conſules divino excitati munere tam magnificam nec non clementiſſimam per ſummū Pōtificem adhærentes almæ Vniverſitatis proviſionem, in gloriam Dei, totius orbis profectum noſtręqué civitatis permagnam ſublimationem maturo deliberatóqué duxim⁹ conſilio vnâ cum conſenſu noſtræ communitatis gratiſſimo animo acceptare, acceptandoqué liberaliſſimé in ſingulis providere. Vnde notum ſit per orbem vniverſis, eandem Vniverſitatem divina aſpirante gratia ſolenniter eſſe inchoatam, cum proviſione lectionum conſuetarum ac licitarum facultatū, ſacræ videlicet Theologiæ, vtriuſq; Iuris, Medicinarū ac Artiū cū magnificis ſtipēdiis Doctorum legentiū. quæ & cœteris Doctoribus pariterqué Magiſtris ad legēdū ſupervenientibus favore eodem parati ſumus porrigere, ſingulis quo-

Digitized by Google

queſtudentibus animum communicare benevolentiæ noſtræ, deniqué promotionis cum diligenti privilegiorum obſervantia ad inſtar Vniverſitatis almę Colonienſis affectum largiſſime inpendere. Quatenus Dei honor, profectus fidei, atq; totius orbis noſtræque civitatis decoreſcat in ævum, eo præſtante â quo eſt omnis perfectio & ſapientiæ ſublimitas. Dat: ſub ſecreto noſtræ civitatis, Anno MCCCCLXXII. more Treverenſi, XVI die menſis Martii. Senatus itaq; ceſſis ſibi Pontificiis bullis ſuo iure ſuoque ſumtu diſciplinarum Profeſſores conduxit, in ædibus civitatis quæ Collegium maius etiamnum vocantur ſcholas aperuit, eaſdēque cōvenientibus auditoriis aptavit, ſalaria Ludimagiſtris in ærario ſuo perſolvit. Iohannes etiam Archiepiſcopus vti promiſerat, novum Diploma Romę impetratum Senatui tradidit huiuſcemodi: Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorū Dei. ad perpetuam rei memoriam. In ſupremæ dignitatis ſpecula licet immeriti divina diſpoſitione conſtituti &c. confirmat & approbat Nicolai V. Papę literas Jacobo Archiep. Treverenſi de ſtudio generali cōceſſas, inſuper ad ſupplicationem Iohannis Archiepiſcopi vnit, annectit & incorporat Vniverſitati dicti ſtudii Treverenſis, quó Doctores & Magiſtri ejus lectionibus intendere & onera iis impendētia ſupportare commodius poſſint, in ſingulis S. Simeonis Treverenſis & S. Florini & S. Caſtoris in Confluentia, ac in Munſtermeinfeldt & in Dickirchen ac in Palatiolo eccleſiis vnū Canonicatum & vnam prębendam primo vacaturos, necnon in Andernach & Diethenhoven & Epternach dictæ dioeceſis. ac S. Laurentii & S. Gangolphi Trever. parochiales eccleſias cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, ſub onere legendi in Vniverſitate huiusmodi &c. reſervatis tamen congruis portionibus pro perpetuis vicariis dictarum parochialium eccleſiarum &c. Non obſtantibus &c. Ac ipſi Vniverſitati quód omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratiis, conceſſionibus & favoribus quibus Colonienſis & aliæ Vniverſitates ſtudiorū illarum partium gaudent & vtuntur, vti & gaudere valeant, nec non Rectori & Vniverſitati prædictis quód perſonas â jure prohibitas ad audiendum leges admittere poſſint, auctoritate apoſtolica prædicta tenore pręſentiū indulſit. Nulli ergo &c Datū Romę apud ſanctum Petrum, anno incarnat: Dominicę 1474. 7 kal. Iunii, Pontificatus noſtri anno 3. Satis quoque conſtat Academiam Treverenſem parochialium quarundam eccleſiarum poſſeſſionē deinde quāprimū vacarunt nactam deq; canonicatibus & præbēdis ulterius quæri poteſt quid acciderit: cæterū omnia pridem intercidere averſaque ſunt, & aureorū duo millia perdidit civitas, nec auctoritatē ſcholæ publicæ tueri queat niſi vel impenſa ſua, vel ex æquo reſtitutis quó pertinent vnitorum beneficiorum proventibus, aut alia aliqua compenſatione recepta. Sed hæc hactenus.

Plura de temporibus Friderici III, Imp: commemorare non ſinit anguſtia temporis: itaque de ſeculo Cęſaris D. Maximiliāi I. breviter quoque videndum eſt. Auguſtam Treverorū ab eo perinde atque â patre ſuam & Imperij civitatem appellatam fuiſſe conſtat. Inſuper acta ejus iſtud de hac vrbe judicium manifeſtó probant. In primis obitum Imperatoris Friderici Aug: partis ſui Magiſtro civium & Senatui Treverenſi denuntiavit literis datis anno Chriſti 1493 Regni ſui 8. Ad comitia cœtusque publicos Imperij tam ſuperſtite adhuc quám rebus humanis erepto jam parente legatos ſuos mittere Trerenſes iuſſit, nominatim anno Chriſti, 1488. 1492. 1493. 1494 1502. 1506. &c. Sed & plurima ſicuti ad ſuam & Imperij civitatem Treverim Mandata tam ſubſidiorum nomine quám ob alias cauſas dedit. & exemplo ſunt Tabulæ Cæſareæ de Anno Chriſti 1492. 1495. 1497. 1504. 1507. 1515. &c. Comitia quoque ad Auguſtam

Docum Num. 53. Docum Num. 41 Docu. civ. Num. 40. Docu 43. & Tomo epiſt. Miſſ 5. Docum Num. 45. Docum Num. 51.

Treverorum

A Treverorum anno Chriſti 1512. â Maximiliano Cæſare indicta, deque maximis Docum Num. 47.
Imperij negotiis habita fuiſſe vulgo notum eſt. & extant publicæ conſtitutiones Docum Nu. 44. 52.
tum latæ. quæ Receſſus imperialis conventus Treverenſis & Colonienſis inſcri- Docum Nu. 49. 54.
buntur & datæ in Comitiis Treverenſibus & Colonienſibus die 26 Auguſti &c Docum Num. 48.
nam coorta peſtilentia concilium in Agrippinenſem Coloniam transferre ne- Docum Num 46.
ceſſe fuit. Conſtat integris penè quatuor menſibus nempe Martio, Aprile, Maio Docum Num. 44.
& Iunio Treveris ac deinde duobus menſibus Iulio & Auguſto Coloniç conſeſ- Docum Num. 49.
ſum. Scheckmannus lib: 4 cap: 7. catalogum ponit tam procerum quam legato Docum. Num. 50. 53
rum qui tum Treveris adfuere. Memorat Vrielem Moguntinum, Richardũ Tre- Getruckte abſchridter
verenſẽ, Philippum Colonienſẽ Archiepiſcopos, & Ludovicum Comitẽ Palati- des Reichs tags zu
num Rheni Principes Electores. Alios deinde plurimos Proceres, Pontifices, Dy- Trier und Cöln gehalten und geſchehen auff
naſtas, item legatos Papæ, Regumq; Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ Navarræ: Ducum den Reichs tag zu Trier und hie zu Cöln.
B inſuper & Epiſcoporum & aliorum innumeram pene copiam ut ipſe loquitur, Chronic. variorum.
adfuiſſe prodit. Sunt qui etiam Vngariæ Poloniæque legatos addant: & præter
omnem controverſiam fræquentiſſima celeberrimaque comitia fuere. Scheck-
mannus item lib 3 cap: 6 7 & 8. longam deſcriptionẽ texit quemadmodum D.
Maximiliano Cæſare jubente qui tum, inquit, ſervandæ Imperialis Dietæ gratia
Treveros declinaverat, conſulturus ibidem & tractaturus de ſacri Rom. Imp.
totiusque Chriſtianæ Reip. negotiis, tunica Domini Ieſu inconſutilis inveſtiga- „
ta & præter alias Sanctorum reliquias infinitas reperta fuerit die 14 Menſis Apri- „
lis, quartis feriis Paſchalibus: ac deinde 2 die Maij cúm celebrarentur funerales
obſervantiç Dominæ Illuſtriſſimæ Mariæ Blancæ Sereniſſimæ Imperatricis,
filiæ Ducis Mediolanenſis, cum magna ſolennitate devotione & cultu, prçſente
C D. Maximiliano Cæſare magnatumque ac populi cœtu in æde maxima pro- „
nuntiatam inventionem dicit. Et pergit, Moti tandem Domini Majoris Eccle-
ſiæ conſtantẽ ob interceſſionem Principũ, hæroum & vulgi promiſcui, vt conſẽ
taneũ fuit oſtenderunt ſanctam tunicam nondum vt competiſſet ornatam, ſed „
plicatam vt inventa fuit &c demum ad clamantium fideliũ voces, Domini oſ- „
tendite nobis tunicam nudam, apertam, & ſufficit nobis, inducti multifaria pre-
cum inſtantia benevolum præbuerunt aſſenſum, & decoratam debetis vt debue-
runt clenodiis oſtenderunt expaſſam, nullo tectã velamine. Hinc lachrymæ ex-
cutiuntur â pectoribus duris, â manſuetis ſingultus, ſuſpiria & fletus. Confluxe-
rant per dies illos quatuordecim quibus oſtendebatur palam illa ſacratiſſima „
tunica plusquam centena millia hominum &c. verbis hæc ipſius Scheckmanni
qui tũ vixit & earum rerũ perquam curioſus fuit, referre decuit: ac proinde ni-
D hil miri in tanta mortaliũ turba tũ ad Comitia, tum ad inſpectionem tunicç Do
mini confluente peſtem natã, & præterea graves alias cauſas transferendi publi- „
ci conventus exiſtere potuiſſe. Scheckmannus eodem libro cap: 3 recenſet novã
inſtitutionẽ & modum oſtenſionis inventarum reliquiarum de ſeptennio in
ſeptennium ſervandæ, cum paſſagio Aquisgranenſi menſe Iulio, duabus ſepti-
manis, & de indulgentiis promerendis quas Leo X. Pontifex Rom. vberrimas in
ſtituit, procurante Richardo Archiepiſcopo. deinde proximum caput de com-
mendatiſſima comitate Senatus Treverici inſcribit: & in oſtẽſione inquit, reli-
quiarum Senatus Treverorũ circumſpectiſſimus magna politia, eximia comita
te mira ſagacitate uſus eſt ordinando quæ rei cum eccleſiaſticç, tum publicç cõ
venirent, vetando quæ inurbanitatem inducerent: & póſt: Senatus magna uſus
eſt moderatione libramine rectiſſimo menſus ne adventantes peregrini exactio
nẽ ſuſtinerent, ne victualia cariore foro venderentur: quoniam menſuratiſſimé
providiſſimus Senatus omnibus vendibilibus taxã & regulã indixerat: quo factũ

vt omnes peregrini non modó admirarentur, ſed etiam collaudarent parúo ære neceſſaria affatim obtinuiſſe. Primo capite populum quoq; Treverorũ devotũ & rectum corde vocat addens: Treveros aiunt exteri & revera ita eſt, ſimplices eſſe probos, honeſtos & timoratos, id eſt, ad malũ tardos. Obiter hæc teſtimonia religioſi hominis citare operæprætium fuit, eó quod nunc cùm Senatus Populusqué Treverenſis pro libertate avita, pro patriis inſtitutis, pro exiſtimatione vitaq; ac fortunis ſuis iure agere, ſeſe tueri ac defendere cogatur, quod omnibus animantibus natura indidit, inimicorum quorundam errore qui etiam in rebus antiquiſſimis Scheckmanni auctoritatem prætendunt & extollunt, tot probris & convitiis proſcinditur, quot perditiſſima hominum natio nulla mereatur. Porró non ſolum anno Chriſti 1512 prima tunicæ Domini publicatione, ſed etiã deinceps quotiescunqué ſtatis illa ſeptenniis (quippe cum ab anno 1512 quinq́, cõtinuis annis propalam per dies aliquot edita fuiſſet, religio decreſcere ſeptennio qué poſtea recondi conſultius videbatur) anno Chriſti 1524. 1531. 1538. &c. infinita turba confluente fuit oſtenſa, Senatum iure ſuo cuſtodias civitatis, quietem publicam, prætia rerum venalium cœteraqué munia Magiſtratus rexiſſe non ambigitur. Ad eundem modum in Imperatoriis Comitiis carũ rerũ curã & ſolicitudinem ad Senatum pro more liberarum Imperii civitatum ſpectaſſe conſtat. Excubiæ vigiliæqué iuſſu Senatus actæ. prętium vniverſæ annonæ, ſymbolorum hoſpitiorumq;, Senatus ſtatuit, addita mulctæ ſanctione, vt qui adverſus edicta committerent ſi ad civitatem pertinerent, Senatui, reliquos Imperii Mareſchalcó luituros. In domo civitatis quæ Collegium magnum vocatur & gymnaſium eſt, conventus peractos conſtat: & bellaria interim pro Cæſare, Principibus Electoribus cœterisqué ſtatibus Imperii Senatus perſolvit. Ipſam Cæſareã Majeſtatem & proceres ſingulos vini muneribus affecit, totoqué tempore Comitiorum ad uſum aulæ Principis ut moris erat vrbium Imperialium in conventibus, affatim ligna præbuit. Quæ cùm ita ſint, Auguſtã Treverorũ ab ipſa Cæſarea Majeſtate, pariterqué à Principibus, Dynaſtis, Legatis non ſolum totius Imperii, ſed etiam externarum gentium, publiceque liberam Imperij civitatẽ habitam quis ambigat? Quod ſi ad eãrem tam illuſtria deeſſent argumenta, codicillis tamen plurimis liqueret quos D. Maximilianũ Cæſarem iis Comitijs in Sua & Imperii civitate Treveri dediſſe certum eſt. vt exemplum ſaltem memoretur, Abbatiæ D. Maximini Treverenſis, vetera privilegia confirmantes tabulas præbuit hoc fine: Dat: in civitate noſtra Imperiali Trevericum ſecunda die menſis April: anno Dom: MDXII Regnorum noſtrorum Romani XXVII. Vngariæ veró XXII. Signũ Domini Maximiliani invictiſſimi Imperatoris &c. quod Diploma Chri. anno 1564. die 3 Iunij: Spiræ in Imperialis Cameræ iudicio editum conſtat ex parte Archiepiſcopi Treverenſis, in cauſa fiſcalis contra Sanctum Maximinum exemptionis. Quamobrem etiam idẽ D. Maximilianus Cæſar in ſententia quadã Chriſti anno 1515. adverſus Ioannem Hilchen à Lorich per Auguſtalis Cameræ judices lata procuratorem fiſci ſui iſtum Ioannẽ tractæ pacis reum egiſſe refert, quòd inquit, noſtris & imperii fidelibus Magiſtro civium & Senatui populoque noſtræ & Imperii civitatis Auguſtæ Treverorum injuſtam faidam denuntiaverit. Inſuper eodem anno Mandata plurium cauſarum Senatui Treverenſi miſit, præſertim adverſus transfugas qui contemptis Cæſareis ſcitis ad Regẽ occidentalis Franciæ militatum concederent, in quos ſine ulla clementia ſævire atque animadvertere juſſit Edicto tali forma inſcripto, Noſtris & Imperii fidelibus Magiſtro civium & Senatui noſtræ & Imperii civitatis Treveris. Denuo quoque Chriſti anno 1517. menſe Ianuario Treverim venit D. Cæſar Maximilianus, ſicuti exactè

Margin notes: Docu. civi. Num. 740. litera K. — Docu. civ. Num. 715. ſpecialibus Num. 14. & 60. — Documẽ civ. Num. 100. Docum. Num. 50. — Docu. Num. 58.

Digitized by Google

A tè exactè annotatum reperitur, nec ultra biennium ſuperſtes fuit: & in aperto eſt cum toto Imperii tempore haud aliter Auguſtam Treverorum quàm ſuam & Imperii civitatem æſtimaſſe: tantum abeſt ut ad arbitrium poteſtatemque Pontificum Ioannis ſecundi Iacobique ſecundi & Richardi mancipio vel dominatu eam pertinuiſſe cenſuerit. Sed nec ipſi Pontifices tale ſibi jus in hanc urbem ea memoria vendicarunt, quod tum annuæ pecuniæ tutelaris exactio, tum pacta invicem, & ipſorum Cancellariæ ſtylus multaq; ſimiles cauſæ docent tametſi jam nunc tempus ad cõmemorandum prorſus deficiat. Itaq; bella ſeu controverſiæ civitatis, & innovatio fœderum priſcorum, & adminiſtrata jure ſuo reſpublica, defenſioq; contra Iacobi ſecundi Archiepiſcopi res novas, ſimiliq; quemadmodum ea tempeſtate Senatus Treverenſis à Pontificibus ad Comitia provincialia non juſſu ut alii ſubditi, ſed precibus tantummodo Pontificum accitus ſit, nec ad B omnia, ſed tum ſaltem ubi operam Treverenſiũ legatorum ſuadendis poſtulatis oportunam ſibi fore putarent, deniq; nec tum præſto ſemper fuiſſe Treverenſes, ſed pro arbitrio amanſiſſe, de quibus rebus neque parum, neque cõmode nunc diſceptatur, omnia iſthæc indicta prætermittere neceſſe eſt. Sed neque de D. Carolo V. Imp. Aug. referre conceditur, quo pacto & ipſe Treverorum Auguſtam confirmatis eius veteribus conceſſiſque novis privilegiis & conſervatione priſtini ſtatus civitatis, Cæſarea protectione, impoſitis præſidiis, innovatione quoque Lutzenburgici fœderis & plurimis inſuper aliis modis haud quaquã Pontificiæ ditionis ſed liberam ſuam & Imperii Rom. urbem cenſuerit, quomodo Chriſti anno 1522. Senatum Treverenſem ad Comitia publica Norinbergam per Vicarium ſuum Fridericum Palatinũ Comitem Rheni, Ludovicum item Palatinum C Comitem Rheni Principem Electorem, cæteroſque proceres legatos & conſiliarios Imperatorii regiminis vocaverit. Denique bellum quod eodem anno Ioannes Hilchen à Lorich vetus hoſtis exercitu Franciſci à Sickingen in obſidionem civitatis adducto indixit quales eventus habuerit, quid geſtum ſit & anno Chriſti 1552 quid calamitatis ab Alberti Marchionis Brandenburgici copiis acceptum, quibus modis deinde cohortes Archiepiſcopi in urbem receptæ quæ tum ſtatim inciderint controverſiæ, quomodo Cæſareum præſidiũ mox toto quadriennio ſucceſſerit cæteraque magni momenti ex illa recenti memoria commemorare non licet. Proinde cum tam prorſus ulterior negetur hora, nec brevi ſpatio longiorem protrudere quantumvis ſcabram & impolitã multarum rerum hiſtoriã detur, ad extremum etiam reticendum eſt. D. Ferdinando Aug. imperante anno Chri. 1559. inauſpicata diſſenſio civiũ inter ſeſe ex religione coorta quã inſignem reipublicæ Treverenſi cladem attulerit, quàm multas poſtea res novas in perniD ciem vetuſtæ libertatis ſuæ morumque priſcorum cives ab altero Pontifice tentatas conquerantur, unde poſtremò teterrimum bellum anno Chri. 1568. erupit & poſt immenſa damna, fuſum ſanguinem conſecuta lis etiamnum agitatur paulo melior atroce bello: tanquam nihil ſit ſatis, donec cauſas hominũ diſcordias lævaſque mortalium mentes ipſum mundi fatum obruat.

Sed tu Domine Ieſu Chriſte fortitudo & ſpes noſtra, præſidium noſtrum, da nobis pacem tuã, illumina caliginem noſtram releva defixos in terram animos ut aſpiremus ad cœleſtia & æterna quia mundus tranſit cum omni ſua concupiſcentia & gloria.

FINIS.

Docu. civ. Num. 749.

Num. 151. Nu 5[illegible] & Nu n. 756. Docu. civ. Num. 714. pag. 17.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IHS